RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN ESAIAM Prophetam, Commentariorum, Liber Primus.

¶Laus Esaię prophetæ, ꝙ sic uniuersa Christi, & ecclesię quoq; prosequatur mysteria ut non tam propheta dicendus sit q̃ euangelista, & ob quã causam res spirituales rerꝫ terrenarꝫ nominibus siue imaginibus subtexit. Ca. I.



Omnis anima quæ Christum diligit Esaiæ prophetæ, aurem libenter apponit, tantoq; subiectior appropinquat pedibus illius, quanto fidelius de Christo sentit, qui in illo loquitur. Nam de hoc illud recte æstimat pietas Christiana, ꝙ non tam propheta dicendus sit q̃ euangelista, ita enim uniuersa Christi ecclesiæq; mysteria, ad liquidum prosequitur, ut non eum putes de futuro uaticinari, sed de præteritis historiam texere. Et cum interdum ad præsentem respiciat historiã, & post Babyloniæ captiuitatem reditum populi significet in Iudæam, tamen cum om̃is ei cura de uocatione gentium, & de aduentu Christi est. Hoc autẽ expediebat, tam in isto q̃ in cæteris prophetis, ut terrenæ Hierusalẽ atq; Babylonię, terrenarũq; regñ, aliarumq; nominibus, cœlestia sacramenta tegerentur, quatenus per hanc occasionẽ scriptura sancta, de contemptu liberaretur, suoq; tẽpore profutura uenturis in honore seruaretur. Iudæi quippe præsentium tantũ atq; terrenorꝫ amatores nimij fuerunt: adeo ut in tota lege nunquam eos digitus dei, cœlestium promissione ad bene agendum inuitare, nuñquã pœnarum infernalium cõminatione terrere à malis dignatus sit. Terram ubiq; bonam, & fertiles annos promittit, si bene egerint: famem & oppressiones hominum minatur, si male egerint. Talibus nudo sermone iam cœlestia sacramenta crederẽtur? Proinde in prophetis quidem manifestius cœlestia prædicant, sed quasi fugitiuus, ubi qd eorꝫ attingit, confestim sub terrenorꝫ nominibus, iterum atq; iterum & sæpissime se abscondit sermo diuinus. Cum ergo in cæteris steterimus tum maxime in isto moras aliquantas iam innectere, non grauabimur: exoratum esse cupiẽtes doctorem eius spiritum sanctum, ut quo sensu per eum locutus est, eodem nobis colligẽda Christi filij dei testimonia reuelare dignetur.

Hieronymus in prologo

Sacramẽta cœlestia cur per terrenorꝫ uocabula expresserint prophetæ.

Spiritum sanctum inuocat author

¶Quꝫ aduentũ Christi circa quem om̃is uersatur intentio septem recapitulet periochis & cunctas partes aduersas mystice sub nouem designet regnorum siue prouinciarum nominibus Babylonis, Moab, Damasci, Aegypti, Duma, Arabiæ, Vallis uisionis, Tyri, & iumentorꝫ austri, pœnas impiorꝫ oneris nomine significans. Ca. II.

Primo ut materiã eius quasi breui tabella depingamus, illud dicendũ est: quia Christi aduentũ septem recapitulat periochis: circa quem om̃is uersatur spiritus prophetici intentio: quippe quẽ expectabat hic, quẽ expectabant om̃es sancti, ab origine mundi. Prima est: qua contra interfectores eius zelo iusti doloris uehementissimo inuehitur, q̃ acerrime, uæ (inquiens) genti peccatrici, populo graui iniquitate. Ac deinceps: Audite uerbũ dñi, principes Sodomorꝫ, auribus percipite legẽ dei nostri, populus Gomorrhæ. Secunda ab eo, ꝙ ait: Cantabo dilecto meo canticũ patruelis mei uineæ suæ. Tertia ab eo ꝙ ait: In anno quo mortuus est rex Ozias: Vidi dominũ sedentẽ super soliũ excelsum & eleuatũ, & ea quæ sub eo erant implebant templum. Quarta ab eo ꝙ ait: Primo tẽpore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtalim: & nouissimo aggrauata est uia maris, trans Iordanẽ Galilææ gentiũ. Quinta ab eo ꝙ ait: Et egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius adscendet. ¶Hinc onera nouẽ continuatur, onus Babylonis, onus Moab, onus Damasci, onus Aegypti, onus Duma, onus in Arabia, onus uallis uisionis, onus Tyri, onus iumentorꝫ austri. Sub istis nominibus uniuersi Christi, & ciuitatis eius cœlestis Hierusalẽ aduersarij condẽnãtur, singulisq; onus iudicij grauissimũq; iniquitatis eorꝫ talentũ supponitur Nam ecclesia quã impugnant, decima est. Sub eadẽ specie in euangelio factũ est, & dictũ est Nonne decẽ mundati sunt, & nouẽ ubi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Vnus iste idemq; decimus, unius fidei ecclesia est. Denarius quippe numerus quod melius arithmetici nouerunt, secunda unitas est. Nouenarius autẽ multitudo est

Esa. cap. 1

Cap. 5

Cap. 6.

Cap. 9

Onera nouẽ continuantur

Lucæ. 17

do est, ex opposito unitatis turba est. Cui si addatur unum statim fit unitas, quia sicut iam dictum est, denarius secunda unitas est. Sic plane multis & diuersis aduersarijs, si una inseratur
Cap.59. fides, una fiunt ecclesia. Ad instructionem huius unius plura deinde propheta locutus, se-
Cap.60 xtam tandem facit recapitulationē, dicendo: Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium domini. Septima sic incipit: Surge illuminare Hierusalem, quia uenit lumē tuum, &
Sola fidei Chri. testimonia scrutatur in Esaia. gloria dñi super te orta orta est. Nunc præuio ipso cui intendimus sempiterni luminis candelabro, templū huius scripturæ ingredimur, non cuncta historica, aut cuncta moralia quæ in eo continentur, sed sola fidei Christi testimonia scrutantes iuxta quod in toto hoc opere propositum habemus.

¶ Visionem prophetæ super Iudam & Hierusalem esse in futurū quando Iudæi saluatorem uenientem spernerent, & crucifigerēt, & generationē illā iam dici gentē peccatricē populum graui iniquitate, semen nequam, filios sceleratos. Ca. III.

CAP.I.

Visio Esaie, filij Amos quam vidit sup Judam, & Hierusalem, in diebus Ozie, Joathan, Achaz, & Ezechie regum Juda. ⌋ Super Iuda (inquit) &
Duplex Hierusalem Hierusalem utiq; super Iudam animalē, & super terrenā Hierusalem in malum, nam super Iudam spiritualem, & cœlestem Hierlm pro parte adhuc in mundo peregrinantē, uisio hæc reuelatur in bonū, uisio prius clausa & signata, nunc autē aperta, & publico intellectui prædicata. ⌊ Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam dominus locutus est. ⌋ Tanq̄ diceret: Magni oratoris, magni concionatoris conquæstio ista ē: oratoris (inquā) cuius oratiōis uerbū deus est, cuius cōtio tota in cœlis, angelorū & in terra hominū ecclesia est. Idcirco audite cœli, & auribus percipe terra: ut cum audieritis, quid dñs locutus, quid dñs conquæstus est, sitis ad uindictā o uos cęli desuper ferrei, sis tu o terra subter ænea. Quid eñ dñs locutus est? Quid dñs conquæstus est? Quid iniuriarū talis ac tantus perpessus est? Ait: ⌊ Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerūt me. ⌋ Enutriui (inquā) filios in Abraham, Isaac, & Iacob, benedicendo & multiplicando eos: exaltaui in Moyse, in Iosue, & in Dauid, educendo illos mirabiliter de terra Aegypti, diuidendo illis terram in funiculo distributionis, decorādo illos regalibus uictorijs, regia quoq; ciuitate Dauid, & unico templo nominis mei. Ipsi autem spreuerunt me, cum præconijs prophetarū uenientem ad se. Parum est, q̄ spreuerūt me: parum est, q̄ præelecto Cæsare, præter eum dixerunt regē, non hr̄e se. Insup & p̄electo Barabba latrone, crucifixerūt me. Hoc attoniti auditu cœli, & stupefacta terra, reuerēdo īdignamini, & īdignādo reueremini, qa p̄fecto, nō puræ indignitatis ē, q̄ ego dominus uester oīa bona feci, & oīa mala recepi: Tantum hoc est, & uos ó cœli, iuste humili dolore debeatis confringi, & tu terra pio debeas singultu tota concuti. Dicat ali-
Non excusantur Iudæi, nō cognouisse dominum quis filiorum eiusmodi. Quid mirum, si spreuimus? Nō eñ cognouimus? Venisti nimium occultus, qui iuxta promissiones patrū & prophetarū debueras in conspectu nostro incedere, rex magnus, rex gloriosus. Ad hæc inquam: ⌊ Cognouit bos possessorem suum, & asinus p̄sepe dñi sui, Israhel autē me non cognouit & populus meus non intellexit. ⌋ Bos animal mundum, asinus autem immundum, utrunq; tamen animal brutum. Bos ergo Iudæum simplicem, qualis erat Petrus, aut Andreas, uterq; piscator, non scriba, non legisperitus: Asinus autem simplicem significat gentilē, qualis erat Cornelius. Dicitis (inquit) quia ego ueni nimium occultus. Vnde ergo bos me possessorem suum, & asinus præsepe meum cognouit. Vnde inquam, nisi quia pabulo uerbi boni delectatus est, quod apposui, q̄ opera mea bona circa se, uterq; persensit? At tu Israhel, tu populus meus Hierosolymitanus, q circa templum residens, cum pharisæis, & pontificibus in lege gloriabaris, talia non amasti. Idcirco non intellexisti, igitur Israhel me non cognouit, & populus meus nō intellexit, id est, co-
Væ, id est, supplicium æternum gnoscere & intelligere noluit. Respondete igitur cœli, loquere terra, & dic: ⌊ Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis. ⌋ Væ inquam, id est
Iohan.8 iudicium æternum, suppliciū sempiternū. Et quare hoc: ⌊ Dereliquerunt dominū, blas-
Ibidem.6. phemauerunt sanctum Israhel. ⌋ Et antequam ueniret, dereliquerunt dominum eligendo Baal, & cætera portenta dæmoniorum, & ubi uenit, blasphemauerunt, eūdem sanctum Israhel, dicendo: Dæmoniū habet, fabri, & nō dei filius est. ⌊ Abalienati sunt retrorsum. ⌋ Quomodo? Primum eis oportebat proponi regis sui ius, & ædictum, ipsi autem odientes

eum, mi

eum,miserunt legationem post eum,dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Ita abalienati retrorsum,ecce pro domino expectant diabolum, pro sancto Israhel expectant hominem peccati, filium perditionis. Lucæ.19 Antichristum Iudæi pro Christo expectant

¶ Peccatum illorum non fuisse ex ignorantia,sed ex superbia, inuidia, & idcirco ueniam illos non mereri. & hoc esse quod ait: Omne caput languidum, & omne cor mœrens, & cætera. Caput .IIII.

Super quo percutiam vos vltra adijcientes præuaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens, a planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.] Ac si dicat: Non peccastis per infirmitatem, non errastis per ignorantiam. Si ita esset scirem unde uos percutere deberem: inuenirem qua plaga uos castigare possem. Nunc aűt in quo percutiã uos ultra, addentes pu̇aricationẽ: addentes inquã peccato, defensionẽ peccati? Omne caput languidũ, & omne cor mœrens. In capite languido praui operis, tinea designat exterior, in corde mœrẽti inuidia interior. Hoc ipsum uerbis alijs iterat, à planta pedis (inquiens) usq; ad uerticem, non est in eo sanitas. Planta pedis opus exterius, uertex rationis dignitas intus intelligitur. Cum ergo quis per malitiam peccat: uelut illi, cum dicerent: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia, cum scirent, quod in digito dei eijceret dæmonia: recte dicas, quia à planta pedis, usq; ad uerticem non est in eo sanitas. Igitur in quo percutiam uos? Nempe huiusmodi insania, non remittitur, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. [Vulnus (inquit) et liuor, et plaga tumens.] Malum est uulnus peius liuor, pessimum plaga tumens. Malum est (inquam) peccato saltem ad horam uulnerari, peius malo usu liuescere, pessimum cum tumore superbiæ culpam defendere. Talis uestra insania est. [Non est circumligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo.] Volui circumligare, & ad pœnitẽtiam astringere, dicendo per memetipsum, pœnitẽtiam agite & noluistis euangelij ligamenta recipere. Effundi de latere meo sanguinem & aquam, medicamentũ salutis æternæ, & noluistis accedere. Dedi oleũ. i. spiritus sancti gratiam credentibus in me, ita ut loquerẽtur omnibus linguis homines idiotæ, & noluistis audire. Quid igitur tandem fiet. [Terra vestra deserta, ciuitates vestræ exustæ igni. Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & deuastabitur sicut in deuastatione hostili.] Hoc initium dolorum interim habete. Nam alibi habebitis, sicut prædixi æternum uæ. [Et derelinquetur filia Syon sicut vmbraculum in vinea & sicut tugurium in cucumerario] Quomodo illud uel illud relinquitur? Videlicet cum ablatæ fuerint fruges, recedente custode, quia non habet ultra quod seruet, remanet umbraculum uacuum, remanet neglectũ tugurium, quod fecerat sibi propter ardorem solis, ac radios declinãdos, & ut inde homines uel bestiolas quæ insidiari solent, natis uitibus abigeret. Ita derelinquetur filia Syon recedentibus præsidibus tẽpli uirtutibus: & erit sicut ciuitas quæ uastatur, id est, uere uastabitur. Amplius dicam.] Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrhæ similes essem?] Non dicatis, ira hæc est grandis nimis, multitudo malorum nostris maior est meritis: nam nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen, nisi prædestinasset, ut reliquiæ ex nobis saluæ fierent, non obsidione hominum circundaremur, non gladijs Romanorum interficeremur, non captiui in om̃es gentes duceremur sed sicut super Sodomam & Gomorrham, pluit sulphur & ignem dominus à domino, ita iustissime super nos in uindictam sui sanguinis sulphur & ignem pluisset filius dominus à patre domino. Sed si hoc fecisset non superessent reliquiæ quæ saluæ fierent, ex nobis: postquã plenitudo gentium subintroierit.

Peccatum per malitiam. Lucæ.11 Matth.4 Iohan.19 Acto.2. Pœna obstinationis Iudaic Iudæorum pœna quanta est adhuc minor quam meruerint. Gene.19 Roma.11.

¶ In quo peccatum illorum peccato Sodomorum & Gomorrhæ fuerit simile, & illud præuidens, merito diceret: Audite uerbum domini. Caput .V.

Audite verbum domini principes Sodomorum auribus percipite legem dei nostri populus Gomorrhæ.] Non dicatis: Quare sicut Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes in pœna essemus. Nã ecce ego dico, ego testificor, quia uos pontifices & pharisæi, principes Sodomorũ estis: uos populus Hierosolymitanus populus Gomorrhæ estis. Vnde? Nimirum quia sicut illi egerunt, ita & uos egistis. Venit quondam dominus, uenit (inquam) in duobus angelis suis dominus, Sodomam

uespere sedente Loth in foribus ciuitatis. Compulit illos oppido, ut diuerterent ad eum. Ingressisq; domum fecit conuiuium, coxit azyma, & comederūt. Prius autem quàm irent cubitum, uiri ciuitatis uallauerunt domum, à puero usq; ad senem, omnis populus simul, uocaueruntq; Loth, & dixerunt ei: Vbi sunt uiri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, ut cognoscamus eos. Nimirum huic simile, imo & hoc deterius uos fecistis. Venit dominus non iam in angelis sed in propria persona, uenit (inquam) in ciuitatem uestram, & facta hora uespertina, in domo cuiusdam hospitio receptus, manducabat pascha. Venistis uos & misistis ministros, cum laternis & facibus, & armis: circundedistis eum, & expetistis ad illudendum, crapulati, ebrij, atque uomentes. sicut illi Sodomitæ, de quibus iam dictum est, quādo circundederunt domum Loth, quia uespera plenum uentrem habuerunt, testante scriptura, quia hoc fuit peccatum Sodomorum, saturitas panis, & otium. Ita & uos, illa festiua, illa paschali uespera, saturati, & ebrij. dominum circundedistis ad illudendum, ad conspuendum, ad flagellandum, ad crucifigendum, læti tanquàm uictores, quòd apprehendissetis eum. Vnde & spiritus eius in Psalmo querelam deprimens: Et in me (inquit) psallebant qui bibebant uinum. Quid autem contigit illi pessimæ turbæ Sodomorum? Clauserunt uiri ostium, & eos qui erant foris, percusserunt cæcitate à minimo usque ad maximum: ita ut ostium inuenire non possent. Ita contigit, & uobis o principes Sodomorum. Clausum uobis est ostium scripturarum, cæcitate percussi estis, foris errantes circuitis, & eum inuenire non potestis, qui dixit: Ego sum ostium. O igitur principes Sodomorum, audite uerbum domini, o igitur populus Gomorrhæ, auribus percipite legem dei nostri. Quod illud est uerbum domini. Ait.

[Margin: Similes Gomorrhæ & Sodomæ populo, Hierusalē Iudæorum — Ezech. 16 — Psal. 68. — Iohan. 10]

¶ Sacrificia omia & festa Iudæorum deo esse odibilia, & unicum illi placere baptisma.

Caput .VI.

Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? Plenus sum. Holocausta arietum, et adipem pinguium, et sanguinem vitulorum, et agnorum, et hircorum nolui. ⌋ Et cætera, Adhuc (inquit) cum sitis Sodomitæ publici, uos sacrificatis mihi? Adhuc multitudine uictimarum uestrarum inescari me posse putatis? Quo mihi hæc? ¶ Quid sanguis uitulorum, agnorum, & hircorum mihi conferet? Plenus sum Magnum & uerum sacrificium suscepi, & in illo impletus sum, id est, obedientiam sancti Israhel, quem blasphemastis, quem occidistis, cuius sanguine manus uestræ plenæ sunt. Ille me impleuit. Ille sacerdos mihi satisfecit. Plenus igitur, quo admittam multitudinem uictimarum uestrarum. Nolo, imo nolui cum ueniretis ante conspectum meum. Quod huiusmodi uobis sacrificia Moyses ordinauit, non me uolente, sed me permittente fecit: uidelicet quia uos talibus in Aegypto sacrificijs assueti, seruire dijs alienis, non poteratis à consuetudine arceri. Dico ergo. ⌊ Quis quæsiuit hec de manibus vestris, vt ambularetis in atrijs meis? Ne afferatis vltra sacrificium frustra. ⌋ Vltra sacrificium sacerdotis mei, cui iuraui, & non pœnitebit me, dicens: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Vltra (inquam) huius sacrificium ne afferatis olidum sacrificium uestrū. ⌊ Incensum abominatio est mihi. Neomeniā et sabbatum, et festiuitates alias, non feram. Iniqui sunt cœtus vestri, calendas vestras, et solennitates vestras, odiuit anima mea. ⌋ Olim nolui, attamen tuli. Nunc autem iam non feram, nam odio profundo odiuit hæc anima mea. ⌊ Facta sunt mihi molesta. ⌋ At ex quo facta sunt mihi molesta, sustinui illa per annos quadraginta. Non statim misi Titum & Vespasianum qui tollerent uestrum & locum & gentem, qui ciuitatem & templum destruerent, ita ut non remaneret lapis super lapidem sed sustinui per annos quadraginta. ⌊ Laboraui sustinens. ⌋ Quamdiu sustinui, labor mihi fuit. Abominabar incensum uestrum, oderam neomeniam, & sabbatum uestrum, oderat anima mea cœtus uestros, & stercus solennitatū uestrarum. Vim quodammodo faciebam animę meę, ut quod oderat, sustineret saltem quadraginta annis, & hoc faciens laboraui. Veniant tandem Romani, & hunc laborem demant mihi. ⌊ Et cum extenderitis manus vestras. ⌋ Subauditur, & foris circundati armis, & intus fame & seditionibus afflicti & concisi. ⌊ Auertam oculos meos a vobis. ⌋ Ne compellar condolere et misereri. ⌊ Et cum multiplicaueritis orationem ⌋ Sacrificia certatim offerēdo, in tēplo cru

[Margin: Christi sacrificium unicum deo placens. — Sacrificia nō iubente, sed permittente deo instituta — Psal. 109 — Nec orationibus, nec sacrificijs Iudæorū, deus emollitus est in obsidione illa]

plo cruentando, in aspectu hostium, pertinaciam uestram admirantium. [Non exaudiam Manus enim vestrę plenę sanguine sunt.] Implestis uobis eas, dicendo: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Hoc est, uerbum domini. Quæ porro est lex dei nostri. [Lauamini, mundi estote.] Si forte compuncti aliqui ex uobis dicant ad Petrū, & ad reliquos Apostolos meos, quid faciemus, uiri fratres, ecce dico uobis. Lauamini. Quod est dicere, Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine domini. Itaque: Lauamini, mundi estote, id est, baptizamini & nolite rursus malis operibus munditiam baptismatis perdere, & ecce audite septem partes adhibendæ diligentiæ. [Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis quiescite agere peruerse, discite benefacere. Quęrite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam.] Septem itaque modis istis contendite mundi permanere, septem (inquam) id est, omibus modis, nam septenario numero significatur uniuersitas. Et cum hæc feceritis. [Venite & arguite me.] Nō enim contemnam, ego dominus uobiscum iudicium subire. Proponite causas, præmia exigite. Magnum quippe baptizati, & mūdati, aduocatum habetis apud me, cuius lauistis uos sanguine, cuius purificati estis fide. [Si fuerint peccata vt coccinum, quasi nix dealbabūtur. Et si fuerint rubra, quasi vermiculus velut lana alba erunt.] Coccinum ignei uermiculus coloris est sanguinei. In coccino ergo peccata libidinis, in uermiculo homicidij scelus datur intelligi. Si (inquit) fuerint peccata uestra, peccata Sodomorum, quoniam estis principes Sodomorum, quasi nix dealbabuntur iuxta illud in Psalmo: Asperges me hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Si fuerint peccata uestra, peccata homicidarum, quoniam occidistis Christum: uelut lana alba erunt, ut iam non appareat sanguis eius super uos, sed candidum gratiæ uestimentum. Hæc est lex dei nostri, o populus Gomorrhæ. Omnem multitudinem uictimarum uestrarum, omnes solennitates uestras, odiuit anima mea inquit: Solum, hoc est, quod uolo: Lauamini. [Si volueritis, & audieritis me, bona terrę comedetis.] Si (inquam) uolueritis hanc legem percipere auribus ut audieritis, ut lauemini, & mundi sitis, bona terræ uiuentiū comedetis. [Quod si nolueritis, & me prouocaueritis ad iracundiam, gladius deuorabit vos.] Gladius (inquam) deuorabit uos, & nunc in præsenti Romanorum, qui à corporibus separet animas: & alibi gladius malignus, qui animas à deo, & ab omni sorte iustorum diuidat, si me prouocaueritis ad iracundiam, si ex eis quos mitto ad uos prophetis, sapientibus, & scribis occideritis, flagellaueritis, crucifixeritis, lapidaueritis, & de ciuitate, in ciuitatem persecuti fueritis. [Quia os domini locutum est.] Quid os domini locutum est? Nimirum quòd gladius deuorabit uos, ut ueniat sup uos oīs sanguis iustus, q effusus est super terrā, à sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ quem occidistis inter templum & altare. Hoc locutum est os domini, & hoc interposita ueritate, firmauit. Amen dico uobis (ait) uenient hæc omnia super generationem istam.

Matth. 27. Acto. 2. Septē modis baptizatꝰ mundus persta: Psal. 50. Matth. 23

¶Peccatū illud maxime sacerdotū scribarum, & pharisæorum fuisse, qui propter traditiones suas, traditōes dei reliquerūt, hincque esse quod ait: Argentū tuū uersum ē &c. Ca. VII.

SCio prænoscēs o principes Sodomorum, quia uos hoc uerbum dñi non audietis, scio o populus Gomorrhæ, quia uos hanc legē dei nostri auribus nō pcipietis. Dico ergo. [Quomō facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc aūt homicidę.] Ciuitas quondā fidelis, ciuitas Dauid fidelis, qūo facta ē meretrix? Qūo ut fornicari sibi uacaret: Legitimū uirū suū occidit. Iustitia quondā, id est, nomen domini, iustitia inquā, quæ est fides per quā solā iustificatus Abrahā, & amicus dei appellatus est, habitauit in ea: nunc autē homicidæ, interfectores eiusdē dei & dñi, cui Abrahā credidit, habitauit in ea. O meretrix [Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua.] Reliquisti eñ traditiones dei propter traditiones hominū. Traditiones dei argentū sunt, uinū sunt dicentis, non occides, non męchaberis, diliges dñm deū tuū. Traditiones pharisæorum scoria sunt, aqua sunt, dicentium: Laua catinū, baptiza urceum, iustitiā autē & fidē derelinquentiū. Tu argentum dei, propter scoriam pharisæorum perdidisti, tu uinū dei aqua cœnosa corrupisti. [Principes tui infideles, socij furum.] Infideles inquā, & idcirco non filij Abrahę, cuius sunt filij soli fideles. Socij furum. Fecerunt eñ domū

Præscit pphēta Iudæorum obturationē. Matth. 15 Mar. 7 Exo. 20 Matth. 15 Mar. 7 Matth. 21

Diligere munera iniquissimum

patris speluncam latronum. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Non dico accipiunt munera quod multorum est: sed diligunt munera, quod homicidarum est. Nam idcirco dominum maxime occiderunt, quia disputabat contra auaritiam ipsorum. Sequuntur retributiones, sequuntur (inquã) non præcedunt. In eo, quod sequitur. Pupillo non iudicãt & causa uiduę non ingreditur ad eos. Si iudicaret pupillo, causamq; uiduę defenderent, & tunc ab illis ultro offerentibus, aliquid tanq̃ digni iudices, aut emeriti defensores acciperent, præcederent retributiones, & hoc nõ adeo reprehensibile esset. Nunc autẽ sequũtur retributiones, id est, accipiunt à uiolento certãte cõtra pupillum, & cõtra uiduã, & pro accepto, iudiciũ pupilli subuertũt, & causam uiduæ clausis foribus suis, excludũt. Hoc ẽ nõ præcedere, sed sequi retributiones. Propter hoc ait dñs exercituũ fortis Israhel. Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Videlicet, ut gladius deuoret eos, sicut supra dixi: Non leue est, q̃ dñs exercituũ dicit heu: nõ parui põderis est, q̃ fortis Israhel dicit heu, Grandis cã est, magnus dolor ẽ, q̃ afflictus iste fortis, iste dñs exercituũ dicit heu, nec aliter cõsolationẽ recipit, nisi uĩdicet, nisi hostes eius deuoret gladius

¶ Q; pro parte Apostolorum siue credentium dicat, & excoquam scoriam tuã ad purum, & auferã omne stannũ tuũ, pro parte aũt non credentiũ, & erubescetis cum fueritis uelut quercus defluentibus folijs, &c. Ca. VIII.

Conuertit ad ciuitatem loquens ei

NVnc apostropham facit ad ipsam ciuitatem, & pro parte paucorum qui legem auribus perceperunt, dicens: Lauamini, mundi estote, ita dicit. Et conuertam manũ meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum, & restituam iudices tuos vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. Post hęc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis, Syon in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia. Ad te o Syon conuertam manum meam, ad operandam salutem tuam exeram potentiam meam. Nec enĩ homicidæ, qui habitant in te poterũt auertere manũ meã, occidẽdo me. Ad te (inq̃) in ipa morte mea, cõuertã manũ meam, in eo ut excoquã scoriam tuã ad purum, & auferã omne stannũ tuum scilicet dando tibi remissionem peccatorum per sanguinem meũ, Tunc restituam iudices tuos, id est, Apostolos meos super duodecim sedes ad iudicandum, ut fuerunt prius. Qũo fuerunt prius? Non per multitudinẽ uictimarum, non per neomenias & sabbata non per calendas, aut uallas legis cerimonias, sed per fidem iustificabantur. Non enĩ aliunde q̃ ex fide iustificati sunt Abraham Isaac, & Iacob, iudices tui imo p̃res & cõsiliarij tui. In id restituã, nũc iudices & cõsiliarios tuos, id est, Apostolos: nunc consiliarios, id est, prędicatores tuos, postea iudices futuros. Non per legem, sed per fidem iudicabo eos. ¶ Post hæc uocaberis ciuitas iusti, urbs fidelis. Misso nanque spiritu sancto de cœlo, fortitudine construeris, & in omnes gentes dilataberis: filios tibi per fidem multiplicabis, & uocaberis nomine nouo, ciuitas iusti, qui peccatum non fecit, & moriendo tua peccata tulit. Vocaberis (inquam) urbs fidelis, id est, iustificata, nõ ex operibus legis, sed per fidem eiusdem Iesu Christi. ¶ Syon in iudicio redimetur: Audite enim fines terræ, audite hoc ædictum gratiæ. Syon quæ absque iudicio uendita fuerat quæ per mẽdacium diaboli captiuata fuerat: ecce in iudicio redimetur, in iudicio (inquam) mundi, quo princeps mundi huius, eijcietur foras, de possessione sine iudicio rapta. Et reducent eam in iustitia. Quo reducent? In regnum dei, unde prius in primis parentibus eiecta fuerat. In qua illuc reducetur iustitia? In iustitia fidei, in regeneratione aquę, & spiritus sancti, qua nisi quis renatus fuerit, non potest uidere regnum dei. Illuc reducent eam iudices sui, consiliarij sui, restituti ut prius, restituti sunt antiquitus. Et conteret scelestos & peccatores simul, & qui dereliquerunt, dominum confundentur. Confundentur enim ab idolis, quibus sacrificauerunt, & erubescetis super hortos, quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absq; aqua. Simul (inquit) conteret scelestos, & peccatores: simul principes, & populum principes Sodomorũ, & populum Gomorrhæ. ¶ Quis istos conteret, nisi lapis ille, de quo ipse in Euangelio: Cum proposuisset parabolam de uinea patrisfamilias, nunquam legistis ait: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Nam continuo, & qui ciciderit (inquit) super lapidem istum confringetur: super quem uero ceciderit conteret eum. Isti scelesti, isti peccatores, mali agricolæ

Margin notes: Matth.19. — Veteres quoq; sola fide iustificati sunt. — 1.Pet.2. Roma.3 — Iudicio redẽpta ecclesia. — Iohan.3. — Matth.21 Psal.117

colæ ſunt, qui primum ſeruos, deinde filium patrisfamilias occiderunt. Nam illa uinea, iſta eſt Syon. Confundentur ergo qui dominum uineæ dereliquerunt, conteret iſte lapis ſceleſtos & peccatores qui ipſum reprobauerunt, & dabitur uinea, dabitur Syon, dabitur regnũ dei genti facienti fructus eius. Confundentur autem iſti ab Idolis quibus ſacrificauerunt, uidelicet ab Idolo ſuo Beelphegor, cui ſe ſacrificauarunt paſſiua libidine, cum utiq; ſint principes Sodomorũ & populus Gomorrhæ, ut interim taceam, quòd corporaliter quoq; quotiens uacauit eis ſemp ad Idola defluxere. Et erubeſcetis (ait) per apoſtropham ſup ortis quos elegeratis, id eſt, ſuper cunctis uoluptatibus, in quibus luxuriati eſtis. Non enim in prędicta uinea patrisfamilias operari, ſed in hortis uitiorum reſolui elegiſtis. Nam & iccirco filium eius occidiſtis, dicentes: Noſtra erit hæreditas, ut uineam in hortos conuerteretis, ſicut in typum ueſtri. Iccirco Achab occidit Naboth, ut de uinea eius faceret ſibi hortum olerum. Erubeſcetis inquam, cum fueritis uelut quercus defluentibus folijs, & uelut hortus abſque aqua, id eſt tanto diſſimiles, beatæ Syon, redemptæ in iuditio & iuſtitia, quanto diſſimilis eſt pulchre uineæ quercus arida, quãto diſſimilis eſt paradyſo domini hortus ſine aqua.

Confundũtur Iudæi florente eccleſiã gentium. Matth. 21.

3. Regũ. 21

¶ De monte domus dñi, quòd ipſe ſit Chriſtus, & quòd remanentibus Iudæis, fluãt ad eũ oẽs gẽtes cohortãtes dicant alterutrũ. Venite aſcendamus in montẽ dñi, & quãdo de Syon exierit lex, & uerbũ domini de Hieruſalẽ. Ca. IX.

CAP. II

VErbum quod vidit Eſaias filius Amos ſuper Judam & Hieruſalem. Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montiũ, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite aſcendamus ad montẽ domini. & cætera. Dicebam uobis, lauamini, mundi eſtote, quia manus ueſtræ plenę ſunt ſanguine & uobis primũ oportebat loqui uerbũ hoc, ſed ecce iam ſcio prenoſcẽs, quia repelletis illud & indignos uos iudicabitis æternæ uitæ. Audite ergo uerbum, quod uidit Eſaias. Auferetur a uobis regnum dei, a uobis inquam Iudæis, a uobis terreno Iuda, a ſanguinea Hieruſalem, & dabitur genti, imo gentibus facientibus fructus eius. Nam hoc eſt quod dicit: Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini in uertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes. In nouiſſimis, id eſt, uſque ad nouiſſimos dies, uſque ad conſummationem ſeculi, erit præparatus mons domus domini, mons ſanctæ Syon redemptæ, ut ſuperius dixi, mons eccleſiæ fidelis urbis & ciuitatis iuſti. Non erit paruus lapis, qualis ab ædificãtibus potuit reprobari, ſed qualis poſtea factus eſt in caput anguli. Lapis enim (inquit) Daniel, qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & impleuit uniuerſam terram. Iſte præparatus erit in uertice montiũ, & eleuabitur ſuper colles. In uertice inquam montiũ & collium, qui illum diu deſiderauerunt, quemadmodũ unus de illis montibus cum dixiſſet filio ſuo benedicens, benedictiones patris tui confortate ſunt, ſubiunxit donec ueniret deſiderium collium æternorum. Magni montes, magni patriarchæ, magni prophetæ & apoſtoli ſunt, colles minores iuſti, mediocres electi ſunt. Præparabitur & eleuabitur mons iſte in uertice illorum montiũ ſiue collium, & ita dicetur mons montiũ, quomodo fundamentũ fundamentorũ, nam ita domus domini non deorſum fundamentum habet, ſed uertex eius fundamentum eſt. Quomodo erit præparatus. Quomodo fluent ad eum omnes gentes? Exaltatus a terra omnia trahet ad ſe: & dicet: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, euntes docete omnes gentes. Hæc erit uia, exinde fluent omnes gentes abundanter, plano itinere ibunt populi multi. ¶ Nec ire contenti, cohortabũtur alterutrum & dicent: Venite aſcendamus ad montẽ domini, & ad domũ dei Iacob. Ire nanq; credere eſt, dicere uenite, alios quoq; ad credendum inuitare eſt. Euntes itaq; dicent: uenite, credentes non ceſſabunt alios inuitare ad montẽ domini & ad domũ dei Iacob, id eſt ad altiſſimũ Chriſtũ filium dei, & ad eccleſiã dei, approbãtis ſupplantationẽ, quę ſignificata eſt in Iacob. Nã ſicut ille fratrẽ ſuũ, ſic gẽtes iſte & populi iſti ſupplantabũt populũ Iudaicũ Qua ſpe, q̃ fructu aſcẽdemus, ad mõtẽ dñi, ad domũ dei? Et docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius. Vias ſuas nos docebit, nos ambulabimus in ſemitis eius Illud perfectorũ eſt. Viæ nanq; præcepta domini ſunt. Semitæ conſilia dñi ſunt. Docebit

Acto. 13

Matth. 21.

Chrũs, mons & lapis.

Danie. 2.

Gene. 49.

Mõtes & colles qui.

Iohan. 12.
Matth. 28.

Gene. 27.

Viæ dñi ſunt pcepta, ſemitæ conſilia

nos uias suas, dicendo: Non occidas, non furtum facies, & his similia. Nos autem non con-
Matth. 19. tententi ambulare per uias eius, semitas consilij eius sequemur. Verbi gratia, dicentis: Si uis perfectus esse, uade & uēde omnia quę habes & da paupibus, & ueni seqre me. Ergo ille docebit nos quidem uias suas, nos autem ambulabimus in semitis eius, id est, usque adeo acceptabimus præcepta, ut non recusemus consilia eius. Ita fluent omnes gentes, & ita ibūt populi multi. [Quia de Syon exibit lex, & verbum domini de Hierusalem.] & cetera Non ita tunc ut hactenus uerbum domini, lex domini coartabitur unius urbis, unius Iudaici populi angustijs, sed exibit de Syon siue Hierusalem ciuitate, imo fide & unitate sanctorum patriarcharum & prophetarum, & ibit ad omnes gentes. Nam hoc est quod subditur: [Et iudicabit gentes, & arguet populos multos.] Quod cum iam fieri deberet, ape-
Lucæ. 24. riens exitum legi & uerbo suo ipse dominus locutus est. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorū in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. Nēpe prædicare pœnitentiam, id est, iudicare gentes, & de peccatis suis arguere populos multos. Et hoc incipi ab Hierusalem, id plane est exire uerbū domini de Hierusalem. [Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces.] Hoc plane facient oēs gentes, sed non omnes homines. Nec em̄ sic fluent nec sic ibunt ut prædictū est omnes homines, sed omnes gentes, id est de omnibus gentibus multi, & innumerabiles. Qui ex eis ibunt? Qui scilicet ex eis ibunt, ut ascendant ad domum domini, ipsi cōflabūt gladios suos in uomeres, & lāceas suas suas in falces, id est innocēter uiuent, si fieri poterit, q̄d ex ipsis erit, cū
Roma. 12. omnibus hominibus pacē habentes, imo & pleriq; licitis quoq; bellis abstinebūt, deponent ultro iuste quoq; miliciæ cingulum urbibus atq; castellis solitudines atq; cœnobia præoptabunt. [Non leuabit gens contra gentem gladiū, nec exercebūtur vltra ad prælium] Vt de cæteris taceam, hoc facient cohortes & legiones martyrū. Arma tenētes, & cōtra hostes patriæ pugnare parati, pro semetipsis nō pugnabūt, sed tanto ardebūt desiderio ascēdēdi in montē domini, & ad domū dei Iacob, ut proiectis gladijs ceruices suas, læti subijciant, ictibus persecutorum [Dom⁹ Iacob venite & ambulemus in lumine domini, dei nostri.] & cætera. Hæc bona pars erit dictionis eorum. Ascēdentes dicent sibi inuicem omnes gentes, uenite ascendamus, uenite ascendamus, dicent nihilominus inimicis suis Iudæis salutem ipsorum odientibus, & propter odium ipsorum socia fide ascendere nolentibus. O domus Iacob, o Iudæi, ex quibus nobis salus uenit, cur propter nos deorsum remanetis in tenebris? Cur propter nos in uobis cæcitas contigit? Venite, uenite, pariter ambulemus in in lumine domini dei nostri.

Prędicare pœnitētiā, arguere est.

Desiderio beatitudinis, sācti martyres persequutorū gladiis obiecerunt.

¶Cur Iudæos dominus proiecerit ut hic ait: Proiecisti em̄ populum tuum domum Iacob, & quidq; mali euenturum prædicat illi domui Iacob, pro eo quòd nō uult ascendere in istum montē: Cap. X.

PRoiecisti enim populum tuum, domū Jacob, quia repleti sunt vt olim & augures habuerunt vt philijstijm, & pueris alienis adheserunt. Repleta est terra argento & auro, & non est finis thesaurorum eius. Et repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigę eius. Et repleta ē terra eius Jdolis. Opus manuū suarum adorauerūt quod fecerunt digiti eorum, & incuruauit se homo & humiliatus est vir. Ne ergo dimittas eis.] Dicetur ab omnibus gentibus & a multis populis ascendentibus ad montē domini, dicetur inquam importune domui Iacob. Venite ambulemus in lumine domini dei nostri. At illa domus Iacob, aures suas obturabit, ut non audiat, comprimet oculos suos ne uideat, detestabitur hunc montē, maledicet hoc lumen. Quare? Proiecisti hunc populum quōdam tuum, proiecisti hanc domū Iacob Quare proiecisti domine deus? Quia repleti sunt ut olim. Quod est dicere: Quia sicut olim quādo fecerūt uitulū in Horeb, & adorauerunt sculptile, comederuntq; & biberunt & surrexerūt ludere, ita & nūc repleti sunt duplici fornicatione. Nā sicut Philystijm, id est alienigenæ augures habuerunt penè omni tēpore, & pueris alienis adhæserunt fornicando contra naturā principes Sodomorum & populus Gomorrhæ. Propter hęc q̄ peccauerūt, ex quo
Exod. 32. uitulū fecerūt, proiecisti eos nūc, & indurasti cor eorum. Dixisti em̄: Ego aūt in die ultionis

Quur reiecti iudęi a gratia euangelii. psalm. 105. Exod. 32

uisio-

uisitabo & hoc peccatum eorum. Si uisitare habebas peccatum illud, quòd tunc uitulū fe-
cerunt, non est quòd postea tot augures habuerunt, quòd totiens idolis seruierunt, quòd to-
tiens auro & argento repleti sitientes iustitiam uendiderunt, quòd deniq; totiens in equis &
quadrigis superbierunt, quòd totiens opus manuum suarum adorauerunt, qđ certe nō iam
unum, sed duos aureos uitulos a tempore Hieroboam coluerunt, quòd insuper Baal, & cæ-
tera portenta deorum adorauerunt. Ne ergo dimittas eis, concedendum quippe est iustis
iudicijs tuis, Quid ergo o miserabilis domus Iacob, quoniam tu nō uis ascendere in iustum
montē domini? [**Ingredere in petram, abscondere fossa humo, a facie timoris do-
mini, & a gloria maiestatis eius.**] Videlicet circundante te terribili Romanorum ex-
ercitu. Nempe in hoc me ueracem prophetam esse, ipse confirmat dicens: Filiæ Hierusa- Lucæ.23
lem nolite flere super me, sed super uosipsas flete, & super filios uestros. Quia ecce uenient
dies in quibus dicent: Beatæ steriles & uentres quæ non genuerunt, & ubera quæ nō lacta-
uerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos. Ergo in- Quam horrē
gredere in petram, abscondere fossa humo, id est opta tibi scindi petras, & dehiscere terram duꝫ incedere
ut possis abscondi a facie timoris domini, & a gloria maiestatis eius, qñ iā uictor, gloria & in manus dei
honore coronatus, quæret te iratus, missis apparitoribus uisibilibus atq; inuisibilibus, uisibi- punientis.
libus quidem Romanis, qui occidant corpora, inuisibilibus autem, id est malignis spiritibus
qui tollant animas detrahendas, usque ad inferni nouissima. [**Oculi sublimis hominis
humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum. Exaltabitur autem dominus so-
los, in die illa, quia dies domini exercituū super omnē arrogantē, & humiliabitur** Supbia & ar-
& cætera. Quis em̄ iste est sublimis homo, quis iste superbus, excelsus, arrogans, nisi tu qui rogantia Iu-
dicis semen Abrahæ sumus, nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem habemus dæorum
deum, & nos Moysi discipuli sumus? Nempe hæc & his similia dicere in despectum supra Iohan.8.
dicti montis domini magna sublimitas est, mira superbia, mira celsitudo, mira arrogantia. Iohan.9.
Humiliabitur ergo omnis eiusmodi arrogās, omnis cedrus libani sublimis & erecta, id est,
om̄is sacerdos & populus cōfidens in illo Libano, id est pulchro tēplo, cui alias dicit Aperi
libane portas tuas, Humiliabit igit, & oīs quercus basan, & omnis mons excelsus, & omnis Zacha.xi.
collis eleuatus, & omnis terris excelsa, & omnis murus munitus, id est, omnis siue plebeius
sit, siue princeps, qui cum per naturam sit homo, magis tamē propter superbiam talibus re-
cte denotatur nominibus. Humiliabuntur & omnes naues Tharsis, id est omnes diuites ne-
gociantes in nauibus suis, quia superbientes in diuicijs, egenum & pauperem crucifixerunt
Christum filium dei. Super hoc enim & super omne quod uisu pulchrum est, erit illa dies
domini, illa reuelatio ire domini. & incuruabitur sublimitas hominum, &c.

¶ Qꝫ ait: Quiescite ab homine cuius spiritus, &c. ꝙ Christus sit altissimus, &
ꝙ resurrexerit ueraciter, si spiritus in naribus eius est Ca.XI.

Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius.] Quia excel-
sus reputatus est ipse. Ergo inquam sic humiliandi, sic incuruādi, quiescite ab ho-
mine, cuius spiritus in naribus eius. Quis em̄ ille est, nisi hic quē occidistis, cuius
spiritū de naribus eius eiecistis. Licet ille quādo uoluit spiritū de naribus su-
is emiserit: Ab isto quiescite, nā ecce spūs eius in naribus eius est. Resurrexit, spūs eius nari-
bus eius recuperatus est. Ascendit in cœlū, & excelsus, id est altissimus reputatus est, nam
ecce ad dexteram dei patris sedet. Quiescite, os uestrū continete, linguam uestram nolite eij-
cere, nolite blasphemare. Quod si dicitis. Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius
est, id est nolite credere in eum, qui similiter spirat, ut cæteri homines, contra uestrā intentio-
nē loquimini infelices, nā si spūs eius in naribus eius est, resurrexit sicut dictū est, & inde ex-
celsus reputatus est. Quiescite igitur uolentes, alioquin quiescetis nolētes. [**Ecce enim do-** CAP.III.
minator dominus deus exercituū, auferet ab Hierusalē & a Iuda validum & forte Pœna incredu-
& omne robur panis, & omne robur aque, & fortem & virum bellatorem, iudicem & lorū Iudæorū
**prophetam, & ariolum, & senem principem super quinquaginta, & honorabilem
vultu.**] & cætera. Legent qui uolent uestræ calamitatis tragœdiam & me ueracem in
omnibus his comprobabunt esse prophetam.

¶ Quòd ille de quo ait: Apprehendet uir fratrem suum domesticum patris sui

Moyses

Moyses sit de quo dicitur: Nos discipuli sumus Moysi, & quomodo ille ecõtrariò dicat: Nõ sum medicus, & nõ est in domo mea panis, &c. Cap. XII.

Apprehendet enim vir fratrem suum, domesticum patris sui, & dicet: Vestimentũ tibi est, Princeps esto noster, ruina autẽ hęc sub manu tua. Respondebit in die illa dicẽs: Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neq; vestimentum, Nolite me constituere principem populi. Tanta quippe erit raritas hominũ, & maxime omniũ penuria rerum, ut qui cibum & uestimentũ habuerit, potens & diues & inclytus esse credatur, miseriamq; ac calamitatem cõmunem sustentare & protegere uideatur sua posse potentia. ¶ Altius aũt quod ad rem magis attinere uidetur, uir id est Iudaicus populus, qui dominum suum crucifigere est ausus, apprehendet fratrem suum, domesticum patris sui, id est Moysen, non deum aut dominum, sed fratrem & comparẽ suum domesticum, non etiam dominum Abrahæ patris sui. Illum apprehen-
Iohan.9. det, in illo sperabit, sed frustra id faciet, dicendo: Nos discipuli sumus Moysi. Frustra inq̃
Iohan.5. illum apprehendet, & in illo sperabit, dictũ em̃ est: Est qui accuset uos Moyses, in quo uos
Moyses tuus a se repellit Iudæos, cum accusat. speratis. Ille itaq; respondẽs, non est ita, inqt: Non sum medicus, in domo mea nõ est panis, neq; uestimẽtũ. Abite adulatores importuni, nolite adulari mihi, dicẽdo: nos discipuli sum[9] Moysi, & crucifigendo dominum & magistrum Moysi. Abite ruinosi, non ero princeps uester, ruina uestra non erit sub manu mea. Non ego sum medicus, qui mederi possim ruinæ, qua corruistis exterius, qua corruistis interius. Ille medicus erat, imò est, quem uos blasphemastis, quem uos occidistis male fortes frenetici. ¶ Quid dicitis uestimentũ tibi est? An quia legislatio mihi credita est? Plane non uestimentũ, imò neq; panis, neq; uestimẽtũ in domo mea est. Vestimentũ in domo illius est, cuius digito lex contexta est. Panis in domo illius est, cuius angelorũ uisio cibus est. Quare sic ille respondebit, dicetq;: nolite me constituere principem populi? Nimirum propter scelus eiusdem populi. Ruit enim Hierusalem, & Iudas concidit, quia lingua eorum, & adinuentiones eorum cõtra dominũ, ut prouocarent oculos maiestatis eius. Iccirco ruit Hierusalem, & Iudas concidit, quia
Iohan.19. contra dominum blasphemauerunt atq; dixerunt: Tolle tolle, crucifige crucifige talem, nõ habemus regem, nisi Cæsarem, & clementissimũ deũ furore linguæ suæ ad amaritudinem
Cæcitas mentis, dicit hic agnitio uultus. prouocauerunt. Agnitio vultus eorum, respondebit eis: & peccatũ suũ quasi Sodoma prędicauerunt, nec absconderũt. Quid est agnitio uultus eorũ, nisi cæcitas mẽtis eorũ? Reuera illa respondebit, id est merito cõtigit eis. Quare? Quia peccatũ suũ sicut Sodoma prædicauerũt, nec absconderũt. ¶ Quomodo Sodomitæ cõmuni libertate peccantes, & ne pudorẽ quidẽ ullũ habentes in scelere dixerũt ad Loth: Educ foras uiros, ut abuta-
Gene.19. mur eis. Sic & illi publice proclamãtes, suũ prædicauerũt peccatũ, nec ullã in blasphemãdo habuere uerecundiã. Iccirco quomodo illis agnitio uultus eorũ respondet, ut percussi cæcitate, a minimo usq; ad maximũ, nõ possent inuenire ostiũ, sic istis & agnitio uultus sui respõ-
Iohan.10. dit, ut uelamen malitiæ super cor habentes, eũ inuenire nõ possent, qui dicit: Ego sum ostiũ. Væ animę eorũ, quia reddita sunt eis mala. Dicito iusto, quoniã bene, quoniam fructũ adinuentionũ suarũ comedet. Vos qui auditis & intelligitis hæc, laudate iudiciũ dei, quoniã mala iuste reddidit eis, iusto faueto, quẽ illi blasphemauerũt & cõdẽnauerũt iniuste, & dicite: qm̃ fecit om̃ia bene, qm̃ fructũ adinuẽtionũ suarũ comedet. Hoc dicito iu-
Lucæ.22. sto, ut & uobis æqua uice faueat iustus, ut q̃ diu ille comedet, uos q̃q; edatis & bibatis super mẽsam eius, in regno eius. Ecõtrariò. Vę impio in malũ, retributio em̃ manuũ eius fiet ei. Populũ meũ exactores sui spoliauerũt, & mulieres dñatę sunt eius. Qui ex-
Principes exactores & mulieres. actores ipsi & mulieres. Exactores propter rapacitatẽ, mulieres propter passiuã & Sodomicã libidinẽ. Exactores isti, mulieres istæ, scribæ & pharisæi fuerũt, q turpis lucri gr̃a, ut acciperẽt decimas, & primitias uñ libidines suas explerẽt, populo p̃suaserũt ut crucifigerẽt dei filiũ. Hoc faciẽdo nimirũ om̃i gl̃ia populũ spoliauerũt, & nudũ inter hostes cõstituerũt. Adhuc aũt captiuũ populũ beatũ dicũt, p Chr̃o p̃mittẽtes Antichr̃m. Seq̃t ergo: Popule meus, qui te beatũ dicũt, ipsi te decipiũt, & viã gressuũ tuorũ dissipãt. Iccirco conti-

¶ Quod dñs de quo ait: Stat ad iudicandũ, Chr̃s Iesus sit, de quo Stephanus: Ecce (inquit) uideo cœlos apertos, & cætera, & q̃ iudicij eius iã fuerit (nuo dicit:

actus quo decaluatus est uextex filiarum Syon Romanis deuastantibus. Cap. XIII.

STat ad iudicandum dominus, & stat ad iudicandos populos. Dominus qui ascendit in cœlũ, qui sedet ad dexterã dei, ipse stat ad iudicandũ. Nã hoc & prothomartyr Stephanus testat, cũ dicit: Video cœlos apertos, & filiũ hominis stantẽ à dextris dei Cũ hæc diceret, iam ille stabat ad iudicandũ, & iudiciũ imminebat illi concilio malignantiũ. Vnde sequitur adhuc. ⌊Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi & principibus eius.⌋ Id est contra seniores populi sui & principes eius. Quare? ⌊Vos enim (inquit) depasti estis vineam meã, rapina pauperis in domo vestra.⌋ Hinc ergo contra uos litem propono, hinc ego iudiciũ exigo. o seniores populi mei, o principes populi mei. Vos uineã meã depasti estis, uos quod amplius est, rapinã pauperis in domũ uestrã cõportastis. Nõne lex dicit, ingressus uineã proximi tui, comede vuas quantũ tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum? At uos uineam meam, ingressi in agricolandum missos a me seruos meos ut fructus afferrent, interfecistis, ut soli uineam meã depasceremini Parum hoc fuit, misi ad uos unicum filium meum, egenum & pauperem, & dixistis: Hic est hæres, occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Ergo rapina pauperis in domo uestra, pauperem enim occidistis, ut uestra esset hæreditas. ⌊Quare atteritis populum meũ & facies pauperum commolitis, dicit dominus exercituum.⌋ & cætera. O duri uindemiatores quo modo uineam meã depascimini atterendo & commoliendo facies pauperum. Videlicet nisi quid dederint in os uestrum, sanctificatis super eos bellum. Pauperes delinquentes publice arguitis atque confunditis, diuitibus autem maiora peccantibus, ne quicquàm quidem facitis, Iccirco pauperem occidistis, ut uineam eius usurpastis, ut pauperum spoliis, tam atrociter abuteremini. Iccirco iam nunc audite sententiã domini, o mulieres dominãtes populi eius, ut supra dixit. Nec enim pro uiris ille uos computare dignatur, sed pro mulieribus, quoniam fluitis uoluptatibus, & propter uoluptates explendas, sic auare rapitis ut nihil sit intolerabilius. Audite ergo mulieres dominantes, mulieres luxu pariter, & sanguine fluentes. Et dixit dominus: ⌊Pro eo quod leuatæ sunt filię Syon, & ambulauerũt extento collo, & nutibus oculorum ibant & plaudebant, ambulabant, & in pedibus suis & composito gradu incedebant, decaluabit dominus verticem filiarum Syon, & dominus crinem earum nudabit.⌋ & cętera. Quid enim o auditores, o totius mundi senatores, quid impudentius istis filiabus Syon, filiabus inquam, id est nõ uiris, quod esse debuerant, sed fluxis muliebus. Eleuantur sedentes super cathedram Moysi, & ambulãt extento collo, accipientes salutationes in foro, & amantes uocari ab hominibus rabbi, & nutibus oculorum eunt, & plaudũt semper gestientes ad adulterium & incestum, utpote principes Sodomorum ambulant, & in pedibus suis composito gradu incedunt, hypocritæ dilatantes philacteria sua, & magnificantes fimbrias, ita ut recte dicamus eis: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia. Sic & uos a foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Nonne ergo iustissime decaluabimus uerticem, & nudabimus crinem talium filiarum, talium muliercularum? Quomòdo decaluabũtur, ut perspicua sit omni mũdo tinea hypocritarum? Auferemus eis pulchrum templum, præsides templi uirtutes migrabunt, & nudas constituemus eas inter gladios Romanorum, ⌊In die illa auferet dominus ornatum calciamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, periscelides, & murenulas & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes & mutatoria & pallia, linteamina, & acus & specula, & syndones, & vittas, & theristra.⌋ Quid enim hęc faciũt, superducta corporibus muliercularum, nisi quòd tela cõcupiscentiæ, uiris iniiciunt per fenestras oculorũ. Sic nimirũ quicquid scribæ & pharisæi faciũt circa semetipsos, & circa splendidũ tẽpli cultũ, ad nihil aliud ualent, nisi ad subuersionẽ intuentiũ. Auferet igitur illa dñs quæcunque prædicta mulierũ ornamenta, recte signãtur, ne diutius scandalum faciant aspicientibus. Nam reuera si permansissent, eiusmodi filiæ Syon cũ omni ciuitatis & tẽpli ornatu, scãdalũ nõ minimũ fieret multis in Christum credentibus. Proinde decaluatis illis atque nudatis. ⌊Erit (inquit) pro suaui odore fętor, & pro Zona funi-

Acto. 7.
Deut. 23.
Matth. 21.
Mich. 3.
Matth. 23.
Mundus muliebris, deo odibilis.

funiculus.] & cætera. Quãtũ eñ prius fama Synagogæ suauis erat, tanto & ampliu s nũc fœtet uniuersa terra odorẽ ei⁹ pessimũ, percipiente pro Zona uel cingulo sacro Aaron pontificis magni, longũ in capite accepit funiculũ captiuitatis. Tandẽ ita cõcludit. [Et desolata in terra sedebit.] Scilicet ut quod prius faciebat, iam nullum ad appetitũ sui synagoga meretrix allicere possit.

CAP.IIII. ¶Q, septẽ mulieres ille sint dona spũs sancti requiescẽtis sup unũ Christũ Ca. XIIII

Et apprehendent septẽ mulieres virũ vnũ in die illa dicentes: Panem nostrũ comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantũmodo inuocetur nomẽ tuũ super nos, aufer opprobriũ nostrũ.] Septem mulieres, septẽ gratiæ spiritus domini intelligũtur, id est spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris domini. Iste apprehendent uirum unum, dominũ Iesum Christum, quẽ multo tempore desiderauerant, quia nullũ alium potuerunt inuenire, in quo æterna statione requiescerẽt. Verũ hic intellectus in parte deficit. Quomodo eñ dicant septẽ dei spiritus panem nostrũ comedemus, & uestimẽtis nostris operiemur? Aliter. Et apprehendẽt septẽ mulieres uirũ unũ, ut supra. Quod est dicere: Filiæ Syon, ut prędictũ est, mulieres quæ spoliauerũt populũ meũ, & dñate sunt eius, dominũ uineæ occiderũt, ut licentius uineã eius depascerẽt, iccirco decaluabũt, iccirco nudabũtur, & cõsurgent in iudicio aduersus eas septẽ mulieres, id est omnes gentes omniũ ecclesiæ gentium, quarũ uniuersitas & in Apocalypsi sub septenario numero intelligitur. Surgẽt inquã in iuditio aduersus istam filiorũ Syon generationẽ, malã & adulterã, & condemnabũt eam Quomodo? Apprehendendo uirũ unũ, uirũ non alium, q̃ istum, quẽ illę occiderũt, quem de uinea sua eiecerunt foras & interfecerunt. Virũ istũ apprehendent in sanguine suo relictum, & eo magis dilectum. Panẽ inquiũt comedemus, & cætera. Ac si dicant. Filiæ meretricis huius, cui tu panem tuum dedisti, quã tu uestimentis tuis operuisti, te occiderũt, & adhuc blasphemare nõ desinũt. Veni ad nos, & hoc tantũ dignare, ut inuocetur nomen tuũ. Non panem tuum quærimus, nõ a te uestimenta exigimus, illa meretrix panẽ nõ habebat uestimẽtis indigebat. Nullas eñ terras habebat, in Aegypto seruiebat, dæmonũ & Aegyptiorum libidini subiecta erat. Tu illam redemisti, tu illam per magnalia liberasti uirtutis tuę tu illam mãna cibasti, tu deinde terrã illi, tu regiones gentiũ & labores populoꝝ, unde panẽ sibi & uestimentũ acciperet, dedisti. Cũ hæc feceris, illa te eiecit, illa te occidit. Mala tibi pro bonis retribuit, nos ecõtra panẽ nostrũ comedemus, & uestimẽtis nr̃is operiemur. Nõ quęrimus ut propter nos gentes ille occidantur, quarũ terrã optimã, terram lacte & melle manantẽ obtineamus. Sed quid? Tantũmodo inuocetur nomen tuum super nos, ut dicamur & simus uxores tuæ & ecclesiæ tuæ, & hoc modo aufer opprobriũ nostrũ, ut iam non dicamur aut simus quod dicebamur, & eramus, scilicet alienæ a conuersatione Israhel, & hospites testamentorũ promissionis spem nõ habentes, & sine deo in hoc mundo.

Esaiæ.ij. Septem dona spiritus in uno Christo & ecclesia. Alia expõ Apoc. 2.3.ij Lucæ.ij. Matth.12. Gentium pietas, Iudæorũ accusat impietatem. Nõ terrã promissionis, sed Christi tantũ auxiliũ quærit ecclesia Ephe. 2.

¶Q, extunc omnibus credentibus peccata remittantur gratia spiritus sancti, queadmodũ dicit: Si abluerit dñs sordẽ filiarũ Syon, & cætera. Ca. XV.

In die illa erit germen dñi in magnificentia & gloria, & fructus terrę sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israhel.] Erit (inquit) germen domini magnificũ & gloriosum, de illa gratiosa & uniformi copula septem mulierũ, de unica fide multarũ in toto orbe ecclesiarũ. Et erit fructus terræ sublimis, tantæ uc; hoĩes pfectionis, ut cum adhuc pro cõditione mortalitatis terra sint, pro magnitudine sapientiæ supernæ cœli sint, sitq; iam eorum conuersatio in cœlis. Et erit exultatio his qui saluati fuerint de Israhel, exultabunt eñ Apostoli, uidentes quanta per eos deus in gentibus operatus est. [Et erit omnis qui relictus fuerit in Syon, & residuus in Hierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita, in Hierusalem.] Subauditur cum plenitudo gentium subintrauerit, nã tũc demũ reliquiæ saluæ fient. Omnis (inquit) qui scriptus est in uita in Hierusalem, id est, quotquot præordinati sunt ad uitã æternã Quomodo autem sanctus uocabitur, aut erit? Ait: [Si abluerit dominus sordẽ filiarũ Syon, & sanguinẽ eius lauerit de medio eius, in spiritu iudicij & spiritu ardoris.] Hæc nempe unica sanctificationis regula est, unde & supra dixi: Lauamini, mundi estote, præmisso ꝙ manus uestræ plene

Christianorũ perfectio. Phili.3. Acto. 4.

plenæ sunt sanguine. Sanguis ille non aliter emundari poterit, nisi abluēte dño in spū iudicij & spū ardoris: id est in igne spūs sancti cū lauacro aquæ uisibilis. Ille unus idemq; spūs, spūs iudicij est, & spūs ardoris: Iudicij inquā, id est discretionis, quia fidelē ab infideli discernens, remissionē peccatorum per fidem tribuit, Ardoris aūt, quia purgatū à peccatis hominem, deinde boni zeli igne accēdit. **Et creabit dñs super omnē locū montis Syon, & ubi inuocatus est, nubem per diē, & fumū & splendorem ignis flammātis in nocte.** Tunc em̄ reddetur populo felicitas pristina, quā aliquando habuere in heremo, p̄cedente eos dño per diem in colūna nubis, & per noctem in colūna ignis: ut nec in prosperis, nec in aduersis aliquando turbentur, iuxta quod in psalmo dicitur: Per diem sol nō uret te, neq; luna per noctem: Fumus aūt hic, nō errorē uel ignorantiā significat, sequitur em̄, & splendorē ignis flāmantis. Ergo fumus quē creare decebat deū, lachrymosa erit cōpunctio peccatorū pœnitentiā agentiū, quam ordine sequitur, lucidū regni dei desideriū. **Super omnē enim gloriam protectio & tabernaculū erit in umbraculū diei ab æstu, in securitatem & abscō sionem a turbine & a pluuia.** Qui post pœnitētiæ lachrymosæ fumū creaturā ignis flāmantis, id est splendidi desiderij cōsequi meruerit, ut delectet eū contemplari gaudia patriæ cœlestis, talis promissio gloriosa est illi. Protectio inquit & tabernaculū erit sup omnē gloriā. Vere em̄ qui gustauit cōtemplando beatitudinē futuri seculi, sup omnē cōputat gloriā mūdi uacare, & in secreto abscōdi ab æstu atq; à turbine, & à pluuia p̄sentis seculi, ut cū psalmista dicere possit: Quoniā abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum, protexit me in abscōdito tabernaculi sui. Et in Cāticis: Ego dormio, & cor meū uigilat. Nēpe q sic absconditus dormit, sup oēm regū gloriā glorificatus ē, cū dicere possit, nr̄a āt cōuersatio ī cœlis ē. ¶ Q cātico isto secūda perioches sit passiōis Chr̄i, & q secundū illud canticū dn̄s illā parabolā dixerit: Homo erat paterfamilias, qui plantauit uineam.

Exo. 13. Psal. 120. Psal. 26. Cant. 5. Philip. 3

Cap. XVI.

Cantabo dilecto meo canticū patruelis mei uineæ suæ. Uinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepiuit eam, &c. Canticū hoc secundæ perioches initium est. Quod in initio dixerat, filios genui & exaltaui, ipsi aūt spreuerunt me: hoc istud canticū in parabola uineæ latius ostendit. Dicitur aūt per contrariū canticū, nam ueraciter idē est uæ quod itē in initio dictū est: Væ genti peccatrici. Cātabo (inquit) dilecto meo. i. Christo, ueraciter aīæ meę dilecto. Quis em̄ nescit, qa tua anima o cantor optime desiderabilem Christū dilexit & diligit? Nempe canticū sibi uel ad opus sui cantatū esse testatur: cum ex eo sumpta parabola, principibus sacerdotum & phariseis dicit: Homo erat paterfamilias, qui plantauit uineam, & sepem circūdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, &c̄. Canticū hoc quorum sit uæ, distincte insinuat, dicendo: Patruelis mei uineæ suæ. Quis em̄ patruelis prophetæ extitit, nisi agricolæ iam dicti, id est ordo leuiticus & sacerdotalis? Deniq; cū ipse propheta de tribu Iuda extiterit, Patruus eius quodāmodo fuit Leui: Patruelis aūt eius cunctus ordo leuiticus, & sacerdotalis. Porrò uinea dilecti, populus extitit. Igitur cantabo dilecto meo canticum patruelis mei, uineæ suæ: id est proloquar Christo, quod annunciet agricolis, & uineæ suæ, scilicet sacerdotibus & populo suo carmen lamentabile. Vinea facta est dilecto meo. Quænā ista uinea sit, ipse cantor aperit in fine conclusionis. Vinea inquit domini exercituū domus Israhel est. Hæc dilecto meo facta est, acquisitione, non auri, neq; argenti, sed multorum mirabilium quæ fecit in terra Aegypti. Vnde & scriptum est: Vineam de Aegypto transtulisti. Facta est autem in cornu, id est in eadem potentia, quā illam transtulit, quemadmodum & Balaam cum de eodem populo dixisset, deus adduxit eum de Aegypto, continuo subiūxit. Cuius fortitudo similis est rinocerotis. Hæc facta est (ut iam dixi) dilecto meo filio olei, id est filio charitatis dei. Nam idcirco illi facta est, ut præparatam sibi ille aduenient possideret & per suum sanguinem sanctificaret. Quod & fecit. Omnes enim per suum sanguinem de inferno eduxit, quorum pars uinea bona est Sed & de radice eius apostolos sumpsit, de quibus uel p quos totus mundus uitibus bonis īpletus est. Siue filio olei. id est in loco pingui, qa reuera nihil pinguius terra repromissionis ¶ Et sepiuit eam, id est angelorum præsidio sepsit eam. **Et lapides elegit ex ea,** Id est idola uel quicquid dei cultum impedire poterat, diligenti cura per sepe reiecit ab ea. **Et plantauit eam electam,** Id est optimā in fide ele

Cap. V. Secunda perioches. Cap. I. Mat. 21. Psal. 79. Nume. 24 Filius olei .i. charitatis.

Kk ctorum

ctorum, Abraham, Isaac, Iacob, bene radicatam. L Et ędificauit turrim in medio eius. ⌋ Id est templũ in medio regię ciuitatis eius. L Et torcular extruxit in ea. ⌋ Id est altare quod ita sacerdotib⁹ cõmoda reportat, quemadmodũ agricolis torcular. L Et expectauit (inquit) vt faceret vuas, & fecit labruscas. ⌋ Id est ut faceret bona, & fecit opera mala. L Nunc ergo habitatores Hierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam. ⌋ Nõne ergo canticum hoc dilecto animæ suæ cantauit? Deniq; sic iam dictam in euangelio parabolã secũdũ cantici huius sensum contexuit: ut omnino istud sibi cantatum uelit intelligi, tandemq; percunctatur, & ipse pene eisdem uerbis. Cũ ergo inquit uenerit dominus uineę quid faciet agricolis illis? Hoc tantũ interest, quod istic inter dominũ uineæ & ipsam uineã: illic autẽ inter dominũ uineæ, & agricolas iudiciũ postulat. Porrò quid per labruscas hic uelit intelligi, illic manifestius aperit, in hęc uerba prorumpens. Et agricolæ apprehensis seruis eius alium ceciderunt, alium occiderunt. L Et nunc (inquit) ego ostendam vobis quid faciã vineę meę. ⌋ O habitatores Hierusalem, o uiri Iuda, ut iudicaretis inter me & uineam meã interrogaui, & quia non uultis respondere quid sciscitor, ego ipse mihi respondebo. L Auferam sepem eius. ⌋ Id est, tollam angelorũ auxilia. L Et erit in direptionem. Diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam. Non putabitur & non fodietur. ⌋ Et est sensus. Destruã muros eius, Romano circũsedente exercitu: ita ut in æternũ non reædificetur. Nec uero sicut sub Babylonijs passa est, ita & sub Romanis patietur. Nã sequitur. L Et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. ⌋ Siquidem & Hieremias capta iam urbe, prophetauit in populo, & Ezechiel, Daniel quoq; & tres pueri, uel prophetasse, uel mirabilia signa, etiã in captiuitate fecisse narrantur, & postea Aggæus & Zacharias futura dixerunt in consolationem populi seruientis. Nunc aũt eiusmodi nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem, id est ut iam, nec apostolos habeant, nec prophetas quos occidant. Vnde & in Leuitico loquitur: Ponã cœlũ uobis ferreũ, & terrã æneam. Quare hoc mandabo nubibus meis? L Quia expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas. ⌋ Quanta eñ iniquitas, & quãtus clamor, quod & seruos patrisfamilias occiderũt, & uidentes filiũ eius, de quo dixerat: Verebũtur filiũ meũ, crucifige crucifige clamauerũt.

Margin notes: Propheta & Chrĩus de uinea pene eisdẽ percũctantur uerbis. — Labruscæ. — Iudicium malæ uineæ. — Leuit. 26. — Lucæ. 2[0]

¶ Quomodo huius loci prophetico sensui consonet illa inuectio domini, qua postquam illam parabolam recitauit, octies uæ increpuit scribis & pharisæis, octies enim ille post canticum istud uæ illis pronunciat, cum dicit: Væ qui coniungitis domum. Cap. XVII.

VÆ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsq; ad terminum loci, &c. ⌋ Sexies hoc loco uæ spũs sanctus per istum uerbi sui ministrum conclamat. Væ qui coniungitis domum ad domũ. Væ qui cõsurgitis mane ad sectandam ebrietatem. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis uanitatis. Væ qui dicitis malum bonum & bonum malũ. Væ qui sapientes estis in oculis uestris. Vę qui potentes estis ad bibendũ uinũ, & uiri fortes ad miscendam ebrietatem. Duo uæ pręterea sunt subaudienda in his duabus iræ sentẽtijs. Qui dicitis, festinet, cito ueniat opus eius ut uideamus. Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Plane & hæc omnia de cantico sunt quod dilecto suo cantare proposuit, quæ & malis decantat agricolis, id est est interfectoribus eiusdem dilecti scribis & pharisæis. Testificatur hoc ipse dilectus qui cantata sibi ab isto propheta totidem uæ, id est octo recantat, cũ dicit post parabolã quam de uinea proposuit. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui claudis regnũ cœlorum ante homines. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos uiduarũ oratione longa orantes. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, q circuitis mare & aridam ut faciatis unũ proselytũ. Væ uobis duces cæcorum q dicitis, Quicũq; iurauerit per tẽplũ nihil est, q aũt iurauerit in auro tẽpli, debet. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentã & anetũ, & cyminũ, & reliquistis quæ grauiora sunt legis. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis & parapsidis, intus autem pleni estis rapina & immundicia. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorũ, & omni spurcitia. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, q ædificatis sepulchra mortuorum

Margin notes: De hic duo subaudienda uæ. — Matth. 23

tuorum

tuorũ, & ornatis monumenta iustorum. Nonne ergo cantor iste canticũ eiusmodi cantãs eo tẽdit quo & dilectus eius cui cantauit recantando totidem inuehitur sententijs.

Q primo uæ intolerabilẽ scribarũ & pharisæorum auaritiã prophetando percutit: & propter eandem ciuitatẽ fore destruendam prædicat. Cap. XVIII.

ET primũ quidẽ uæ intolerabilẽ scribarũ & pharisæorum auaritiam percutit. [Ue (inquit) qui coniungitis domũ ad domũ, & agrum agro copulatis vsq; ad terminũ loci. Nunquid habitabitis soli vos in medio terræ? In auribus meis sunt hec domini exercituũ.] Eiusdẽ auaritiæ malũ quæ pœna consequatur, continuo subiungit [Nisi domus multæ desertæ fuerint grandes & pulchræ absq; habitatore. Decẽ enim iugera vinearũ facient lagunculam vnã. Et triginta modij sementis facient modios tres.] Plane hic propter auaritiam sacerdotũ ciuitatẽ fore destruendã præuidet ac prædicit. Quod ipsum cõfirmat dilectus sæpedictus, cui cantauit. Nam cũ uidens ciuitatẽ, fleuisset super illã, dicens: Quia si cognouisses, & tu: quia uenient dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo, & non relinquent in te lapidem super lapidem. Continuo ingressus in templũ, cœpit eijcere uendentes in illo, & ementes, dicens illis: Scriptũ est, quia domus mea domus orationis est: uos aũt fecit illã speluncã latronũ. Et notanda dictiõis proprietas, ubi per eclypsin maiorẽ uindictæ uel iræ quantitatẽ acerrime significat. Nisi (inquit) domus multæ desertæ fuerint, grandes & pulchræ absq; habitatore: subauditur, falsum uobis ego præcantaui uæ. Quod aũt decẽ iugera uinearum fecerint lagunculam unã, & triginta modij sementis, modij tres: id est q hi qui diuites fuerãt, in obsidione Romana, fame & siti perierunt, infelicis historiæ textus satis ostendit.

In auaritiã primum uæ.

Lucæ. 19

Q secũdo uæ, eorundem ebrietatẽ redarguit, qua iam ebrij dominũ comprehenderunt in illa paschali uespera. Cap. XIX

VÆ qui consurgitis mane ad sectandã ebrietatẽ, & potandũ vsq; ad vesperum, vt vino æstuetis. Cithara & lyra & tympanũ & tibia, & vinum in conuiuijs vestris: & opus domini non respicitis: nec opera manuũ eius consideratis.] Istud uæ agricolas eosdẽ ebriositatis nimiæ redarguit. Vsq; ad uesperã inquit. Nimirũ in spũ iam p̃sens aderat, futuro diei quo festiua ebrietate crapulati, dominũ uineæ, filiũ dei cõprehenderunt, cũ esset uespera paschalis. Væ igitur uobis ebrij inquit atq; uomentes crapulati & sordidi, q uino æstuantes, sobriũ cõprehendistis filiũ dei. Cithara, & lyra, & tympanũ, & tibia, & uinũ in conuiuijs uestris. Hoc ipsum Amos propheta uehementissime persequens, cum dixisset: Qui comeditis agnum de grege, & uitulum de medio armenti, qui canitis ad uocẽ psalterij: decentissime ad nos conuersus ait: Sicut Dauid putauerunt se habere uasa cantici bibentes in phyalis uinum, & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Q hic dicit: Et opus dñi non respicitis, & opera manuũ eius nõ cõsideratis: Hoc ille expressit nimis eleganter, & nihil inquiens patiebant super contritione Ioseph. Nẽpe contritio Ioseph, id est passio dñi, q̃ per uenditionẽ Ioseph solet intelligi: opus est dñi, opus manuũ eius, opus nostræ redẽptionis. Hoc opus domini non respiciebant isti ebrij, nihil eñi patiebantur super cõtritione Ioseph, optimo unguento delibuti. Q eñi uerũ est, q nihil patiebantur super cõtritione Ioseph, q super eũ nimio risu, & cachinno mouebantur. Quid igitur? [Propterea captiuus ductus est populus meus quia non habuit scientiam.] Propterea inquam, qa iam dicti operis dñi, non habuit sciẽtiam, qa contritioni Ioseph cõpati nesciuit: captiuus ductus est in omnes gentes. [Et nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti aruit.] Hoc adeo uerum est, ut nobilis fœmina, noĩe Maria in illa obsidione filium suũ manducauerit. Sed parua est uindicta, nisi sicut per Moysen prædictum est, ignis succensus ardeat usq; ad inferni nouissima. Sequitur ergo. [Propterea dilatauit infernus animã suã, & aperuit os suũ absq; vllo termino. Et descẽdẽt fortes eius, et populus ei9, & sublimes, gloriosiq; eius ad deũ, &c.] Econtrariò, mites & humiles bonis dñi abundabunt, unde & tandem infert. [Et pascẽtur agni iuxta ordinem suum, et deserta in vbertatem conuersa, aduenæ comedent.] Quãdo dñs exaltatus fuerit in iudicio, & sanctus in sua sanctificatus iustitia, ut mali agricolæ male pereant: tũc qui fuerint de agnorum numero, non hœdorum, in pratis ecclesiæ pascent, & quæ

Secũdũ uæ in ebrietatem

Amos. 6

Contritio Ioseph, passio Christi.

Deut. 32

& quæ à Iudæis deserta sunt, uersa in ubertatẽ comedent aduenæ, id est gentiũ populus.

¶ De tertio uæ quo dicit, Væ q trahitis iniquitatem in funiculis uanitatis, qa occidendo Christum mensuram patrum suorum impleuerint. Cap. XX.

Væ tertiũ in occisores. Mat. 23

VÆ qui trahitis iniquitatẽ in funiculis uanitatis, & quasi uinculum plaustri peccatum.] Væ istud illi consonat, quo dominus: Væ inquit uobis q ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum. Et subinde: Itaq; testimonio estis uobismetipsis, quia filij estis eorũ, qui prophetas occiderũt. Et uos impletemensurã patrũ uestrorum. Deniq; sic implere mensurã patrũ impiorum, ut qa patres prophetas occiderũt, filij non degeneres occidãt dñm prophetarum idipsum est qd trahere iniquitatẽ in funiculis uanitatis, & quasi uinculũ plaustri peccatũ. Væ igitur uobis qa trahetis nihilominus longũ quoq; funiculũ pœnarum. Nã à sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, quẽ occidistis inter templum & altare, uenient oĩa sup generationẽ istam.

¶ De quarto uæ illorum q dixerũt, Festinet cito, ueniat tẽpus, &c. uidelicet qñ dicebãt, Si rex Israhel est, descendat nunc de cruce. Cap. XXI.

Quartũ uę in blasphemos.

QUi dicitis, festinet, cito veniat opus eius, vt videamus, & appropiet, vt veniat consiliũ sancti Israhel, & sciemus illud.] Qui inquit dicitis, festinet, uobis uæ. Quid enĩ? Nunqd nõ multũ festinauit, & cito uenit opus sancti Israhel? Nõne cito resurrexit post tres dies? Nunqd nõ scitis illud? Nunqd non
Mat. 28. uobis annũciauerũt custodes monumẽti, qui facto terræmotu magno exterriti, & prę timore angeli de cœlo descẽdẽtis, facti sunt uelut mortui? Quid amplius festinare uoluistis, dicẽ
Ibi. 27 do: Si rex Israhel est, descẽdat nũc de cruce, & credemus ei? Quid tã cito uenire uoluistis, opus eius dicẽdo, cõfidit in deo, liberet nũc eũ si uult? Imò q̃ nequissima festinatio fuit, quod contumelia & tormẽto eũ interrogare uoluistis, si esset filius dei. Væ ergo uobis.

¶ De quinto uæ, pro eo quod dixerunt malum bonum, uidelicet, reseruando Barrabam, & condemnando Christum. Cap. XXII.

Quintũ uę in falsũ iudiciũ.

VÆ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucẽ, & lucem tenebras: ponentes amarum dulce, & dulce amarum.] Vt qd enĩ tam procaciter peruertitis iudicium? Bonum dei filium dicitis malum: malum latronem Barrabam dixistis bonum. Tenebras, id est homicidia, & seditiones illius
Lucæ. 23 ponitis uobis lucẽ: huius aũt lucẽ, id est doctrinã & ueritatẽ ponitis tenebras, id est seductionem. Dicitis enĩ, quia magus est, & quia commouit populum, docens per uniuersam Iudęam. Væ igitur uobis qui dulce huius uelut amarum reiecistis, & amarum Barrabæ combibistis, ut seditiones eius hæreditate possideatis.

¶ De sexto uæ, in eos qui sapientes in oculis suis, tulerunt clauem scientiæ illis. Ca. XXIII.

Sextum uæ in superbos.

VÆ qui sapientes estis in oculis vestris, & corã vobismetipsis prudentes.] Vt quid enim clauim scientiæ tulistis? Ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibu-
Matth. 23 istis. Clausistis regnum cœlorũ ante homines, sedentes super cathedrã Moysi amantes primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab homibus Rabbi. Igitur & pro hoc uæ uobis.

¶ De septimo uæ in eos, qui uiri fortes sunt ad miscendam ebrietatẽ. Cap. XXIIII.

Septimũ uæ in comessatiões

VÆ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendã ebrietatem.] Potenter bibistis, fortiter ebrietates miscuistis, uiri fortes, uiri phrenetici. Nam inde est, quod medicum uerum percussistis. Vinum pessimũ, uinum erroris
Deut. 32 bibistis & spiritũ uertiginis. Hinc est quod Moyses dicit: De uinea Sodomorũ & de suburbanis Gomorrhæ. Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. Fel draconum uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile. Et corporaliter ebrij illa uespera, de qua supra dictum est, filium dei comprehendistis, & deinceps uinum doctrinæ nequam fortiter, immò pertinaciter miscere non cessatis, ad defensionem uestri homicidij: ad multiplicandum blasphemias in illum quem occidistis, & odiũ eius filijs uestris iugiter propinatis. Væ igitur uobis.

¶ De uæ octauo, in eos qui iustificant impium pro muneribus & iustitiam iusti auferunt. Cap. XXV.

VÆ vobis qui iustificatis impiũ pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Quare enim iustitiam iusti, qui benedictus uenit in noĩe dñi, ab eo abstulistis: nisi quia munera uobis auri & argenti nõ attulit, sed pauper & humilis uenit? Ecce inquit Zacharias propheta, filia Syon, ecce o filia Hierusalẽ rex tu⁹ ueniet tibi iustus & saluator, Ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filiũ asinæ. Quia non solũ iustus, sed & pauper uenit: quemadmodũ hic dicit, idcirco iustitiam eius ab eo abstulistis. Ecõtrariò, si uenerit in nomine suo, ille alius diues impius: illũ suscipietis, illum pro muneribus iustificabitis: quasi uictoriã omniũ gentiũ protinus adepturi, quasi aureã atq; gemmatã Hierusalem in terris habituri. Væ igitur uobis. Væ octauum in accipientes munera. Zacha. 9

¶Q; propter hæc mala, Romanus exercitus uenire debuerit, & qũo adhuc ultrà illam uindictam manus domini extenta sit. Cap. XXVI.

PRopter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammę exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorũ vt puluis ascendet, &c. Quæ illis contigisse sub Romano imperio orbis uniuersus audiuit. In omnibus his non est auersus furor eius: sed adhuc manus eius extenta. Hæc distinctio illud innuit, quod dubiũ est nemini, quia inimicis dei non nouissima pœna, uel malorũ finis est mors corporis, quãlibet horrenda. Quapropter illud quod sequitur de secũdo Chrĩ aduentu, quo iudicaturus ueniet nil obstat intelligi.

¶De eo q̃ ait, Et ecce festinus ueniet, & de die iudicij qñ rugiet ut catulus leonũ, dicẽdo his qui à sinistris erunt, Ite maledicti in ignem æternum. Cap. XXVII.

ET leuabit signũ in nationibus procul, & sibilabit ad eũ de finibus terrę, & ecce festinus velociter veniet. Non est deficiens neq; laborans in eo, nõ dormitabit neq; dormiet, neq; soluetur cingulũ renũ eius, nec rumpetur corrigia calciamenti eius. Sagittę eius acutę, & omnes arcus eius extenti. Nã Iudæis qui illũ reiecerant dispertitis, ipse signũ crucis suæ, leuabit inquit in nationibus ꝓcul. & sibilabit, id est occulta inspiratione adducet ad eũ gentes de finibus terræ, & ecce festinus uelociter ueniet. Nã & si uideatur longũ esse q̃ nondũ uenit, mora tamen nõ est in cõsideratione tanti negotij. Vnde sapiens: Horrende inquit & cito apparebit uobis. Non est deficiens neq; laborans in eo, id est nõ erit sicut prius mortalis, sicut prius infirmus, in illo aduentu suo. Nõ dormitabit neq; dormiet, id est nõ occultus ut ante, sed manifestus ueniet deus noster. Non soluetur cingulũ renũ eius, nec rumpetur corrigia calciamenti eius, subauditur, ut tũc semel factũ est, qñ discinctus in cruce pepẽdit, & moriẽdo rupta est corrigia carnis, qua calciatus uenerat deus. Sed qd? Sagittæ eius acutæ, & oẽs arcus eius extenti. Viuidas nanq; & acutas sententias dabit, extento arcu acuti iudicij: multis iudicibus arcus singulos tenentibus, id est authoritatem iudicandi. ¶Vngulę equorũ eius, vt silex & rota eius, quasi impetus tempestatis. Equi & currus eius, throni sunt & dominationes, & omnes uirtutes cœlorum, quæ in aduentu eius mouebuntur: & erit tempestas ualida in circuitu eius. Equi tales ungulas quasi silices habere dicuntur: quia æterni sunt, & nulla infirmitate lassantur. Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catulus leonũ, & frendet, & tenebit prędã, & amplexabitur, & non erit qui eruat. Vere rugitus eius ut leonis, q̃ attonita terra tremet, & euigilãtes exiliẽt mortui. Rugiet ut catul⁹ leonũ, dicendo: Ite maledicti in ignẽ æternũ. Frendet & tenebit prædã & amplexabitur: dextros enĩ tenebit ut prædam suã, quia pro illis huic leoni propheticæ dictum est. Ad prædam fili mi ascendisti: Nõ erit qui eruat, certe nõ erit, qui de manu eius rapiat. Et sanabit super eũ in die illa sicut sonitus maris. Sup eũ inquit, scilicet sup diabolũ, quẽ cũ magno sonitu uidentibus cũctis præcipitabit. Aspiciemus in terrã, et ecce tenebrę tribulationis, et lux obtenebrata est in caligine eius. Aspiciemus inqt: Qui aspiciemus? Nos utiq; prophetæ sancti, & patriarchæ magni. Ergo ne talibus q̃q; ibi erũt tenebræ tribulatiõis? Erũt plane qñ aspiciemus in terrã, & uidebimus hiantẽ tartarũ, erũt inquã tenebræ tribulatiõis tã ingẽtes, ut si ullo mõ mori possemus, solius uisionis tribulatio sufficeret ad examinãdos nos nimietate pauorũ atq; tremorũ. Nã uix iust⁹ saluabitur, ergo nos quoq; tenebras tribulationis aspiciemus, ubi illa belua mirabilis ꝑcipitabitur: & lux quoq;, id est sanctitas nostra horrore obtenebrabitur in caligine eius.

Signũ crucis eleuatum. Sapien. 6 Aduẽt⁹ Chrĩ secundus qualis erit. Lucæ. 21 Psal. 49. Mat. 25. Gene. 49 j. Pet. 4.

¶ Quid sit dñm sedere sup soliũ excelsum, et q̃ sint sub eo iplentia tẽplũ, qd Seraphin, qd facies, qd pedes domini, & qd clamor dicentiũ, Sanctus, sanctus. Cap. XXVIII.

Cap. VI. Perioches tertia. IN anno quo mortuus est rex Ozias. Vidi dominũ sedentẽ super solium excelsum, & eleuatũ, & ea quę sub eo erant, replebant templum. Tertia hæc periocha maxime uigilantẽ intellectorẽ quærit, quia maxime clausa est propter eos quos spiritus sanctus, notitia ueritatis indignos iudicauit, sicut ipsa scriptura patenter innuit. Dicitur eñ in primordijs: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne
Esa. 8 forte uideat oculis, &c. Et circa fines eiusdẽ Peroches, Liga inquit testimoniũ signa legẽ in discipulis meis. Igitur ne quid de fumo illorum patiamur, propter quos uisionis huius testimoniũ ligatũ atq; signatum est: spũs sanctus corda illuminet nostra, luminis sui claritate. Eo
Iohan. 12 duce primũ adhibeamus euangelicæ ueritatis candelabrũ, Euangelista Iohãnes cũ dixisset, propterea non poterant credere Iudæi, quia iterũ dixit Esaias: Excæcauit oculos eorũ, & indurauit eorũ cor ut non uideant oculis, & intelligant corde, & conuertantur & sanem eos, continuo subiunxit: Hæc dicit Esaias, quando uidit gloriã eius, & locutus est de eo. Proinde quis dubitet hic dñi nostri Iesu Christi gloriã prædicari, & prophetã hic de eo loqui? Ergo uidi dominũ sedentẽ super soliũ excelsum & eleuatũ, id est uidi in spũ, uidi prophetali oculo dominũ omniũ Iesum Christũ propter passionẽ mortis, gloria & honore coronatũ, sup oẽs cœlos eleuatũ, & receptũ in paternæ dexteræ cõsessum. Illud uere excelsum est soliũ, & ab humilitate hũana, qua pati dignatus est longe eleuatũ. Cur aũt & nũc p̃miserit, in anno quo mortuus est rex Ozias, & posterius dicat, & factum est in diebus Achaz, filij Ioatham, filij
Cap. 7. Oziæ regis Iuda, &c̃. suo loco prætereundũ non erit. ¶ Et ea inquit quæ sub cœlo erant implebant templũ. Postq̃ dominus ascendẽs in cœlũ, sedit super illud paternę maiestatis soliũ excelsum & eleuatũ: q̃ deinde sub eo sunt? Nimirũ dona q̃ dedit hoibus, dona sancti spũs, q̃ dedit apostolis, & cæteris in se credentibus. Hæc implent tẽplũ, i. ædificãt, & perficiũt ecclesiam dei, per mundũ uniuersum. Seraphim stabant super illud. Seraphim ardentes,
Seraphim apostoli fuerũt siue incẽdentes interpretãtur. Qui ergo sunt Seraphim? nisi apostoli: quos utiq; ardẽtes atq; incẽdentes decimo die post ascensionẽ eius effecit spũs sanctus? Apparuerũt eñ illis disper
Act. 2 titæ linguæ, tanquã ignis, supraq; singulos eorum sedit. Et repleti sunt oẽs spiritu sancto. Isti stabant super templũ illud, nam isti patres & iudices ecclesiæ dei principantur. Sex alę uni, & sex alę alteri. Senarius numerus plenus atq; perfectus est: quippe qui suis partibus construitur. Habet eñ mediam, id est tria: Secundã, id est duo. Sextã, id est unũ, quæ simul aggregatæ, senariũ perficiunt. Et senario dierũ numero deus perficit hunc mundum. Ergo sex alæ singulorũ Seraphim plenã & pfectã significãt notitiã ueritatis, quã spũs sanctus apo
Iohan. 16 stolos, docuit, iuxta promissum dicẽtis. Cũ aũt uenerit ille spũs ueritatis, docebit uos omnẽ ueritatẽ. Duabus alis uelabant faciẽ eius, & duabus uelabant pedes eius. Facies dñi diuinitas Christi est. De qua scriptũ est: In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud
Iohan. 1. deũ, & deus erat uerbũ. Pedes dñi, hũanitas Christi est, de q̃ itidẽ scriptũ est: Et uerbũ caro factũ est. Vtrũq; uelabãt. i. utrũq; p̃dicabãt: & pro tẽpore indignis abscondebãt, neq; marga
Mat. 7 ritas suas ante porcos mittebãt, Duabus alis uelabãt. i. utrũq; p̃dicabãt. Quid eñ est q̃ totidẽ alis faciẽ, quot & pedes uelabãt, totidẽq; uolabant: nisi pari intẽtione, tã diuinitatẽ q̃ humanitatẽ Christi, & pro tẽpore siue loco annũciabant? Ad quid eñ uolabãt? Sequitur. Et clamabant alter ad alterũ, & dicebant, Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus exercituũ. Plena est omnis terra gloria eius. Ergo uolabant, id est fidẽ sanctæ trinitatis hactenus
Mat. 28. incognitã prædicabant, iuxta regulã dicentis: Euntes docete oẽs gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spũs sancti. Hic ter sanctus unus est dominus, unus in tribus personis est deus, pater, & filius, & spũs sanctus. Hic eñ est dominus deus exercituũ, extunc maxime, ex quo Seraphim taliter clamare cœperunt alter ad alterũ, id est concordi fide, & mutua collatione scripturarũ: extunc eñ maxime accreuerunt illi, & multiplicati sunt exercitus credẽtiũ. Vnde & ptotinus subditur: Plena est omnis terra gloria eius, subauditur, quæ prius tantum in Iudęa cognoscebatur. Nam q̃ hic super soliũ excelsum & eleuatum sedere cernitur, deinde & omnis terra gloria eius plena esse dicitur: illud est quod uno uersiculo innuit Psalmista: Exaltare inquiens super cœlos deus, & super omnẽ terrã gloria tua.
Psal. 107

¶ Quid

¶Quid sit cõmotio liminariũ, & qd sit fumus implens domũ dñi, unde polluta sint labia populi, cuius in medio propheta se habitare cõgemiscat, & quid uolãs ad eum unus de Seraphin. Cap. XXIX.

ET commota sunt superliminaria domus a voce clamantis, & domus impleta est fumo. Clamãtibus Seraphim & in tota terra, trinitatis mysteriũ pdicãtibus, statim commota sunt superliminaria templi, & omnes illius cardines ceciderũt, impleta saluatoris cõminatione dicentis: Relinquetur uobis domus deserta. Aliter: Commota sunt superliminaria, id est, zelo concitati sunt principes sacerdotum, Annas & Caiphas, & omnes qui synagogæ præminebant. Commota sunt inquam hæc simperliminaria, pro audita trinitatis gloria, & iniecerunt manus, ut concluderent ora clamantium, Seraphim, id est, ut prohiberent apostolos loqui in nomine domini. Præcipiendo inquiunt pcepimus uobis, ne doceretis in noie isto: & ecce replestis Hierusalẽ doctrina uestra, &c. Cõmota sunt igitur superliminaria, & domus nõ iam dñi, impleta est fumo inuidiæ: & q̃ gloria dñi omnis terra splenduit, ex eadem in Israhel cæcitas contigit. Et dixi: Ve mihi quia tacui, quia vir pollutis labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. Et regẽ dominum exercituum vidi oculis meis. Hoc illud est quod in actibus apostolorũ legimus: His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos apostolos: Quid faciemus uiri fratres? Væ ergo inquit mihi, quia tacui. Nec uero tantũ quia tacui, sed quod peius est, uir pollutis labijs ego sum, q in persona eorum recte dici, facta ipsa consentiunt: Clamauerunt eñ, tolle tolle, crucifige crucifige. Veraciter ex eo polluta se labia cognouerunt habere, sed seducti fuerant, & per ignorantiam tali clamore labia sua polluerant. Sequitur ergo: Et in medio populi polluta labia habentis, ego habito. Multi enim ex eis non per inuidiam clamauerunt: sed multitudinem secuti sunt. Et volant ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem tulerat forcipe de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigi hoc labia tua: & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Iste unus de Seraphim, Petrus apostolus extitit: q gratiæ pennis aduolans, dixit: Pœnitentiã agite, & baptizetur unusquisq; uestrũ in nomine Iesu Christi, in remissionẽ peccatorũ uestrorum: & accipietis donum spũs sancti. In manu eius calculus inquit. Calculus donũ est spũs sancti, quo peccata cõburuntur, in Christũ credentiũ. Illud in manu erat Seraphim, id est in potestate Petri apostoli præ cęteris. Illi nãq; Christus claues regni cœlorum specialiter tradidit. Quem tulerat forcipe de altari, id est quẽ promeruerat, à Christo solido tenore fidei. Primus eñ dixit: Tu es Christus filius dei uiui. Habet igitur primus in manu calculũ, id est sancti spũs donum, in potestate uel ministerio cõferendæ remissionis peccatorum.

Mat. 23 | Annas & Caiphas supliminaria domus | Act. 5. | Act. 2 | Ioh. 19. | Act. 2 | Petrus p cæteris potestatem accepit | Mat. 16.

¶Quid sit dicere, Quem mittam, & quis ibit nobis, & quid illud, ecce ego, mitte me, & q Stephanus prothomartyr sese obtulerit, & secundũ sensum psentis loci, dura illi populo stans in consilio nunciauerit. Cap. XXX.

ET audiui vocẽ domini dicentis. Quem mittã, & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade & dices populo huic: Audite audiẽtes & nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere. Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte videant oculis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur & sanem eum. Quẽ inquit mittã, & quis ibit nobis? Ac si dicat: Quoniã neminẽ ex eis, q̊s mittimus uiuere pmittũt, & meipsum occiderũt, quẽ inueniã tantæ fortitudinis, ut mittã eũ? Quis ibit uel qs ire audebit nobis, & dicet eis, me, quẽ occiderunt filiũ hominis, sedere super soliũ excelsum, & eleuatum, sedere uel stare à dextris dei? Et dixi, ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade, &c. Supra diximus, in personã eorũ, q auditis Petri apostoli dictis cõpũcti corde dixerũt: Quid faciemus, prophetam dixisse uæ mihi, quia tacui, &c. Cuius nunc in personam dicit, Ecce ego, mitte me? Cuius inquam, nisi prothomartyris Stephani, qui gratia & fortitudine plenus ire non timuit? Nempe ille quasi iniussus, ultrò se obtulit, & ecce ego, mitte me dixit: nec enim legimus quod per aliquem apostolorum mandatum accepit: & per publicum testimonium perhibens filio dei, cum tantũ diaconus esset, prodigia & signa faceret apostolicæ uirtu- Act. 6

uirtutis. Nõné iste præsenté, de quo loquimur, legationẽ euidẽter attulit: qui cũ staret in cõcilio, cũ esset plenus spũ sancto, intendens in cœlũ, uidit gloriã dei, & ait: Ecce uideo cœlos
Act. 7 apertos, & filiũ hominis stantẽ à dextris uirtutis dei? Vade inquit dñs, & dices populo huic Audite audiẽtes, & nolite intelligere, &c. Nimirũ & hanc legationis partẽ pertulit, qui causas tantæ iræ nõ tacuit. Dixit em̃. Dura ceruice, & incircũcisis cordibus, & auribus uos semper spiritui sancto restitistis, sicut & patres uestri, & uos. Quẽ prophetarũ nõ sunt psecuti patres uestri? Et occiderũt eos, qui pnunciabãt de aduentu iusti, cuius nunc uos proditores, & homicidæ fuistis. Plane quod dictũ est, aure audietis, & nõ intelligetis, cõtinuo uerũ eẽ constitit. Nam ubi dixit: Ecce uideo cœlos apertos, & filiũ hominis stantẽ à dextris uirtutis dei: acclamantes uoce magna, cõtinuerunt aures suas, & impetũ fecerũt unanimiter in eũ. Excæca inquit cor populi huius. ⌊Et dixi: Usquequo dñe? Et dixit: Donec desolentur
Prædicit Esaias dispersionem Iudæorũ ciuitates absq; habitatore, &c.⌋ Et est sensus: Tandiu nõ audiet, & nõ uidebit, & excæcatũ habebit cor: donec ciuitates Iudeæ, Vespasiano, Titoq; pugnãtibus, penitus subuertãtur: in tantũ, ut ne nomẽ quidẽ pristinũ remaneat, & domus, si quæ remanserint sine habitatore sint, & terra redigatur in solitudinẽ, & uel fuga uel captiuitate in totũ orbẽ Iudaicus populus dispergatur, & nequaq̃ in Iudæa, ut prius, sed in cunctis gentibus Iudæorũ populus multiplicetur. Nam hoc est quod sequitur. ⌊Et multiplicabitur quę derelicta fuerat in medio terrę, & adhuc in ea decimatio, & conuertetur.⌋ Ac si dicat: Quid aũt dico multiplicabitur? Tanta erit infelicitas residui populi, ut ad cõparationẽ prioris multitudinis uix decima pars remaneat. ⌊Conuertetur (inquit) & erit in ostensionẽ sicut therebinthus & sicut quercus quę expandit ramos suos. Semẽ sanctũ erit id quod steterit in ea⌋ Et erit in deprædationẽ, quando post annos ferme quinquaginta Adrianus uenerit, & terrã Iudæã penitus fuerit deprædatus, in tantũ, ut therebintho & quærcui, quę glandes amiserit, cõparetur. Deniq; post extremã uastitatẽ, etiam leges publice pependerunt, & prohibiti sunt Iudæi terrã, de qua eiecti fuerãt ingredi. Si quis aũt crediderit in Christũ, & impletũ fu-
Cap. 1. erit illud quod supra legimus, nisi dñs Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma esse-
Roma. 9 mus, & similes Gomorrhæ fuissemus, quãdo iuxta apostolũ reliquiæ saluabũtur: hoc semẽ sanctũ erit, & de apostolorũ germine cunctæ ecclesiæ pullulabunt.

¶ Cur uisioni illi, rem in diebus Achaz gestã coniunxerit, & qualiter impleuerit præceptũ dicẽtis in initio uisionis, Excæca cor populi huius, Itemq; in fine eiusdem, Liga testimoniũ, signa legem in discipulis meis. Cap. XXXI.

Cap. VII. ET factũ est in diebus Achaz filij Joathan filij Ozię regis Juda: Ascẽdit Rasin rex Syrię & Facee filius Romelię rex Israhel in Hierusalẽ ad prœliandũ contra eã. Et non potuerunt debellare eã. Et nunciauerunt domui Dauid, dicentes: Requieuit Syria super Ephraim. Et commotũ est cor eius & cor populi eius, sicut mouentur ligna syluarũ a facie venti.⌋ Narrata uisione, qđ ualde notãdũ est, cõtinue atq; cõiuncte longe post actæ rei narrationẽ subiũgit, dicendo, & factũ est in diebus Achaz: Nec em̃ memoriæ debet nũc abesse, q̃ uisionẽ narrare incipiens tẽpus eius posuit dicẽdo, in anno quo mortuus est rex Ozias, deniq; inter Oziã & istum Achaz anni fuere. XVI. quibus regnauit Ozię filius Ioathan. Quid ergo cõtinuando rem tanto post tpe gestã uisioni p̃teritæ cõiunctiuncula quoq; usus est, dicẽdo, & factũ est in diebus Achaz? Quid putamus, nisi q̃a in diebus Achas tandẽ fecit id qđ sibi tũc p̃ceptum fuerat? Quid em̃ præceptũ fuerat? Videlicet, ut cor populi excæcaret, id est ut sic uisionẽ eandẽ narraret ut populus quia non merebatur, nõ intelligeret. Nã qui tũc dixerat: Excæca cor
Cap. 6. populi huius, ipse postmodũ dicturus est, Liga testimoniũ, signa legẽ in discipulis meis. Et
Cap. 8. propheta respondet: Et expectabo dñm qui abscondit faciem suã à domo Iacob, & præstolabor eũ. Ergo quæcunq; hoc loco Iudæis obesse uidentur, ut nõ intelligant, imò quicunq; iuuare putantur impietatem illorum aduersus ea, quæ deinceps de Christo prophetantur, ligamenta sunt, signacula sunt testimonij prophetici, Imò leges euangelicæ, quæ per istum prophetam euangelizantur, dicentem: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, &c. Nobis autem in Christo reuelatur per ipsum, qui librum signatum aperuit, & soluit, tam hæc quàm cætera signacula eius.

¶ Deco

¶De eo q̄ cū annunciatū esset domui Dauid, quia requieuit Syria sup Ephra im, annunciatur conceptus & partus uirginis, & cur uocetur Emanuel, Itemq; Accelera, spolia detrahere, festina prædari. Cap. XXXII.

ANnunciauerunt (inquit) domui Dauid, dicentes: Requieuit Syria super Ephraim Et cōmotū est cor eius, &c̄. Quare cōmotum est cor Dauid? & cor populi eius, sicut mouentur ligna syluarꝫ à facie uenti? Videlicet quia sicut subiunctū est, consiliū inierat Syria malū, & Ephraim & filius Romeliæ contra Iudā dicētes: Ascendamus ad Iudā, & euellamus eū ad nos, & ponamus regē in medio eius, filiū Tabeel Idcirco commotū est cor domus Dauid, uidelicet ne periret regius honor de domo Dauid. Nō stabit inquit dominus, & non erit istud, &c. Deinde promissio, Si non credideritis, non pmanebitis, continuo sequitur. Et adiecit dominus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi signū à domino deo tuo in profundū inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, Et non tentabo dominū. Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Nūquid parum uobis est, molestos esse hominibus? quia molesti estis deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse uobis signum Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malū, & eligere bonum. Ac deinceps: Et dixit dominus ad me: Sume tibi librū grandem, & scribe in eo stilo hominis, Velociter spolia detrahe, cito prædare. Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ. Et accessi ad prophetissam, & cōcepit & peperit filium. Et dixit dominus ad me: Voca nomē eius, Accelera, spolia detrahe, festina prædari: quia antequam sciat puer uocare patrem suū, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum De Iesu Christo dei filio prophetiam hanc esse ueraciter scimus & cōfitemur. Ecōtrariò Iudæi, Quid ad Christū uestrū tāta post tpa natū, q̄ tūc Rasin regē Syriȩ interfecit Theglath, Falassar rex Assyriorꝫ, & dissipatū est eius scilicet Rasin, & Faceæ filij Romeliæ cōsiliū magnū? Quid itidē ad Christū uestrū, q̄ regnante Ezechia, egressus est angelus dn̄i, & pcussit in castris Assyriorꝫ centū octogintaquinq; milia? Nunquid natus erat? Ad Ezechiā magis q̄ fecit qđ erat bonū corā dn̄o iuxta oīa q̄ fecit Dauid pater eius, unde & dn̄s erat cū eo, propter qđ à propheta dicitur Emanuel, qđ interpretat̃ nobiscū deus, natus nō de uirgine.i. Betula, sed de adolescētula.i. Alma. Dicimus ad hæc, Emanuel noster nōdū quidē in carne uenerat, sed nihilominus ante Ezechiam, & ante Achaz, imò & ante Abrahā ipse erat. Nec solū Rasin & Faceæ filij Romeliæ consiliū magnū dissipatū, & exercitus Sennacherib p eū uel propter eū percussus est: sed & quicqd unq̄ mali euasit uel boni cōsecutus est Israhel, & patres eius, Abrahā, Isaac, & Iacob, ope factū est huius Emanuel. Quis em̄, aut q̄ res Abrahā sanauit, nisi fides huius Emanuel? Ex q̄ credidit Abrahā deo, sibi dicēti: In semine tuo benedicētur oēs gentes, quicqd boni, in semetipso uel in posterꝫ suis adeptus est: huius seminis sui, huius Emanuel nostri, fecit uel promeruit fides. Igitur iā ueritatis huius thesauros ingrediamur, dicens: Si nō credideritis, nō permanebitis. Quod est dicere: Nūc quidē Rasin regē Syriæ & filiū Romeliæ, Sennacherib quoq; regē Assyriorū ope futuri Emanuel euadetis, & in terra uestra manebitis: sed cū ille uenerit, si nō credideritis, nō pmanebitis, quia Romani uenient & tollent uestrū, & locum & gentem.

Iudæorꝫ ino argumētū in hoc loco.

4.Reg.19
4.Reg.18

Solutio eius argumenti

Gene. 22

¶De impietate Achaz, & de eodē Emanuel, & q̄ sensu recte accipitur dictū, butyrꝫ & mel comedet, ut sciat, &c. & cur post tanta tēpora nasciturus iam promittatur. Cap. XXXIII.

ET adiecit dn̄s loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signū a dn̄o deo tuo in pfundū inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petā, & non tentabo dn̄m. ⌋Nō humilitatis est, sed supbiæ, q̄ nō uult à dn̄o deo signū postulare. Q̄q̄ em̄ scriptū sit in Deute. Nō tētabis dn̄m deū tuū, & hoc cōtra diabolū, saluator usus sit testimonio, tum iussus ut peteret, obediētiæ debuit explere mādatū, psertim cū & Gedeō & Manue signū petierint & accepint. Sciebat eī rex ipi⁹, q̄ si signū peteret: acceptu rus eēt, & glorificaret deus. Ergo q̄si idolorꝫ cultor q in oibus angulis platearꝫ & in mōtib⁹, locisq; nemorosis aras cōstituerat, & pro leuitis habebat fanaticos, non uult signū petere, qđ pceptū ē. ⌊Et dixit: Audite ergo dom⁹ Dauid, Nūquid parū vobis ē molestos eē hominibus, q: molesti estis deo meo? ⌋Quis est iste q dixit, Audite ergo dom⁹ Dauid?

Superbiȩ causa Achaz signū petere noluit.

Deut.6.
Mat.4.
Iudicū.6. 13.

Nequaq̃ deus, q supra ad Achaz dixerat: Pete tibi signũ à dño deo tuo, sed propheta, ut ex cõsequentibus approbat, qa molesti estis, & deo meo. Et est sensus, Quia nõ solũ prophetas
Supra. J. psequimini, & eoꝝ dicta cõtemnitis: sed p̃sentis & iubẽtis dei sententiæ cõtraitis, ita ut ei exhibeatis laborẽ, q in alio loco ait: Laboraui sustinẽs, idcirco dñs faciet q̃ sequũtur. Et hoc notãdũ, ꝙ Achaz rege impijssimo nolẽte signũ petere, sermo propheticus ad domũ Dauid, hoc est ad tribũ regiã cõuertitur, de qua supra legimus. Et nũciauerũt hæc domui Dauid, dicentes: Cõsenserũt Syria & Effraim. ⌊Propter hoc dabit dñs ipse vobis signum: Ecce
Partus uirginis designat. virgo concipiet ⁊ pariet filiũ, ⁊ vocabitur nomen eius Emanuel. Butyꝝ ⁊ mel comedet, vt sciat reprobare malũ, ⁊ eligere bonũ.⌋ Propterea inqt, qa molesti estis, nõ solũ hoibus, sed etiã deo meo, prophetas eius occidẽdo, & cultũ eius abijciendo: dabit dñs ipse uobis, ipse inquã dñs dabit signũ uobis magnũ, & dignũ se. Nã ecce uirgo cõcipiet, &c. In eo terribile uobis erit illud signũ, ꝙ iste Emanuel de uirgine cõceptus & natus, butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malũ, & eligere bonũ. Quid enĩ? Ad hoc uenit iste Emanuel, q̊d interpretatur nobiscũ deus, & ad hoc butyꝝ & mel comedet: ut sciat reprobare malũ, & eligere bonũ? Ita plane. Nã uos estis principes Sodomorũ & populus Gomorrhæ. Id
Gene. 18 circo nũc loquitur apud se: Clamor Sodomoꝝ & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatũ eoꝝ aggrauatũ est nimis. Descendã & uidebo, utrũ clamorẽ, q uenit ad me, ope cõpleuerint
Butyꝝ & mel q̃uo comedet saluator. an nõ est, ita, ut sciam. Ergo butyꝝ & mel comedet. i. homo factus in omni cõuictu & habitu, in omni ueritate naturæ hũanæ, cõuersabitur inter hoies, ut nõ iã p solã sciam, sed & per experimẽtũ sciat reprobare malũ uestrũ, malũ Sodomiticũ, & eligere bonũ, cũ uos secũdũ furorẽ Sodomoꝝ circũdederitis eũ, expetẽtes ad illudendũ, & flagellãdũ, & crucifigẽdum. Hæc passus, deinceps sciet reprobare malũ, & eligere bonũ: habẽs potestatẽ facere iudiciũ, in quo sine dubio reprobabit malũ, & eliget bonũ. ⌊Quia anteq̃ sciat puer vocare patrẽ suũ ⁊ matrẽ suã auferetur fortitudo Damasci, ⁊ spolia Samariẽ corã rege Assyriorũ.⌋ Quasi quæreres: Vt qd propter p̃sens periculũ promittitur nobis Emanuelis tanta post tpa nascituri signũ? Videlicet qa anteq̃ mõ supradicto sciat reprobare malũ, & eligere bonũ, anteq̃ fiat hõ nunc idẽ deus apud patrẽ deũ hoc faciet, ut derelinquatur terra quã tu detestaris à duobus regibus suis. ⌊Adducet dñs super te ⁊ sup populũ tuũ, ⁊ super domũ patris tui dies qui non venerũt a die separationis Ephraim a Juda cum rege Assyrioꝝ. Cũ rege Assyriorũ adducet inquit dñs sup te dies quos nunq̃ habuisti.⌋ Vt uidelicet supatis decẽ tribubus ab Assyrijs in Emanuelis p̃sentia libereris. ⌊Et erit in die illa. Sibilabit dñs muscẽ quẽ est in extremo fluminũ Aegypti, ⁊ api quẽ est in
Aegyptij muscæ. terra Assur, ⁊c.⌋ Muscas aũt Aegyptios uocat propter sordes idolatriæ, & imbellẽ populũ, & apẽ Assur, qa illo tẽpore potẽtissimũ erat regnũ & ad bella prõptissimũ, uel ob id, qa
Assyrii apes. ois prope Assyrioꝝ & Persidis regio usum habeat sagittaꝝ. Legamus Regũ & Paralipo-
4. Reg. 23. menon libros, & inueniemus ab Aegyptijs cæsum sanctũ regẽ Iosiã, & populũ Israhel po-
2. Para. 34 testati Aegyptiæ subiugatũ, ita ut regẽ illis cõstitueret, & post multũ tẽporis uenit Nabu-
4. Reg. 25. chodonosor cum innũerabili multitudine bellatoꝝ, captaq̃ Hierlm, & cæteris Iudææ urbi-
2. Para. 36 bus dirutis, incendit templũ, & habitatores Assyrios posuit in Iudæa.

¶ Quid sit dicendo, Sume tibi librũ grandẽ, qui sint testes quæ prophetissa, ad quam accessit. & de filio eius. Cap. XXXIIII.

Cap. VIII. Et dixit dñs ad me: Sume tibi librũ grandẽ, ⁊ scribe in eo stilo hominis, velociter spolia detrahe, cito prẽdare. Et adhibui mihi testes fideles, Uriam sacerdotẽ, et Zachariã filiũ Barachiẽ, Et accessi ad prophetissam, et concepit et peperit filiũ. Et dixit dñs ad me: Uoca nomẽ eius, accelera spolia detrahere, festia prẽdari: qz anteq̃ sciat puer vocare patrẽ suũ et matrẽ suã, auferet fortitudo Damasci, et spolia Samariẽ corã rege Assyriorũ.⌋ Rursus sub alia specie
Virginis partus rursus describitur. part⁹ describit uirginalis. Nõ enĩ obscuritatẽ lrẽ, sed claritatẽ spũs prudẽs lector hic recipit: Aliogn si iuxta literã de ꝓphetissẽ mulieris cõceptiõe ꝓphetã gñasse filiũ qs recipit cõseqnter & Osee ꝓphetã uere meretricẽ uxorẽ habuisse firmabit. Hec ergo ꝓphetissa ad quã ꝓpheta iussus accedit, scã ẽ Maria: cui⁹ i utero oim ꝓphetaꝝ scõꝝ cõpleta ẽ ꝓphetia. Nec ei qd carne cõcepit mẽte ignorare potuit. Ad hãc ꝓphetissã, ꝓpheta iste, imò & oẽs accesse-

runt pro

rũt ,ꝓphetæ ſcti, oĩm qppe ſctũs, & oĩm uerbũ ad uterũ eius tẽdit. Proinde ſi nihil iudicam⁹ nos ſcire, niſi Chriſtũ Ieſum & hũc crucifixũ, ſolũ hic & ubiq; q̃ramus eũ: qa reuera quicqd aliud ſenſerimus, maieſtati ſanctæ ſcripturæ nõ eſt condignũ. Ait: Et dixit dñs ad me. Quo cõiunctiuncula hæc, & dixit, reſpicit, niſi ad internos clamores prophetæ, ſortẽ & hæreditatẽ in illa beata generatiõe Emanuelis habere deſiderãtis? Sume inqt tibi librũ grandẽ. Ad qd grandẽ? Quantũ eñ eſt, qđ erat ſcripturus? Accelera, ſpolia detrahere, feſtina prædari. Magnũ quidẽ nomẽ, ſed paruo pitaciolo poteſt largiſſime conſcribi. Quid eñ liber iſte eſt grãdis, niſi uniuerſa pagina ſacri uerbi dei, quã primus Moyſes: & poſt Moyſen ſcripſerũt cæteri? Illũ ſume inqt. i. eſto unus de cõſecretalibus uerbi dei, unus citharædoꝝ, citharizantiũ in citharis ſuis, ante thronũ dei, unus de teſtibus uirgineæ cõceptiõis, unus de patribus in generatiõe filij dei. Et ſcribe in eo ſtilo hoĩs, Accelera, ſpolia detrahere, feſtina, p̃dari. Stilo hoĩs ſcribe. i. ſtilo quo hoĩes ſcribere cõſueuerunt. dei ſacramenta comprehende. Vel certe ſtilo hominis, id eſt quantũ de deo capere poteſt fragilitas hominis. Nec eñ tu, cũ ſis homo cõprehẽdere potes illud totũ, quod eſt Emanuel. Nã totũ filiũ nemo nouit, niſi pater. Sicut ecõuerſo, nemo nouit patrẽ, niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare ¶ Accelera, ſpolia detrahere, feſtina, p̃dari. i. non patiaris ultrà diabolũ regnare, nõ patiaris armatũ fortẽ, ſua q̃ poſſidet in pace diutius habere. ¶ Et adhibui mihi teſtes fideles, Vriã ſacerdotẽ, & Zachariã filiũ Barachiæ, & acceſſi ad prophetiſſam. Certũ habeo fidelis intelligentia, quia ueraciter ad prophetiſſam illã quam p̃diximus acceſſit Eſaias. In illa hora quã cũ uoce angeli ſalutãtis eã & euangelizantis, ꝙ cõciperet & pareret filiũ, ſpũs ſanctus in illã ſuperuenit, in illa inquam hora, cũ omni multitudine uerbi dei, ſcriptura quoq; huius plena illi notitia infuſa eſt: ſtatim ꝗ; cũ ſermone angeli uirgineũ conceptũ prædicantis memoriæ eius locutus eſt, hic illud eſſe quod ſupra dixit: Ecce uirgo cõcipiet & pariet filiũ. Ita ad illã prophetiſſam hic acceſſit, teſtes ſibi fideles adhibuit. Quot? Duos, id eſt Vriã ſacerdotẽ, & Zachariam filium Barachię Claret in omni ſcriptura eius in tota amplitudine uoluminis eius, quia duos fideles duos populos fidẽ Chriſti habentes, unũ de Iudæis, alterũ Gentibus ſibi teſtes adhibuit. Vrias qđ interpretatur lux mea deus, ipſe eſt Iudaicus apud quẽ prius lucere dignat⁹ eſt deus. Per Zachariã qđ interpretatur memor dñi, nos de gẽtibus ſignificamur, q eius quidẽ Emanuelis uẽturi notitiã nõ habuimus, ſed p̃teriti memorẽ fidẽ habemus. Sed & Barachiæ filij, id eſt benedicti dñi filij ſumus, nec eñ anteq̃ ille ueniret, quicq̃ boni habuim⁹, ut Iudaicus populus: ſed ex aduentu eius habemus, cui Pſalmiſta dicit: Benedictus q uenit in nomine dñi. Aſſumus ecce duo teſtes fideles in ueritate rerum comprobantes, qa bonus & optimus cooperator diuinæ generationis, iſte ad prophetiſſam illam acceſſit, & uerum eſſe confitemur, quicqd de partu beatæ uirginis, quicqd de nobis iſte prædixit. Quare iam uocabo eum accelera ſpolia detrahere, feſtina, prædari? Quia anteq̃ ſciat puer uocare patrẽ ſuũ & matrem ſuã, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ corã rege Aſſirioꝝ. Nunc interim, dum eſt apud deũ, deus uerbũ nondum caro factũ, ſolũmodo patrẽ inuocare ſcit: cũ aũt (ut ſupra dixi) uirgo cõceperit, & peperit, tũc demũ & patrẽ inuocare ſciet & matrẽ. Multũ ergo accelerabit, multũ feſtinabit, q anteq̃ naſcat̃ de matre, anteq̃ patrẽ hinc, & matrẽ inde debeat habere, auferat fortitudinẽ Damaſci, & ſpolia Samariæ, regẽ q̃q; Aſſyrioꝝ ꝑcuiẽdo de exercitu eius. CLXXXV. milia in una nocte. Plane aliud maius faciet, cũ patrẽ & matrẽ inuocare ſciet. i. cũ is q añ tpa ſecularia de patre natus eſt, ſub tẽpore de matre natus fuerit. Tũc eñ ſpũales hoſtes, id eſt diabolũ, & omnes partes eius ſuperabit.

¶ Q; ait, Pro eo ꝙ abiecit populus iſte aquas Siloe, & propter hoc adduci ſup populum illum regem Aſſyriorum. Cap. XXXV.

ET adiecit dñs loqui ad me, adhuc dicẽs: Pro eo ꝙ abiecit populus iſte aquas Siloe, quę uadũt ſub ſilentio, & aſſumpſit magis Raſin & filiũ Romelię: propter hoc ecce dñs adducet ſup eos aquas fluminis fortes & multas, regẽ Aſſyrioꝝ, &c. Per trãslationẽ loq̃t Siloe fontis Hierl'm & Aſſyrij fluminis uiolẽtiſſimi, qđ oẽm terrã Iſrahel ſuis inundet aquis, & egrediat̃ ripas aluei, tãtoq; ferat̃ ĩpetu ut poſtq̃ decẽ tribuũ occupauerit terrã ad Iudã ꝑueniat, & trãſiens, ad coilũ uſq; ꝑtingat, p q̃ uicinã ſignificat captiuitatem. Non enim tunc captus eſt Iudas, ſed cũctis duarum tribuum

urbibus

Grande uolumẽ totã ſcripturam uult

Stilus hominis

Lucæ. 10

Lucæ. 1.

Cap. 7.

Pſal. 117.

urbibus subiugatis, sola remansit Hierusalē, quæ incredibili dei misericordia liberata est. Potentiā ergo Assyrij & inūerabilis eius exercitus, q̄ sublimi inundatiōe descripserat: nūc per aliā ostēdit translationē, ꝙ alis suis. i. ducibus & infinita multitudine operuerit terrā Emanuelis, hoc est defendētis eā dei, sed tn̄ non possederit. ¶ Mystice ꝑ aquas Syloe, qđ interpretatur missus, aquas ille populus cōtempsit grām baptismi intelligimus, quā populus Iudaicus abiecit. Legimꝰ em̄ in euāgelio, ꝙ cæcū à natiuitate, cuiꝰ oculos luto ex saliua sua facto, dn̄s lauerat, miserit ad aquas Siloe. Quibus cū cæcus lauisset lutū, cæcitate detersa, claꝝ oculorū lumen accepit. Quod post signi magnitudinē indicat, nō aliter cæcitatē Iudæoꝝ, & omnes increduli posse sanari, nisi doctrina aquaꝝ Christi, quæ absq; strepitu & clamore uerborū leniter fluit, tenebræ prioris fugentur erroris. Nimirū pro eo, ꝙ populus decem tribuū abiecit aquas Siloe, id est separatus est à Hierusalē, & à domo Dauid: adduxit super eos dominꝰ regem Assyriorū, quod interpretatur dirigentiū, sic pro eo, ꝙ abiecit populus Iudaicus gratiā dei & fidē Christi, adduxit super eū dn̄s Diabolū regē superboꝝ, & nihilominus exercitū Romanoꝝ, & dupliciter captiuati sunt. Econtrariò sicut iuit rex Assyrioꝝ per Iudam inundans, & alas suas extendit, implens latitudinē teræ, nec præualuit, protegente te, o Emanuel: Sic Diabolus per Iudā, id est cōtra catholicę cōfessionis ecclesiā, multis persecutionibus cōsurrexit, & nō præualuit te protegēte, o Emanuel, te defendēte, o nobiscū deus. Dicamus igitur nos, dicamus oēs id quod sequitur, inimicis nostris, inimicis Chr̄i ꝑsecutoribꝰ nostris Iudæis, paganis, hæreticis. ⌊ Congregamini populi, ⁊ vincimini. Itē: Inite consiliū, ⁊ dissipabitur, Loquimini verbū, ⁊ non fiet. ⌋ Itēq;, cōfortātes alterutrū, dicamꝰ nostris. ⌊ Ne dicatis, coniuratio, ⌋ Id est, ne miremini, quasi noui aliquid acciderit, quotiens populus impius blasphemias irrogat Chr̄o. ⌊ Omnia enim quę loquit̄ populus iste cōiuratio est. Et timorē eius ne timeatis neq; paueatis. Dn̄m exercituū ipsum sanctificate. Ipse pauor vester, terror vester, ⁊ erit vobis in sanctificationē, in lapidē āt offensionis ⁊ in petrā scandali, duabus domibus Israhel in laqueū ⁊ in ruinā habitātibus Hierusalē, ⁊ offendent ex eis plurimi ⁊ cadent, ⁊ conterentur, ⁊ irretientur, ⁊ capientur. ⌋ Videlicet, q̄a nō receperūt Emanuelē, sed factus est eis in lapidē offensionis, & petrā scandali, idcirco conterentur, captiuiq; ducentur.

Mystica expositio.

Iohan. 9

Lapis offensionis Iudæis, Christus.

¶ Q ait, Liga testimoniū, & q̄lis secūdū sequētia dānatio futura sit eoꝝ q nō ad legē & testimoniū, sed ad pseudoprophetas, falsum pro uero, Antichristū ꝑ Chr̄o recepiūt. xxxvi.

Cap. 6

Luc. 24

Roma. 11.

Lucæ. 17

Liga testimoniū, signa legē in discipulis meis. ⌋ Ipse q dixerat superius, Excæca cor populi huius: ipse nūc idipsum factū suo iudicio cōmēdat, dicēdo: Liga testimoniū, signa legē in discipulis meis, Ac si dicat. Bene fecisti, ligādo testimonium signādo legē huiusce uisionis: in discipulis meis, id est, donec ueniant discipuli mei, quos dignos faciet fides euāgelica ut aperiā illis sensum, & intelligāt scripturas. Protinus ille respondit: ⌊ Expectabo dn̄m qui abscondit faciē suā a domo Jacob, ⁊ prestolabor eū. ⌋ Ligaui inquit & signaui, & quāuis tristitia sit mihi magna pro fratribꝰ meis Israhelitis, patiēter expectabo dn̄m q abscōdit faciē suā ab eis & ad gētes trāsiuit. Expectatꝰ ille tādē cū plenitudo gētiū subītrauerit, reuertēs ad reliqas Israhel dicit ⌊ Ecce ego ⁊ pueri quos dedit mihi dn̄s in signū ⁊ in portentū Israhelis a dn̄o exercituū, qui habitat ī monte Syon. ⌋ Pueri q̊s reuersus ostēdit multitudo gētiū est, q̄ subintrauit in signū, & in portētū Israhelis. Mirabit̄ em̄ Israhel cū de gētibus reuersus ad reliqas eiꝰ, tot pueros, imò tātā mlti tudinē filioꝝ de ecclesia gētiū susceptoꝝ ꝑsentauerit. Ecce ego inqt. ⌊ Et cum dixerint ad vos, quęrite a Phitonibꝰ ⁊ a diuinis qui stridēt in incātationibꝰ suis, nūquid nō populus a deo suo requiret visionē pro viuis ⁊ mortuis? Ad legē magis ⁊ ad testimoniū. ⌋ Sēsus iste cū illo sermone eius in euāgelio cōgruit. Et dicēt uobis uidelicet pseudo apl̄i, & Pseudochr̄i. Ecce hic Chr̄s, aut ecce illic. Nolite ire, neq; sectemini. Nā reuera pseudoprophetę q̄si Phitones sunt, & q̄si diuini: q stridēt ī incātationibꝰ suis. Nolite inq̄ ire, sed dicite Phitonibus eiusmodi. Nunqđ nō ppl̄us à deo suo requirit uisionē pro uiuis & mortuis? Et est sensus, Si populus dei sumus, nonne sermonē eius, siue pro uiuis, siue pro mortuis magis q̄ uos Phitones aut diuinos attendere debemus? Ergo ad legem magis & ad testimoniū subauditur q̄ ad uestrā seductionē respicere debemus, Habemꝰ em̄ legē & testimoniū eius

cuitā-

cui tanquàm lucernæ lucenti, in caliginoso loco attendentes bene facimus. [Quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.] Id est, Si non sic responderint pseudoprophetis, Antichristi præconibus: in errorem inducentur, & lucem æternam nõ intuebuntur. [Et transibit per eam, & corruet, & esuriet.] Quisquis ita non dixerit, per eã subauditur lucem transibit cæcis oculis, & corruet in laqueum damnationis, & æterna fame esuriet. [Et cũ esurierit, irascetur, maledicet regi suo, & deo suo.] Irascetur plane & rixabitur, nec enim ibi confessionis uel supplicationis locus erit, aut tempus, & maledicet regi suo Antichristo, & deo suo diabolo, quem secutus est deserto deo uero. Non enim saltem in inferno rixarum illis deerit amaritudo. [Et suspiciet sursum, & ad terram intuebit, & ecce tribulatio, & tenebræ, & dissolutio, angustia, & caligo persequẽs, & non poterit auolare de angustia sua.] Et præcedentem, sicut & hanc periochen terribili conclusione terminauit. Differenter tamen. Nam illic, aspiciemus in terra, dixit: & ecce tenebræ tribulationis. Hic autem per tertiam personam suscipiet inquit sursum, & ad terram intuebitur, & ecce tribulatio. Nempe illic de seipso simul & omnibus electis loquitur, qui in illo iudicij die, quàmlibet iusti nonnullo metu concutientur. Hic autem de sola damnatorum parte, cui & sursum deus iratus, & deorsum tartarus erit apertus. Recte ergo hic ita terminat. Et non poterit, inquiens, auolare de angustia sua quod illic non dixerit. 2. Pet. 1.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN ESAIAM Prophetam, Commentariorum, Liber Secundus.

¶ Quartam periochen ab eo incipere, q ait: Primo tempore alleuiata est terra Zabulõ & terra Nephtalim, & cur Euangelista de hoc loco sumens testimonium, partes istas omisit primo tempore, &c. Caput I.



Vartæ Perioches sensum lucidum, faciemq́ pulchram, totus orbis uidet, cuius hoc initiũ ẽ. [Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtalim: & in nouissimo aggrauata est via maris, trans Iordanem Galileæ gentium.] Primos intelligentiæ aditus Euangelista Matthæus nobis aperit, cum dicit: Cum autem audisset Iesus q Iohannes traditus esset, secessit in Galilæam. Et relicta citate Nazareth, uenit & habitauit in Capharnaum, maritimã in finibus Zabulon, & Nephtalim, ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetã. Terra Zabulon & terra Nephtalim, uia maris trans Iordanem Galilææ Gentium: populus qui sedebat in tenebris, uidit lucem magnam, & sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Exinde cepit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquabit eñ regnum cœlorum. Profecto cum hæc dicit uisionem siue exortum, magnæ lucis lucidam prædicationẽ saluatoris, lucidũ uult intelligi euangelium regni dei, quod prima omnium terra Zabulon, & terra Nephtalim ex ore eius audiuit. Nam antequàm Iohannes traditus esset nunquàm ille per publicum prædicauit, aut Apostolos elegit: licet discipulos habuerit corã quibus nondum tradito Iohanne aquas in uinum conuertit, quod signorũ eius initium fuit. ¶ Sed quid est quod sumptũ de isto loco testimoniũ non ad integrũ scripsit? Sic eñ sic se habet textus propheticæ lectiõis. Primo tẽpore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtalim & in nouissimo aggrauata est uia maris, &c. Euangelica autem sic excepit. Terra Zabulon, & terra Nephtalim uia maris &c. Duas omisit ꝓphetiæ ꝓcipuas partes, primo tpe alleuiata est, & nouissimo, aggrauata est. Quid (inquam) est, q testimoniũ nõ integrũ posuit, sed istas partes omisit? Videlicet quia quod hic intelligendũ est, primo tpe alleuiata est, & nouissimo aggrauata est, non iam tunc quando prædicare cœpit dominus Iesus adimpletum est. Hoc interim nos intelligere uoluit, quia prædicatio domini saluatoris quæ primum in terra Zabulon, & terra Nephtalim, audita est, uisio magnæ lucis est, quæ per hunc Prophetam prænuntiata est. Nunc ergo per hanc intelligentiæ ianuam ingressi præsentis capituli spatia, quanta eadem iuuamur luce, perambulemus.

CAP. IX
Matth. 4
Trans Iordanem cœpit Iesus prędicare
Iohan. 2

¶Quomodo Iudæa primo alleuiata est, nouissimo autẽ aggrauata, quando credendo in Christum magnam cœpit lucem uidere populus gentium, & quomodo diabolus uiolentus exactor superatus sit. Caput .II.

PRimo (inquit) tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtalim, & nouissimo aggrauata est uia maris, trans Iordanem Galilææ gentium. Terram Zabulon, & terram Nephtalim, prædictus Euangelista, uiam maris appellat, quia secus mare Galilææ sita est, id est, secus lacum Genezareth qui Iordane fluente efficitur, cuius in littore Capharnaum, & Tyberias, & Bethsaida, & Corozaim steterant. Hæc terra duarum tribuum, totum significat hic populum Israheliticum. Recte uidelicet, quia is qui missus erat ad oues quæ perierant domus Israhel, quiq; ante passionem suam dicebat discipulis suis, in uiã gẽtiũ ne abieritis, primũ in terra illa pdicauit, exinde enim prædicare cœpit. Igitur primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terram Nephtalim, & nouissimo aggrata est, id est, præsentis domini Iudæa & prædicationem audiuit, & mirabilia uidit, assumpti autem in cœlum, uerbum repulit, & uitæ æternæ indignam se iudicauit. Primũ illis oportuit loqui, nouissime ad gentes ire uel mittere, quia Iudæa cor suum aggrauauit. Itẽq; ⌊Populus gẽtium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.⌋ Subaudiendum est, primo tẽpore, Iudaicus qua uidelicet luce pro parte electorum alleuiatus est, nouissimo gentilis populus, quando Iudaicus in incredulitate aggrauatus est. ⌊Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.⌋ Mors & umbra mortis hoc differunt, quòd mors eorum est, qui cum operibus mortuis ad inferos descendunt, enima anim quæ peccauerit, ipsa morietur, umbra autem mortis eorum est, qui cum peccẽt, nec dũ de ista uita egressi sunt. Possunt em̃ si uolunt agere pœnitentiam. ⌊Multiplicasti gentem, non magnificasti lętitiam.⌋ O lux (inqt) q̃ orta es, ambulantibus in tenebris, & habitantibus in regione umbrę mortis: tu gentem filiorum tuorum multiplicasti, multa quippe extunc nata est gens filiorum lucis, sed lætitiam non magnificasti. Quorum lætitiam? Apostolorum, qui primi in terra Zabulon, & Nephtalim uidentes te, lucem ueram, facti sunt ipsi lux mundi. Eorum lætitiam nequaq̃ multiplicasti, quia lætitiã, quã habuerunt de illuminatione gentiũ, magna tristitia permiscuisti, pro excæcatione sui. i. Iudaici populi. Sed nec ipsius gentis quã multiplicasti tu lætitiam magnificasti. Nam hæc sunt uerba tua, uerba lucis, quæ orta est eis. Pœnitentiã agite, appropinquabit em̃ regnũ dei. Profecto pœnitentiã agentibus, nondũ magnæ lætitiæ tempus est Euntes (inquit Psalmista) ibant & flebant mittentes semina sua. Sed quid deinde? Veniẽtes autẽ ait uenient, cum exultatione, portantes manipulos suos, Hoc est, quod cõtinuo seqtur. ⌊Lętabuntur coram te, sicut qui lętantur in messe, sicut exultant victores capta prędia, quando diuidunt spolia.⌋ Hoc ergo tam Apostolorum q̃ gentis multiplicatæ lætitia, sit aliquantula in spe, magnificabitur autẽ in re, qñ uelut messores uenient portantes manipulos suos, & tanq̃ uictores diuident spolia, subaudit uicti. i. diaboli. ⌊Jugũ enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti: sicut in die Madian. Quia omnis violenta prędatio cum tumultu, & vestimentum mixtum sanguine, erit in combustionem & cibus ignis.⌋ Tu em̃ dñe atq; saluator, iugũ oneris eius, id ẽ, diaboli, qui prius exultabat in mundo, qui cunctis gentibus imperabat, qui grauissimo iugo seruitutis colla oĩm deprimebat, & uirgã qua percutiebat uniuersos & peccata, sibi quasi qddam tributũ reddere cogebat, detraxisti de humeris eorum, & tibi liberatos, seruire fecisti, absq; ullo exercitu, absq; effusiõe sanguĩs, in abscõdita manu, sicut q̃ndã sub Gedeon pplo Israheli de Madianitis uictoriã pbuisti. Qũo em̃ uestis q̃ humano sanguĩe cruẽtata est, lauari nõ pt, sed infecta sanguie igne cõburit, ut maculæ fędi cruoris cũ uestimẽto intereãt, sic diaboli uiolẽta pdatio & tumult⁹ ac turbę qb⁹ hũanũ sibi subiecerat gen⁹ gehẽnæ ignibus deputatę sunt.

¶De ortu paruuli uel filij q illũ superauit, & noĩbus, siue ordine noĩm eius, quorum primũ est Emanuel, octauũ princeps pacis, & qs zelus dñi exercituũ fecit hoc. Ca. III.

PAruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius, & vocabit nomen eius Admirabilis, Cõsiliarius, deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Multiplicabit eius imperiũ, & pacis nõ erit finis. Super soliũ Dauid, & sup regnũ eius vt cõfirmet

Marginal notes: Matth. 15 / Ibidem. 10 / Lucæ euãgelij Iudæa primũ illustrata, inde aggrauata est. / Mors & umbra mortis / Ezech. 18 / Matth. 4 / Psal. 15 / Pœnitẽtia principio amara, ide dulcis ad modum / Exactor grauissimus diabolus / Iud. 7. / Nasciturj filij dei prophetia

met illud, & corroboret in iudicio & iustitia, amodo & vsque in sempiternum. Zelus domini exercituum faciet hoc.] Ideo (inquit) diabolus, & omes uiolenta prædatio, qua humanum oppresserat genus, & sanguinẽ, sanguini miscuerat, erit in combustionẽ, & cibus ignis æterni: quia natus est nobis paruulus, id est, humilis filius dei, cuius principatus sup humerũ ipsius erit, ita ut sibimet, cum sit deus, proprijs uiribus ad tenendũ principatũ suũ sufficere possit, qui & per humilitatem passionis suæ, agens iudicium mundi, & per maiestatem principatus sui, damnet illum in die iudicij. Hic supra, primum dictus est Emanuel, & deinde uocatũ est nomen eius, accelera spolia detrahere, festina prædari: nunc uocabitur, & alijs nominibus sex, id est, admirabilis, consiliarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Et uide q̃ pulcher ordo nominũ. Primum Emanuel, id est, nobiscum deus, pro causa uidelicet quæ prima est, in ordine, quia habitauit in nobis deus homo factus. Scundũ, accelera spolia detrahere festina prædari ea uidelicet pro causa, quia moriendo fortẽ armatum diabolũ superauit, & spolia eius distribuit. Tertiũ admirabilis, uidelicet quia resurrexit, à mortuis, & ascẽdens in cœlũ, gloria & honore coronatus, sedet à dextris dei. Quartũ, consiliarius, ex eo, scilicet, ꝙ dans paracletũ spiritũ sanctũ, Apostolis suis, consiliũ habuit cum eodem spiritu consilij, de repellendis Iudæis, & uocandis Gentibus. Quintũ deus: quia exinde ab oĩ mundo uere adoratur, ut deus. Sextũ fortis, quia uere fortis in iudicio, quo expectatur, apparebit. Septimũ, pater futuri seculi, quia nimirũ peracto iudicio, non iam ut dñs seruorũ, sed ut pater filiorum regnabit. Octauũ, princeps pacis, quia reuera laudabitur in æternũ, & grates habebit ut author pacis, qua deo sumus reconciliati, per mortẽ eius, qui eramus inimici. Quid miraris? Zelus dñi exercituũ faciet hoc. Vere & fideliter: Quisnam est iste zelus dñi qui faciet ut talis paruulus nascatur nobis, & tantus filius, detur nobis? Quis (inquam) est iste bonus zelus dñi, nisi bonus spiritus dñi. Nempe non uirili semine, sed isto spiritu fiet, ut talis paruulus nascatur nobis, ut tantus filius detur nobis. Sic angelus Gabriel dicit: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctũ uocabitur filius dei. ¶ Quare autem præsenti loco spiritus sanctus, zelus dñi dicitur? Videlicet, quia cõtra tyrannũ regni dei usurpatorẽ zelando fertur, & sua ui utitur, ut fortior illo forti armato sit iste, qui natus est nobis paruulus, iste qui datus est nobis filius. Idcirco paruulus idẽ dæmonia se in spiritu dei eijcere profitetur. Itaq; misso foras principe mũdi: multiplicabit (inquit) eius imperiũ & pacis nõ erit finis, &c. Multiplicabitur (inquã) eius imperiũ, ut nõ Iudæorũ tantũ quibus imperauit Dauid: sed & oĩm imperator sit gentium, amodo & usq; in sempiternum.

Noĩm Christi elegans ordo.

Lucæ. ij

Roma. v

Zelus dñi, spiritus sanctus

Lucæ. j.

Lucæ. ji

¶ Q. ait: uerbũ misit dñs in Iacob, & cecidit in Israhel, & qũo hæretici qui significantur per Ephraim dixerũt uel dicant, lateres ceciderũt, sed quadris ędificabimus. Ca. IIII.

VErbum misit dominus in Jacob, & cecidit in Israhel.] Reuera uerbũ hoc uerbũ bonum, uerbum carnem factum, misit dñs in Iacob, uoluit eñ illud incarnari, & hominẽ fieri ex Iacob. Quare aũt non dictũ est in Isaac, aut certe in Abraham, ad quem primũ promissio facta est? Videlicet, ut priuilegium unius ingratissimæ gentis ostenderet. Nam neq; Abrahã unius gentis, scdm carnẽ quoq; pater est, neq; Isaac unius gentis pater est, dictũ quippe est uxori eius Rebeccæ. Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi ex uentre tuo diuidẽt. s. altera ex Iacob, & altera ex Esau, Iacob autẽ unius populi pater est, qui est Israhel. Ergo uerbũ misit dñs in Iacob, id est, in illum peculiarẽ populũ, ut incarnaretur de semine Iacob. Et o mira ingratitudo, uerbũ ipm cecidit in Israhel, ita ut cõtereretur casu istius Israhel. Nã in Israhel illa eiusdẽ uerbi sententia peruenit. Et qui ceciderit super lapidẽ istũ, confringet, super quẽ uero ceciderit, cõteret eum. [Et sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam, in superbiam, & magnitudine cordis dicentes: Lateres ceciderũt, sed quadris lapidibus ędificabimus. Sicomoros succiderunt, sed cedros immutabimus] Populos Ephraim, omes recte intelliguntur super quos lapis iste cecidit, quos uerbũ istud terribili casu contriuit, tam Iudæi q̃ hæretici. Quare? Videlicet, quia Ephraim cum hæc prophetia scriberetur, scissus erat à domo Dauid, & aureos colebat uitulos, relicto templo domini. Porro in nomine Ephraim, decem tribus intelliguntur, quia Hieroboam, qui tulerat decẽ scissuras, & uitulos illos fabricauerat, de tribu erat Ephraim. Illum imitantur, quicunq; resiliunt à regno Christi, siue Iudæi siue hæretici. Igitur sciet

Gene. xv.

Verbũ quomodo cecidit in Israhel

Matth. xj

tur sciet om̃is populus Ephraim, scient om̃es qui se sciderunt à regno Christi, quia malũ est eis, cecidisse in ipsis uerbũ istud, quod dñs misit propter superbiã ipsorũ, & magnitudinẽ cordis sui, qua dicunt: Lateres ceciderunt, Sicomoros succiderũt. Per cõtemptũ, lateres aut sicomoros, q̃ ligna uilia sunt, eos appellant Iudæi, q in Christũ credũt, oẽsq́; hæretici catholicos q suæ sectæ nõ sunt. Nos (inquiũt) quadro sciæ lapide ædificemus, nos pro sicomoris illis, cedros quæ imputribiles sunt cõmutemus, dum insuperabile dogma tenemus. ⌊ Et eleuabit dñs hostes rasin super eum, & inimicos eius in tumultum vertet. ⌋ Reuera rasin. i. sapientiã secularẽ, cuius utebatur auxilio, eleuauit dñs super eũ, in quẽcunq; cecidit hoc uerbũ quod nõ stat nisi in eo qui diligit Christum. Et inimicos eius in tumultũ uertet. Nã in sapia seculari, cõsidunt aduersarij uerbi dei, fit aũt eis ecõtrario, ut per eandẽ sapiam tumultuosa cõflictatione destruatur. Etem̃ aduersus Christũ quidẽ concorditer dimicãt, sed cõtra inuicem cõtrarijs diuisi sectis, impacabilẽ trahũt discordiã, Vnde postmodũ sic dicit. ⌊ Vnusquisq; carnem brachij sui vorabit, Manasses Ephraim & Ephraim Manassen simul ipsi contra Judam. ⌋ Deniq; hæc & cætera quæ hoc loco dicunt, tripliciter intelligenda sunt. Legamus Regũ & Paralypomenon uolumina, & inueniemus Samariæ inter se bella ciuilia, dum alij pro alijs regibus dimicant, & qũo suis regibus interfectis, in Iudæ expugnatione concordent. Itẽ legamus miserabile Hierosolymorũ excidiũ, & inueniemus, circũfuso Romano exercitu, triplicẽ intus discordiã, dum aduersum se partes dimicant, & in rebellionẽ pertinaciter currendo Romanorũ iram concorditer prouocant, ut irato deo, nullã hominũ mereatur clementiã. Item Ecclesiasticas legamus historias, & inueniemus hæreticorũ aduersus alterum rixas interminabiles, qui tamen, dũ seipsos contraria sentiendo dilaniant: cõcordi tamẽ malignanti spiritu, aduersus catholicã debacchantur ecclesiã. Triplici igitur sensu uere dictũ est, unusquisq; carnẽ brachij sui uorabit, Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, simul ipsi contra Iudam. Porro, q̃ ait: ⌊ Vir fratri suo, non parcet, & declinabit ad dexteram, & esuriet, & comedet, ad sinistram, & nõ saturabitur. ⌋ Hunc sensum habet: Vnusquisq; tantę crudelitatis erit, ut ne charissimo quidem germanitatis nomini parcat, sed dexterã deserens, atq; contemnens, saturetur in his quæ sinistræ erant, dum uoluptatum & malorum patitur famem, & semper cupit malis peiora sociare.

Infideles & hæretici cõtẽnũt eos qui eis dissentiunt

Aduersarij ueritatis, i. diuersas secant discordias

¶ De Assur cui dicitur uæ, & uirga furoris mei, & baculus ipse, q̃ diabolum significet & quomodo hunc ad gentem fallacem mittat dñs, & q̃ ille cõtra deum glorietur, sitq; æterna damnatione attenuandus Ca. V.

CAP. X

MAlorũ omniũ incentiuũ, idemq́; pœnalę flagellũ est diabolus: cui tandẽ uel contra quẽ dicitur sub specie Assur. ⌊ Vę Assur: Virga furoris mei & baculus ipse in manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prędam, & ponam illum in conculcationem, quasi lutũ platearum. ⌋ Nam post aliqua sic infertur. ⌊ Et erit in die illa, non adijciet residuum Israhel, & hi qui fugerint de domo Jacob, inuiti super eo qui percutit eos, sed innitetur super dominũ sanctũ Israhel. In veritate reliquię conuertentur, reliquię (inquam) Jacob, ad deum fortẽ. Si enim fuerit populus tuus Israhel, quasi arena maris, reliquię conuertentur ex eo. ⌋ Ergo Assur iste, est diabolus cuius captiuitati hic manifeste contradicitur. Vbi em̃ Apostoli procedit authoritas, cesset om̃is alia interpretatio. Esaias (inquit) clamat pro Israhel. Si fuerit numerus filiorũ Israhel, tanq̃ arena maris, reliquię saluæ fient. Et continuo subiungit: Verbum em̃ consummans & abbreuians in equitate, quia uerbũ abbreuiatũ faciet dñs super terram. Et reuera si legamus Iosephum, & quãta hominũ in Hierusalẽ, & in Iudæa fuerit multitudo, qñ passus est dñs: intelligimus uix paucos in apl'is & apl'icis uiris ex Iudæis eẽ saluatos Abbreuiatus atq; pfectus sermo euãgelicus est. q pro cũctis laciniosæ legis cerimonijs, dedit præceptũ breuissimũ dilectõis & fidei, ut qd nobis fieri noluerimus, ne fecerimus alteri. Vnde & dñs in euãgelio: In his (inqt) duobus mãdatis pẽdet oĩs lex & pphetæ. ¶ Notandũ tandẽ, q̃ ordinate diabolicæ tyrãnidis, & dãnatõis eius similitudo pcessit in isto Assur. Primo nanq; tanq̃ uirga furoris dñi, & baculus indignatõis eius, ad gentẽ fallacẽ missus est, ad gentem decẽ tribuũ Israhel, uitulos aureos, & Baal, & cætera deorũ portenta fallaciter adorantẽ, & con-

Assur diabolum signat
Roma. 9

Lex uetus laciniola
Matth. 22.
Recte per Assur diabolica tyrannis intelligitur

& contra illum populum furoris sui mandauit ei dominus ut auferet spolia, & diriperet prædam. Fecit, & prosperatus est. Trãstulit eñ Israhel, posuitq; eos in Ala, & in Abor iuxta fluuium Gozam, in ciuitates Medorum: Dominus miserat eũ, domini iudicio uenerat, data potestate ut ad suũ cũcta faceret libitũ. Ipse autẽ nõ sic arbitrabat, & cor eius nõ ita æstimabat, sed applaudebat sibimet, tanq̃ si glorietur securis contra eũ, qui secat in ea, uelut si exaltetur Serra contra eum à quo trahitur, quasi si eleuetur uirga contra leuantẽ se, & exaltetur baculus, qui utiq; lignum est. Propter hoc misit dominus deus in pinguibus eius, tenuitatẽ, & subtus gloriam eius, succensa arsit, quasi combustio ignis. Regnante Ezechia, factum est sic: Ascendit eñ Sennacherib rex Assyriorum, ad uniuersas ciuitates Iuda munitas, & cœpit eas. Et hæc (inquit) dicite Ezechiæ regi Iudæ, Non te seducat deus tuus, in quo habes fidutiam, Nunqd liberauerunt dij gentium singulos quos uastauerunt patres mei? Factum est autem in nocte illa, uenit autẽ angelus domini, & percussit castra Assyriorum centum octogintaquinq; milia. Sic nimirum diabolum quem nomine quoq; significat Assur (interpretatur enim dirigẽs quia semetipsum diabolus dirigit, & in semetipso confidit.) diabolum, inquam, dominus ad gentem fallacem misit, ut quæ in sordibus est sordescat adhuc, imo ut quæ scienter fallit, fallatur adhuc. Illum (inquam) mittit domi nus, est enim illi, sicut beatum Iob loquens, testatur ipse deus, seruus sempiternus. Ille autem non sic arbitratur, & cor eius non ita æstimat. Nec enim ita seruit ut deo conferre uelit, non ita ueritatis rebelles æterna morte captiuat, ut iustitiam dei facere intendat. Et nunc interim facit, & prosperatur omnem gentem fallacem captiuando, quia permittitur. Futurum autẽ est, ut meritas excipiat pœnas, quia Iudam quoq; & Hierusalem aggredi ausus est: quia catholicæ quoque confessionis ecclesiam subuertere conatus est, quia cõtra ipsum deum superbe gloriatus est. Egredietur angelus domini, & castra eius percutiet, egredietur (inquam) ueniens, ad iudicium angelus magni cõsilij: ipsumq; & angelos eius in ignem æternum mittet. Nam hoc est quod tandem per metaphoram sic infert [Ecce dominator dominus exercituum confringet laguncula in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur & subuertentur condensa saltus ferro, & libanus cum excelsis cadet] Veruntamen, de confractione lagunculæ diuersa diuersorum sententia est. Alij uolunt per hanc Christi passionem significari, qd uolente deo & idcirco caro eius morti tradita sit, ut Iudæorum sublimitas destruatur, & excelsi quondam corruant in terram, & libanus cum suis cedris succidat, de quibus in Zacharia legimus: Aperi libane portas tuas, & comedat ignis cedrus tuas. Alij autẽ uolunt hunc locum adhuc dici de Assyrio, q illo contrito, oẽs in circuitu natiões, quæ ditioni illius subiacebãt, succidant, & humiliẽter, & saltus densissimus subuertat: per quæ metaphoricos, pplm & principes intelligi uolũt. Libanum quoq; cũ excelsis suis cadere, ut nihil om̃ino Assyriæ resideat potestati.

4. Reg. 19. Esa. 36
4. Re. 18. 2. Para. 32.
Iob. 40.
Lagũculæ cõfractio qd significet
Zach. 11.

¶ Quintæ perioches initium ab eo q ait: Et egrediet uirga de radice Iesse, & q illa uirga uirgæ furoris domini Assur, & q nulla spiritus sancti gratia Christo flori pulcherrimo defuerit aut desit, aut unq̃ defutura sit. Ca. VI.

Perioches grata manifesta de Chro prophetia
CAP. XI.

EA quæ sequuntur, & nos de Christo scripta fatemur, & circũcisio non diffitetur. Et utralibet de prædictis lagunculæ sententijs potior sit. quinta hic periocha incipit, & usq; ad principium uisionis uel oneris Babylonis om̃is hæc prophetia de Christo ẽ. [Et egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientie, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientie, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris dñi.] Virgã de radice Iesse sanctã Mariã uirginẽ intelligimus: quæ nullũ habuit sibi fruticẽ cohærentẽ, de qua & supra legimus: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & florem, dominũ saluatorẽ, qui dicit in cantico canticorum: Ego flos campi, & lilium conuallium. Et q̃ pulchra oppositio. Supra ostendebatur ille spiritualis Assur, uirga furoris domini, & in manu eius baculus indignationis eius. Ecce autẽ uirga gratiæ, uirga requiei domini, & in illa flos in quo habitet, super quem requiescat, omnis plenitudo diuinitatis. ¶ Nota Christianæ fidei celebrisq; hæc descriptio est, septiformis spiritus sancti. De singulis spiritibus, proprium quid breuiter dicendum est, quod uere nihil horum Christo flori pulcherrimo defuerit, aut desit, aut unq̃ defuturum sit. Etenim sapientiæ spiritus, in eo plenariæ requieuit, qui uelut iuxta fluenta ple-

Virga de radice Iesse Diua uirgo
Cap. 9.
Cant. 2.

nissima residens, diuinitati sibi insitæ semper intendit, & omẽs diaboli tentatões in deserto sapienti responsione cessauit. Spiritus intellectus in eo requieuit, sciuit enim quibus aperiret mysteria regni dei, quibusve loqueretur in parabolis, atq; sano cordis palato, cuncta discer-
Marci.1 nens, nec dæmones admittebat confitẽtes ipsum esse filium dei, nec indignis loquebatur my
Matth.7 steria dei, imo prohibebat sanctum canibus dari, & margaritas ante porcos mitti. Spiritus
Matth.11 quoq; cõsilij in eo requieuit, unde & abscõdebat hæc à sapiẽtibus, & prudẽtibus, ut reuelaret
Iohan.10 ea paruulis. Spiritus quoque fortitudinis in eo requieuit, cuius sibi conscius, nemo, inquit, potest rapere de manu patris mei. Item: Ego cognosco oues meas, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Spiritus sciẽtiæ in eo requieuit, quippe qui de omni scriptura, tempori uel rei
Iohan.7 congruas proferebat sententias: ita ut mirantes dicerent eius aduersarij. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Spiritus pietatis in eo requieuit, quippe qui eo semper intẽtus fuit
Lucæ.19 ut uitam daret mortuis, mitemq; patientiam habens, reddidit bona pro malis. Nã filius hois (inqt) nõ uenit animas perdere, sed saluare. Spiritus timoris domini in eo requieuit, uidelicet ita ut pro delicijs haberet, cum uoluntate patris saturari opprobrijs dicens per omnia ab ini-
Lucæ.22 tio suæ incarnationis: dicens (inquam) non solum uerbis, sed & factis: Pater nõ mea, sed tua uoluntas fiat. Igitur spiritus domini, qui hactenus in magna sylua generis humani, requiem non inuenerat: tandem super hunc florem requiescit, in quo æterna statione permanens, nullam alicuius uitij repulsam aliquando pertulit.

¶ Cur de radice Iesse q̃ de radice Dauid dicere maluit, & ꝙ omnia quæ de isto flore dicuntur, repugnantia sint dictis Assur arrogantis. Ca. VII.

NOn secundum visionem oculorum iudicabit, neq; secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in equitate pro mansuetis terrę.] Anteq̃ progrediamur, quærendum est, cur Propheta hoc loco Iesse maluerit nominare q̃ Dauid: dicere de radice Iesse, q̃ de radice Dauid cũ non ad Iesse patrem, sed ad filiũ huius Dauid, floris huius repromissio facta sit. Dicimus ꝙ quia Dauid pro maiestate regia, persona fuit sublimis, Iesse uero qui & ipse dictus est Isai, ordine uel statu longe humilior fuit, adeo ut non semel, sed multotiẽs Dauid iam regi ab inimicis subsannãdo improperaret, ꝙ esset filius Isai. Porro aduersus superbiã Assur, .i. diaboli sermo nunc erat, & uelut antidotũ humilitatẽ medicinalis grã ꝓmittebat. Recte igitur regiã ꝑteriuit ꝑsonã Dauid, egredietr (inquiẽs) uirga de radice Iesse, cum dicere posset de radice Dauid. Oĩa quæ de hac uirga, uel flore eius dicunt, repugnãtia sunt dictis Assur arrogãtis. Dice-

Radix Iesse [q]uur dictũ, & [non] radix Dauid

Supra.10 bat ille: Nunqd nõ principes mei simul reges sunt? De isto aũt spũs sanctus dicit. Nõ scdm uisionẽ oculoꝝ iudicabit, neq; scdm auditũ auriũ arguet. Hoc uerissime dictũ est. Nunquid eñ scdm uisionem oculoꝝ dñs noster uirgæ uirgineę flos iudicauit, & scdm ꝑsonã primates quoslibet elegit, quos faceret senatores cœli, qbus daret claues regni sui? Nũqd scdm auditũ auriũ arguit, ut eloquentes assumeret, quos faceret causidicos ueritatis, & reprobauit aliquos eo ꝙ essent hoies idiotæ, & sine literis? Nõ utiq;, sed iudicauit in iustitia pauperes. Qua iustitia? Iustitia fidei, quæ uera & antiqua iustitia est: per quã & Abrahã iustificatus est. Nam cre-

Nõ primates [n]õ eloquẽtes [e]legit dñs.

Matth.25. didit (inquit scriptura) Abrahã deo, & reputatũ est ei ad iustitiã. Qũo uel ubi in hac iustitia iudicauit pauperes? Exempli grã: Petrus pauper erat: pauper (inquã) Petrus, id ẽ, humilis erat,
Matth.16 Hic autẽ illi interrogãti uos, quẽ me esse dicitis, respõdẽs dixit: Tu es Christus filius dei uiui. Hæc fides est, hæc fidei iustitia est. In hac iustitia fidei, statim pauperẽ iudicauit, & dixit: Beatus es Symon Bar Iona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cęlis, &c. Veraciter ergo nõ scdm uisionẽ (inquit) oculoꝝ iudicabit, sed iudicabit in iustitia pauperes. Et continuo subiunxit: Et arguet in æquitate ꝓ mansuetis terræ. Hoc manifestissime fa-
Mat.25. cturus est ultimi iudicij die. Dicet enim arguendo in ira, & in furore: Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo, & angelis eiꝰ. Esuriui eñ, & nõ dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum, & cætera. Hoc ueraciter arguere est pro mansuetis, id est pro minimis quemadmodum dicit: Quàmdiu uni de minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis. Minimi isti, mansueti sunt terræ, quia uidelicet, & angeli sancti mansueti sunt, sed non mansueti terræ, eo quòd in terra nihil unquàm passi sunt indigentiæ. [Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium.] Ex quo

flos iste

flos iste de uirga uel radice Iesse egressus ē, iugiter terrā uirga oris sui pcutit. Vnus em̄ magister noster, ipse est, & discipulatui eius subiectos, sermōe suo pcutit, & a terrenorum amore cōpescit. Futurum ē aūt, qđ subiūgit, & spū labiorum suorum interficiet impiū.i.hominē pcti, filiū pditiōis. Nā illū (inqt Aplus) interficiet dñs Iesus spū oris sui. Et erit iustitia cingulū lūborum eius, & fides cīctoriū renū eius. Qđ dixerat & erit iustitia cingulū lūborū ei⁹, hoc repetiuit dicēdo, & fides cinctoriū renū ei⁹. Nā iustitia Chri, fides Chri ē, nō q̄ ille iustificet sed qua nos ī illo iustificemur. Nec uero ipse indiguit, ut pugnaciter cingulo lūborū, aut cinctorio renū uteretur, sed scriptura more suo, sic de capite loquitur, ut cōfestim ad corpus respiciat, cuius est caput. Est itaq; iustitia cingulum lumborū eius, & fides cinctorium renum eius, quia uidelicet nos mēbra eius, qui de luxuria progeniti sumus, magna fide indigemus, ut cōtra luxuriam fortes esse possimus. 2.Thess.2

Quòd huiusmodi quæ sequūtur, qualiter extunc usq; hodie in ecclesia Christi impleta sint, & quæ sit scientia domini quæ hæc efficit. Ca.VIII.

HAbitabit lupus cum agno, & pardus cū hœdo accubabit. Uitulus & leo, & ouis simul morabūtur, & puer paruulus minabit eos. Notandū q̄ nō dixerit, habitabit agn⁹ cū lupo, & accubabit hœdus cū pardo, sed accubabit pardus cū hœdo, & lupus habitabit cū agno. Hoc dicimus ut nō excidat memoriæ, quia tota hæc lectio appositā, sonat humilitatē supbiæ Assur. Lupus em̄.i.psecutor qlibet, habitabit cū agno, Verbi gra: Paulus q primitus psequebatur ecclesiā & lacerabat, de q̄ dictū est Beniamin lupus rapax, habitabat cū Anania Chriane simplicitatis agno, a q̄ baptizatus est uel cū Petro Aplo, cui dictū est: Pasce agnos meos. Et pardus q prius nō mutabat uarietates suas, lotus in fonte Christi, accubuit cū hœdo, nō q a sinistris est, sed q immolat ī pascha dñi. Leo quoq; prius ferocissimus, & ouis & uitulus pariter morabūtur. Cotidie cernimus in ecclesia diuites & pauperes, potētes & humiles, reges atq; priuatos pariter cōmorari, & a pueris paruulis, q̄s Aplos intelligimus, impitos sermone, sed nō scientia regi. Uitulus & vrsus pascentur simul requiescent catuli eorum, & leo quasi bos paleas comedet. Cū em̄ inter se disciplina dñi fuerint fœderati, de qbus iam dictū est, tunc uitulorū atq; ursorum catuli, simul reqescent.i.familiæ fidē sequētes dnorum pariter tollētes sup se iugū dñi, requiē animabus su is inuenient. Quæ aūt sunt paleæ quas leo q̄si bos comedet, nisi simplicia uerba in scripturis sanctis? Frequēter quippe euenit, ut homines seculi, mystica nescientes, simplici pascantur lectione scripturarum. Et delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis, & in cauernā reguli, qui ablactatus fuerit, manū suā mittet. Infans qui ē malicia paruulus mittet manū suam in foramine aspidis, id est, dæmones de obsessis hominū corporibus fugabit. Qui aūt ablactatus est, & nequaq̄ lacte nutritur infantiæ, sed iā solido uescit cibo, iste in reguli cauernā mittet manū.i.in ipsius Sathanæ habitaculū, & inde extrahet eū. Nō nocebūt, & nō occidēt in vniuerso monte sancto meo. Hæc omnia quę pdicta sunt, sic immutata ut recte dicere possis. Hæc ē mutatio dexteræ excelsi, nō nocebūt in mōte sancto meo.i.in ecclesia, de qua ipse: Nō potest (inqt) ciuitas abscondi supra mōtē pōsita. Quia repleta est terra scientia dñi, sicut aquę maris operientes. Quærebas unde hoc leonibus, & ursis, lupis & pardis, ecce cām effectiuā reddidit dicēdo, qa repleta ē terra sciētia dñi. Quæ aūt ē scia dñi, q̄ mira hęc efficit, nisi humilitas dñi. Nēpe ipse cū dixisset leonibus & ursis, lupis & pardis, tollite iugū meū sup uos, cōtinuo subiunxit. Et discite à me, qa mitis sum & humilis corde. Tātus magister, hoc solū se docere profitet, qa mitis est, & humilis corde. Et huius rei solius, dociles nos cupit mentes habere. Ergo sciētia dñi, humilitas est dñi, Sicut econtrariò stultitia Assur.i.diaboli, supbia est diaboli. Hac dñi sciētia terra repleta est, sicut aquæ maris operientes. Quomodo uel quali ordine? Sequitur continuo.

Lupus cum agno. Gene.49. Iohan.21. Pardus cum hœdo Leo uitul⁹ & uitulus. Matth.11 Paleæ. Infans & ablactatus, qū o in Sathanam potestatē habeant. Matth.5. Sciētia domini, mira efficiens hūilitas. Stultitia Assur superbia.

¶ Quō radix Iesse in signū populorum, & sepulchrū eius sit gloriosum, & qūo adiecerit manū suam, ad possidendū residuum populi sui, ad cōgregandū profugos Israhel. Cap.IX

IN die illa radix Iesse, qui stat in signum populorū, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Ex quo radix Iesse stetit, in signum populorum, ex eo repleta est terra scientia dñi, sicut aquæ maris operiētes. Quid em̄ fuit in signū populorū stare radicē Iesse, nisi filiū hominis exaltari a terra, & omnia trahere ad se. Ex eo nimirū Iohan.12.

spiritus est datus, postq̃ illa exaltatione Iesus est glorificatus. Dixit aũt de illo spũs dato, euã
Iohan. 7. gelista testãte. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de uentre eius fluent aquæ ui-
uæ. Igitur aquæ sciẽtię domini, aquæ operientes, subauditur peccata, signũ illud, diuisiones
gratiarum spũs sancti, quo inebriatus lupus cũ agno, & pardus cũ hœdo habitauit, & leo qua-
si bos paleas comedit. Ipsum (inqt) gentes deprecabũtur, & erit sepulchrũ eius gloriosum.
Ecce hodie gẽtes ipsum deprecãtur, & in sepulchro. i. in morte eius gloriãtur. In q̊ em̃ alio
Gala. 6. se gloriari profitẽtur. Mihi (inqt Apostolus) absit gloriari, nisi in cruce dñi mei Iesu Christi
Signũ crucis gl̃iatio mortis Christi. Idipm cũ Aplo gẽtes q̃q; actu quodã loquũtur, pingẽtes iugiter signũ crucis in suis fronti-
bus. Hoc facere gloriosum est, & regibus. Quare aũt magis placeat dictũ uel scriptũ eẽ glo
Roma. 6. riosum sepulchrũ eius, q̃ signũ uel dormitionẽ eius. Nimirũ qa quicũq; baptizati sumus in
Chrõ Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, cũ dixisset Aplus, cõtinuo subiũxit. Consepulti
em̃ sumus cũ illo p baptismũ in mortẽ, ut qũo surrexit Chrũs à mortuis, per gloriã patris, ita
& nos in nouitate uitæ ambulemus. Parum erat ad gloriã radicis illius, si propter arida ligna tã
tũmodo in crucẽ exaltaret, & dormitiõe mortis sopiretur, nisi etiã plãtata in sepulchro terræ
gloriosa refloruisset resurrectione. Ita profecto parũ eẽt om̃ibus in illo signo gloriantibus, si
solũmodo signũ illud crucis, in frontibus eorum pingeret, qđ facinus, qñ queq; cathecizamus
nisi etiã in sepulchro elemẽtaris aquæ, terna mersiõe, pro triduana illius sepultura plãtaretur
nouus exinde surrecturus, & deinceps inter mẽbra noui hoĩs cõputandus. ¶ Notãdũ inte-
rea, q flos idẽ q supra dicebat egredi de radice Iesse, nũc ecõuerso dr radix Iesse. Quare hoc
nisi qa & ille radix carnis huius, & iste radix est fidei illius? Iste de carne illius egressus est, ille
de spũ huius resuscitãdus est. Seqt: [Et erit in die illa: Adijciet dñs scd'o manũ suã ad
possidẽdũ residuũ populi sui, qd' relinquetur ab Assyrijs & ab Aegypto, & a Phe
tros, & ab Aethyopia, & ab Helan, & a Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris.
Et leuabit signũ in nationes, & congregabit profugos Israhel, & dispersos Iuda
colliget a quatuor plagis terrę.] Hęc propheta continue loquit, postq̃ dixit gloriosum
Iohan. ij. fore sepulchrũ eius. Quid ergo aliud nobis pphetat, q̃ q p Iohãnẽ euãgelizat, dũ dicit, qa Ie
sus moriturus erat pro gẽte & nõ tm̃ p gẽte, sed ut filios dei q erãt dispsi cõgregaret in unũ?
Iohan. 3. Nã ecce leuabit dominus in nationes, signũ populorũ, de quo iam dictum est. Vere leua-
uit atque exaltauit sicut exaltatus est serpens in deserto, ut omnis qui credit in ipso non pere-
at, sed habeat uitam æternam. Congregantur profugi Israhel, colliguntur a quatuor plagis
terræ dispersi Iuda, ipsa nanq; congregationem & collectione sua fiunt Israhel, fiunt Iuda,
q̃libet gentes, q̃libet nationes. Quid porro est q ait: Adijciet dominus secundo manũ suã,
ad possidendum residuum populi sui? Quid inquam, nisi quia iam dudum manũ suam ex-
tendit ad possidendum, sed adhuc locus erat? Nempe in manu forti eduxit filios Israhel de
Lucæ. j4. terra Aegypti, & illos per passionẽ suam, in domũ suam eduxit, sed uidit, quia adhuc locus
est, qui nondũ electorum numerus completus est, Adiecit ergo secundo manũ suã leuãdo
scilicet signũ illud, nõ tantum in Israhel, sed & in nationes, ut iam dictũ est. Nihilominus &
illud uigilanter incutiendum est, q cum dixisset ad possidendum residuum populi sui, sub-
iecit & dixit, qđ relinquetur ab Assyrijs, & ab Aegypto, & a Phetros, &c. Quid enim est
esse relictum ab Assyrijs & a cæteris gẽtibus, siue insulis maris, nisi contemptum & despe-
j. Corin. j. ctum esse superbo mundo huic? Plane illud est quod Apostolus dicit: Videte enim uocati-
onẽ uestram fratres, quia non multi sapientes secũdũ carnẽ, nõ multi potes, nõ multi nobi-
les, sed quę stulta sunt mũdi elegit deus, ut cõfundat fortia & ignobilia mũdi, & cõtẽptibilia
elegit deus, & ea q̃ nõ sunt, ut ea q̃ sunt destrueret, ut nõ gloriet om̃is caro in cõspectu eius.
Ergo & in isto magna humilitatis Chri cõmẽdatio ẽ, & cõtra supbiã Assur, de q iã dictũ ẽ.

Quomodo per prædicationẽ hostes Iuda perierunt, & ecclesia de cunctis gen-
tibus suscitata sit, & desolauerit dominus linguã maris Aegypti, id est, stultam
fecerit sapientiam huius seculi. Cap. X.

ET auferetur zelus Effraim, & hostes Iuda peribunt. Effraim non ęmula-
bitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Effraim. Et uolabunt in hu-
mero Phylistijm p mare, simul predabũtur filios orietis. Idumęe & Mo-
ab preceptũ manus eorum, & filij Ammon obedientes erunt.] Eo tempore
inquit,

inquit Esaias, nequaq̃ Effraim & Iudas, qui nũc me prophetãte inter se hostili odio dissidẽt inimici erũt, sed iuxta Ezechielis prophetiam duæ uirgæ in unã uirgã copulabũtur & iungentur in Christi ecclesia, qui prius fuerãt separati, ita ut in gentibus communi desudẽt labore, & uolent in humero Phylistijm per mare uolucri cursu, hoc est primũ maritimis prædicẽt palestinæ, & p mare pergãt festinãtes ad cæteras nationes. Quod de unius Pauli Apostoli intelligamus exemplo, qui per Pamphiliã & Asiã & Macedoniã & Achaiã, & diuersas insulas & prouincias ad Italiã quoq; ut ipse scribit & ad Hispaniã alienarũ portatus est nauibus. Idumæa (inquit) & Moab præceptũ manus eorũ, & filij Ammon obedientes erũt. Hæ gentes eo tempore quo Esaias prophetabat, aduersariæ erãt populo Iudæorum, & iccirco nũc dicit, q postq̃ surrexit radix Iesse, ut regnet in gentibus, & uexillũ crucis ob salutem totius orbis fuerit eleuatũ, tũc etiam Idumæa & Moab & filij Ammon, omnis scilicet multitudo Arabiæ dent Apostolis manus, & in locis Idololatriæ Christi ecclesiæ suscitentur. Ezech. 37. Acto. 14. 16. 27. Roma. 15.

[**Et desolabit dominus linguã maris Aegypti, & leuabit manũ suã super flumen in fortitudine spiritus sui, & percipiet eum in riuis septem, ita vt transeant per eum calciati.**] Regnante Cæsaræ Augusto, quãdo flos de radice Iesse cõscẽdit, & in urbe Romana prima descriptio facta est, potentissimũ prius regnũ Aegyptiorũ, qđ multis durauit ætatibus, Cleopatræ morte destructũ est, & percussus est amnis Aegyptius, in septẽ riuis, ut qui prius uno fluens alueo intrãsibilis erat, in septẽ riuos diuisus atq; cõcisus, calciatis trãsiretur pedibus. Verũ quãtũ hoc fuit ad maiestatẽ uel fortitudinẽ spũs dñi? Ergo & hoc &c. quæ iã dicta sunt quia facturus ea promittitur spũs dñi spũaliter oportet intelligi. Et desolabit (inqt) dñs linguã maris Aegypti. i. stultã faciet dñs (ut Apostolus ait) sapientiã huius seculi, & leuabit manũ suam super flumẽ, id est, declarabit ueritatẽ suam super loquacẽ philosophorũ uanitatem. Et hoc in fortitudine spiritus sui, uidelicet, quo misso de cœlo ubi ascendit, & sedit a dextris dei, Apostolos suos, qui prius erãt infirmi, fortes effecit. Nam exinde & aperto sensu scripturas intellexerunt, & linguis omnibus locuti sunt. Et ita linguam maris Aegypti desolauerunt, & omne flumen exiccauerunt, atq; percusserunt in septem riuis ut transirent calciati in præparatione euangelij pacis, pedibus pulchris, pedibus speciosis. Lucæ. 2. Spiritualis intellectus. 1. Corin. 1. Marc. 16. Acto. 2.

[**Et erit (inquit) via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyrijs, qñ ascendit de terra Aegypti.**] Sicut eñ illis fugientibus, diuisit deus mare rubrũ, & merso Pharaone cũ curribus suis & equitibus, pertrãsierunt cãtantes supernæ uictoriæ canticũ, sic istis fugientibus diabolũ, aperiet baptismi salutaris sacramẽtũ, mersoq; diabolo & omnibus pompis eius pertransibunt in uitã æternã, cantãtes huiusmodi canticum. Exod. 14.

¶ De cantico prophetæ. Cõfitebor tibi dñe, &c. ubi uel in quo iratus fuerit deus homini qñ furor eius in gratiã conuersus sit, quas hauserimus aquas de fontibus saluatoris, quas eius inuẽtiones notas fieri in populis, & in uniuersa terra annũciari oportuerit. Cap. XI.

CAP. XII.

Canticum Christianorũ

[**Confitebor tibi dñe quoniã iratus es mihi, cõuersus est furor tuus, & consolatus es me.**] Et dices (inquit) in illa die: Confitebor tibi dñe, &c. Hoc uere dixit, & dicit quisq; nostrũ in isto tempore acceptabili, in isto die salutis. Necessario dicit, necessario sic confitetur, quicũq; uult saluus fieri, Quid eñ est, qđ ista depromitur cõfessione, nisi q oportet nos credere. Iratus es mihi inqt, subaudit in Adã, in q omes peccauerũt, & pctm̃ ira tua. i. mors introiuit in mũdũ, & ita in oẽs tã Iudæos q̃ Græcos pertrãsiuit, testãte Iudæo Aplo cũ dicit: Eramus eñ & nos aliqñ natura filij iræ, sicut & cæteri Cõuersus est furor tuus & cõsolatus es me. Iuste iratus es. Misericorditer aũt cõuersus ẽ furor tuus in gratiã, ue; qñ uirga supradicta de radice Iesse, egressa ẽ & flos de radice eius ascẽdit, in q eñ cõsolatus es me, nisi in spũ tuo sup illũ reqescẽte? Nã inde pacletus. i. cõsolator dr̃ idẽ spũs. Sup hoc cõfitebor tibi, dicãq;. Ecce deus saluator meus fiducialiter agã & nõ timebo Quasi digitum intendã, neq; a dextris neq; a sinistris claudicans, dicamq;: Ecce iste flos cãdidus & rubicũdus, qui tẽporibus Augusti Cæsaris, de uirga uirginea, radicis Iesse egressus est, & sub pontio Pilato in lignum crucis exaltatus, spinis clauorum laceratus, iste inquàm & non alius deus meus est saluator meus. Non dicatur mihi, ille uel ille, alius Messias, id est, Christus est, & nondum uenit sed uenturus est, nam iste est, & non alius est. Quisquis alius CHRISTVM se esse dicat, non deus meus, sed diabolus est, non saluator meus, sed hostis & filius Roma. 5. Ibidem. 5. Ephe. 2.

& filius perditionis est, fiducialiter agam, & non timebo, nõ quòd confidam in memetipso sed quia. [Formido mea & laus mea dominus, & factus mihi in salutem.] Iccirco fiducialiter agam, quia ille fortis formido mea est, de quo supra dictum est, & pcutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorũ suorũ interficiet impiũ. Non solũ formido, sed & laus, id est pulchritudo mea est flos iste, decus humani generis, gloria nostræ carnis. Quomodo autẽ factus est mihi in salutẽ, nisi hominẽ assumendo, quod nõ erat ut saluaret me per antiquã & intemporalẽ suæ diuinitatis uirtutem. [Haurietis aquas in gaudio, de fontibus saluatoris.] Quicunq; ita dixeritis in illa die, quicunq; ita confessi fueritis propter eiusdem fidei confessionem, haurietis aquas in gaudio, quod nemo tollet a uobis de fonte, id est, de plenitudinẽ saluatoris. Quas haurietis aquas, nisi spiritus sancti dona quàm plurima? Nã & hoc ipse in euangelio clamat. Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc aũt (inquit) euangelista dicebat de spiritu, quẽ accepturi erãt credentes in eum. [Et dicetis in illa die: Confitemini domino & inuocate nomen eius.] Hac die uel isto tempore, silentiũ est (ait) propheta, sed in illa die cũ hauseritis de fontibus saluatoris aquas, loquemini & dicetis audiente uniuersa terra. Confitemini domino peccata uestra, agite pœnitentiam, & inuocate nomen eius, in quo solo peccata remittuntur. [Notas facite in populis adinuentiones eius.] Videlicet ut omnes populi admirentur. Quales ẽm uel quantæ sunt adinuentiones eius? Bonæ adinuentiones, miræ adinuẽtiones, quas nemo adinuenisset, nisi ipse solus. De illis ipse ad beatum Iob loquitur. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Nũquid pones circulum in naribus eius, & armilla perforabis maxillã eius? Nunquid illudes ei quasi aui, aut ligabis illũ ansulis tuis? &c. Istas in populis notas facite adinuentiones eius, quas profundo consilio adinuenit, ut astutũ diabolũ cõprehenderet in astutia eius. [Mementote quoniã excelsum nomẽ eius.] Cuius eius? Dei saluatoris, sedentis ad dexteram maiestatis in excelsis. Dedit enim illi deus nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiũ, terrestrium, & infernorum. Horum mementote, & hæc nota facite prædicãdo ubiq;, ipso cooperãte, & sermonẽ cõfirmãte seqũtibus signibus. [Cãtate dño, quoniam magnifice fecit.] Cantate (inqt) id est nõ inuiti, sed uolentes euãgelizate, magnifica quę fecit. Aquas ẽm in gaudio hausistis, iccirco euangeliũ hoc gaudij uestri canticũ uobis sit. [Annũciate hoc in vniuersa terra.] Nõ in sola Iudæa, sed in uniuersa terra. [Exulta & lauda habitatio Syon, quia magnus in medio tui sanctus Israhel.] O Syon, o specula, o collocata in sublimibus ecclesia, exulta & lauda, subauditur in die illa, quãdo dices ista, quia magnus in medio tui sanctus Israhel, sanctus inq̃ & sanctitatis flos, in q̃ ut supra dictum est, septiformis spũs dñi requiescet. Huc usq; manifesta de Christo prophetia est.

Marginalia: Cap. jj. — Aquę fideliũ haustæ, spiritus dona. — Iohan. 7. — Cõfessio peccatorum. — Iob. 40 — Phil. 2. — Marci. j6.

¶ Quòd onera quæ sequũtur, inter quæ onus deserti maris, &c. quę scdm ordinẽ numerantur cuncta persequi, neq; nræ facultatis, neq; præsentis propositi sit. Cap. XII.

CA. XIII.

SEquuntur onera, de quibus in exordio prophetæ, imò euangelistæ huius dictum est Onus Babylonis, onus Moab, onus Damasci, onus Aegypti, onus deserti maris, onus Duma, onus in Arabia, onus uallis uisionis, onus Tyri, onus iumẽtorum austri, Et decem quidem sunt, sed in principio nouẽ numerauimus, quia uidelicet onus deserti maris, nõ aliud est, quàm onus Babylonis. Dubium hoc esset, nisi præscripto, onus deserti maris, in consequentibus eiusdem capituli legeremus, Babylon dilecta posita est mihi in miraculũ. Et iterũ: Cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorũ eius contrita sunt in terrã. Et supra: Ascende Elam, obside Madei. Mare autem propter multitudinẽ habitantiũ dicitur. ¶ Horũ sub nominibus, uniuersæ partes nomini Christi, & sanctæ ciuitati eius Hierusalem cœlesti, aduersantes cõdemnãtur, sicut in exordio diximus: Quæ uidelicet partes, imo scissuræ quasi nouẽ sunt, decimãq; unius fidei catholicã ecclesiã impugnãt, qa multi sunt, & ideo p nouenariũ intelligẽdi numerꝫ, cui unũ si addat, fit unitas scda siue decena. i. denarius. Onus uallis uisionis onus est Hierlm, quę & ipsa multis scripturarꝫ locis inter gentes reputatur, quia nõ parum cœlesti Hierusalẽ aduersata est, quippe quæ & prophetas ad se missos & ipm dñm prophetarꝫ occidit. Iccirco nũc dicit uallis, qa nõ est ea de qua scriptũ est. Fũdamenta eius in montibus sanctis. Vallis aũt uisionis, qa uidẽtiũ. i. prophetarꝫ seminariũ fuit. Hæc

Marginalia: Onera nouẽ. — Infra. cap. 2j. — Babylon mare dicitur, o b multitudinẽ populi sui. — Hierusalẽ terrea quoq; inter gentes reputata est.

Hæc prosequi, neq; nostræ facultatis, neq; nostri propositi est. Septem tantūmodo peryochas distinguere, breuiterq; pcurrere proposuimus, qbus euāgelica fides recapitulādo non tā pphetat, q̄ euāgelizat. Quinq; ex his trāsegim⁹, sextā duce spū sancto, iā nūc ingredimur

¶ Sextam peryochen ab eo incipi quòd ait: Consurge, consurge, induere fortitudinē, & cætera. per quæ datur intelligi, quia propheta sanctus fortiter aduentum saluatoris desiderabat. Cap. XIII.

CONsurge, consurge, induere fortitudinem brachium domini. Consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. Nūquid non tu percussisti superbū, vulnerasti draconē? Nūquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis? Qui posuisti profundū maris viā, vt transirēt liberati. Hic iā in propheta spūs sanctus pro nobis postulat gemitibus inenarrabilibus, ut ueniat liberator animarū, sine quo nulli poterat esse salus. Sentiendū nobis istud est, intimo affectu, quia fortiter rugiebat a cordis sui gemitu hic propheta sanctus, quem iure euāgelistam dicamus, cum hæc & cætera quæ sequuntur, loqueretur: Verbi gratia: Et ascendit sicut uirgultū corā eo, & sicut radix de terra sitienti. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Sed iam uerba proposita ordine suo prosequamur. Consurge (inqt) consurge, induere fortitudinē brachiū domini. Brachiū domini quid est, nisi uerbum domini, nisi unigenitus filius dei? Nam uerbo domini omnia facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Cōsurge ergo (inquit) & hoc ipsum tertio repetit. Ac si dicat: Quid tandiu te contines in sinu patris, o brachiū dñi, o dextera domini? Cur te quiescente, tandiu superabit fortis armatus, princeps mundi huius? Cōsurge, & induere fortitudinem, induere pulchram & fortem dilectionē, pulchrā & fortē obedientiæ charitatē. Ita cōsurge, sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. Iam quasi respōderet & brachiū dñi, quō cōsurrexi ego in diebus antiquis, cōtinuo subiūgit. Nūqd nō tu pcussisti superbū, uulnerasti draconē, &c. Et est sensus: Nūquid nō tu percussisti superbū Pharaonē, & uulnerasti typū supbi gestantē, figurā draconis diaboli præferentem? Nunquid non tu siccasti mare, aquam abyssi uehementis, in typum lauacri salutaris, quod nobis de latere profundere proposuisti? Nonne tu es, qui posuisti profundum maris uiam, ut transirent liberati, in typum futuri sacramenti tui, per quod nobis transeundum foret, ut uocaremur liberati, ut essemus liberati de manu mortis. Nunquid non tu hæc bona fecisti, meliora te facturū significans, o brachium domini. Et nūc qui redempti sunt a domino, reuertentur & venient in Syon laudantes, & letitia sempiterna super capita eorum. Gaudium & letitiam tenebūt, fugiet dolor & gemitus. Et nūc (inquit) sic facies, o brachiū domini, ut fecisti in diebus antiquis, sic consurges ut consurrexisti in diebus antiquis. Te cōsurgente reuertētur, & uenient in Syon laudantes. Qui reuertentur, & qui uenient? Qui redempti sunt a domino. Qui redempti sunt a domino? Nimirū non omnes filij Adam, sed quotquot præordinati fuerant, ad uitā æternā, antequā præuaricaretur Adam. Illi reuertentur in patriā, quā perdiderunt, uenditi in Adam. Ipsa est Syon, ipsa est ciuitas, omni beatorū. Laudātes reuertēt, Laudātes ueniēt, & letitia sempiterna sup capita eorum, i. in cordibus eorum. Fugiet & dolor & gemitus. Prima hæc abierunt qd doleāt qd gemāt nō erit amplius. Gaudiū & lætitiā tenebūt, quæ hic nulli gaudentes aut lælantes tenere possunt. Fugitiua nāq; lætitia, fugitiuū est huius mūdi gaudiū.

¶ Qualem consolationē siue cōsolatorē promittat deus, dicendo: Ego ego ipse consolabor uos, & q̄ recte dicat continuo, qs tu, ut timeres ab hoīe mortali, &c. qa mox ut uenit cōsolator spūs sanctus redarguit, uerbi grā: Petrū ut nō timeret a Nerone, qui prius timuerat ab ancilla hostiaria. Cap. XIIII.

EGo ego ipse consolabor vos. Quis tu vt timeres ab homine mortali, & a filio hominis, qui quasi fœnum, ita arescet & oblitus es domini factoris tui qui tetendit celos & fundauit terram, & formidasti iugiter tota die a facie furoris eius qui te tribulabat & parauerat ad perdendum? Ubi nunc est furor tribulantis. & cætera. Ego (inquit) qui percussi superbum, qui siccaui mare, qui posui profundum maris uiam, ut uere fatemini, ego (inquam) ipse consolabor uos. Non legatus ueniet aut angelus, sed ego ego ipse, consolabor uos, cōsolatione propria qua nemo alius

CAP. LI. 6. perioches.

Euāgelistā Esaias Infra. 53.

Brachiū domini filius Iohan. j.

Sacramentā euāngelii olfecit Esaias

Exod. 14.

Per seipm deus cōsolatus est ecclesiam

alius posset consolari uos. Paracletū, id est consolatorem ego habeo, paracletum spiritū san ctū ego uobis dabo. Quis tu ut timeres ab homine mortali, & a filio hominis? &c. Nemini dubium, quin hęc dicat paracletus, id est consolator spiritus sanctus in aurem eius, cui datur Omnes enī quotquot fortes in Christo sumus, ex illo consolatore fortitudinē accepimus. Ipsi Apostolorū principi Petro, spiritus sanctus hæc locutus est. Quis tu ut timeres ab homine mortali, & a filio hominis? Imo qs tu ut timeres a muliercula ab ancilla ostiaria? Certū quippe est, quia Petrus Apostolus a tali persona timuit, & oblitus est domini factoris sui negauit illum, quē confessus fuerat esse filiū hominis, filiū dei uiui. Hic autem cōsolator ubi datus est, sic illum corripuit, ut qui timuerat ostiariæ linguā, iam nō timeret Romani imperij potentiam. Sic & cæteri quiq; pro sua portione consolatoris huius uirtute roborati sunt ut nō timerēt eos qui corpus occidūt, animā aūt occidere nō possunt. Vbi (inquit) nunc est furor tribulantis. ⌊Cito veniet gradiens ad aperiendū, & non interficiet vsq; ad interuectionē, nec deficiet panis eius.⌋ Quis ueniet ad aperiendū, nisi ille, de quo Apostolus. Veniet (inquit) dominus, & illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordiū? Hoc nempe ad consolationē pertinet eorū, quorū in præsenti supplantatur iudicium, ut beatos se fore credant, cum oderint eos homines & exprobrauerint & eiecerint nomen eorū tanquā malū. Non interficiet usq; ad interuectionē, nec deficiet panis eius, id est, nō mortē peccatoris uolet, sed ut conuertatur & uiuat, & hoc uolens semper panem uitalis doctrinæ apponet pœnitentibus, iustitiā esurientibus. ⌊Ego (inquit) sum dominus deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius, dominus exercituū nomē meū. Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meę protexi te, vt plantes cœlos, & fundes terram, & dicas ad Syon: Populus meus es tu.⌋ Dominus deus qui conturbat mare, & intumescunt fluctus eius, ut aduersus seruos suos persecutorū impetus infletur, superbiaq; iterū ipso auxiliante cōquiescat, apostrapham facit ad filiū, quē cito promittit esse uenturum, dicēdo: Posui uerba mea in ore tuo, id est, mandatū tibi dedi obedienti propter cōsolandos seruos meos. Et in umbra manus meæ protexi te, ut cū obediens factus fueris usq; ad mortē, mortē aūt crucis, nō derelinquaris in inferno, nec uideat caro tua corruptionē, ut plantes cœlos, id est, in fide corrobores Apostolos, & fundes terrā, scilicet ecclesiā nouā, & dicas ad Syon: Populus meus es tu, ex q̄ postulaui patrē meū, & dedit mihi gētes in hæreditatē, quæ uidelicet gentes unde hæreditas mea, inde dicunt & sunt Syon.

Spiritus sanctus fortes reddit. Matth. 26. Lucæ. 22. Matth. 16. Matth. 10. 1. Corin. 4. Lucæ. 6. Apostraphe ad filium. Phil. 2. Psalm. 2.

¶ Quomodo testante hæc propheta nō fuerit ante uel præter Christū, ex omnibus sanctis uel iustis qui ecclesiā, quam hic per Hierusalē insinuat posset resuscitare iacentem sub præuaricatione Adæ. Cap. XV.

HOc responso accepto propheta, qui supra dixerat: Consurge, cōsurge, induere fortitudinem brachiū domini, & cætera. bonū confestim nunciū apportat & lætabūdus clamat. ⌊Eleuare, eleuare, consurge. Hierusalem, quę bibisti de manu domini calicem irę eius, vsq; ad fundum calicem soporis bibisti, & potasti vsq; ad feces. Non est qui suscitet eam ex omnibus filijs quos genuit.⌋ Quænā est ista Hierusalem, cui cōsolatio tā magnifica declamatur, nisi uniuersa electorū ecclesia, quātacūq; ab initio usq; ad finē mūdi, secūdū præscientiā & prædestinationē dei colligitur? Iacebat enī prostrata, per culpā primę preuaricationis, & nō erat de omnibus filijs eius quisquā q̄libet iustus, qui uniuersalem eius ruinā suscitare aut restituere esset idoneus, nisi solus iste, q supra pro cōsolatore promittitur, ut iam diximus. Ergo o Hierusalem (inquit) o uniuersa ecclesia dei, cuius cōsolationē ego audiui, eleuare, eleuare, cōsurge. subauditur de casu, quo in Adam corruisti, quæ in transgressione Euæ bibisti de manu domini calicē iræ eius. Vsq; ad fundum calicē soporis bibisti, & potasti usq; ad feces. Nihil reliquū fuit amarissimę potionis. Intus mors animæ, quæ a deo te separauit, foris mors carnis, quæ animā a corpe diuidit. Hoc dicto, ad nos apostrophā facit, ut diligentes ad intelligendū simus, & dicit: Nō est qui suscitet eam ex omnibus filijs quos genuit, & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filijs quos enutriuit. Hic nempe intellectu fidei opus est, ut sciamus q̄ necessarius mūdo fuerit Christi filij dei aduentus. Multos filios ista Hierusalē genuit, multos enutriuit. Genuit ante legē, Abrahā Iaac & Iacob, Enutriuit sub lege, Moysen, Samuel & Dauid.

Nemo iustorū nisi solus Chrūs homines restituere potuit. Quā necessarius Chrī aduentus.

Sed

Sed & isti omnes peccauerunt. Et si quantulamcunq; iustitiam habuerunt actualem, originali peccato non caruerunt, Nā omnes (inquit aplus) in Adā peccauerunt. Quomodo ergo quisq̄ ex omnibus his apprehenderet manū eius, & suscitaret eā? ⌊ Duo sunt (inqt) quę occurrerunt tibi. ⌋ Quæ sunt illa duo? ⌊ Vastitas & contritio, & fames, et gladius. ⌋ Vastitas mortem animæ, contritio mortem corporis designat. Item fames mortem animæ quæ deū, cibū angelorum perdiderat, gladius mortem carnis significat, quæ animā à corpore separat. Hæc sunt duo quæ occurrerūt tibi, propter culpā primæ præuaricatiōis ⌊ Quis contristabitur super te? Quis consolabitur te? ⌋ Quis inquam contristabitur super te, id est quis pœnitentiam pro te suscipiens satisfaciet pro te, cum nemo quamlibet iustorum, uel pro solo se queat satisfacere? Quis consolabitur te, subauditur, impetrata reconciliatiōe, acquisita pace, comparata tibi remissione peccatorū? ⌊ Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omniū viarū, sicut bestia illaqueata, pleni indignatione dñi, increpatione dei tui. ⌋ Ergo quomodo illaqueata bestia clamare tantū potest, laqueū aūt per semetipsam euadere non potest: sic filij tui proiecti, & pro culpa priorꝫ parentū exhæredati, liberatorem tantū fide magna inclamare potuerūt, laqueū aūt suorꝫ multo magis uero alienorꝫ peccatorū soluere nō potuerunt. Dormierunt in capite omniū uiarū, mortui sunt, quotidie moriuntur pro cōmuni cōditione cunctorꝫ uiuentiū, pleni indignatione dñi, dicētis: Qua die comederitis ex eo, morte moriemini, pleni increpatione dei tui, superbiā hominis increpātis & dicentis, quia puluis es, & in puluerē reuerteris, Idcirco audi hoc paupercula, & ebria nō à uino. ⌊ Hęc dicit dominator tuus, dñs & deus tuus, qui pugnauit pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicē soporis, fundū calicis indignationis meę: non adijciens vt bibas illud vltra. ⌋ Idcirco inquit, qa nemo est ex filijs tuis qui suscitet te, ecce ego Ipse dñs deus tuus tuli. i. sine dubio tollā calicē illū de manu tua, moriens ipse pro destruēda morte tua: ut nō bibas ultrà, ut nō moriaris in æternū, semel sublato calice, de duplici morte resuscitata. Hoc audi & crede o paupercula, nō à uino uitæ æternæ, quo inebriari debueras sed absynthio mortis ebria. Nā hæc dixit dominator tuus, q olim pugnauit pro populo suo, ut educeret illū de Aegypto, pugnaturus iterū pro populo suo, ut eruat illū ab inferno. ⌊ Et ponā (inqt) illud in manu eorū, qui te humiliauerunt, et dixerunt animę tuę, incuruare vt transeamus. ⌋ Nā reuera pro eo ꝙ te humiliauerūt & incuruauerūt ut trāsirēt, ampliorē bibituri sunt dānationē diabolus & angeli eius, licet nō inuitā, sed uolentē te incuruauerūt, & p te transierūt. Hoc est q̄d subiūgitur. ⌊ Et posuisti in terra corpus tuū, et quasi viam trāseuntibus. ⌋ Et est sensus, Quomō terra, qa inanimata est, & uia qa trita est, nō repugnat trāseuntibus: sic tu nō restitisti malignis spiritibus, animā tuam quærentibus.

¶ Repetio adhortantis pro consolationis magnitudine, abhinc, Consurge consurge induere fortitudine tua Syon, & subinde, quia hæc dicit dñs, Gratis uenūdati estis, & sine argento redimemini, usq;, Ego qui loquebar, ecce adsum. Cap. XVI.

Consurge consurge, induere fortitudine tua Syon, induere vestimentis glorię tuę Hierusalē ciuitas sancti: qꝛ non adijciet vltra, vt transeat per te incircūcisus et immūdus. ⌋ Quia nō parua res est, qa nō leuis cōsolatio promittitur, ecce totiens dixi, & totiens nūc dico, cōsurge cōsurge. Et qd cōsurgēdo facias, quid faciendo cōsurgas? Induere fortitudine tua, induere uestimentis gloriæ tuæ: Quomodo iuuencula nobilis, & inclyta instante nuptiali die se præparat, quanta potest fortitudine, quāta potest gloria uestimentorꝫ, ut digne possit cōplacere: sic tu quondā captiua, nunc aūt libera, ꝑparare in occursum dominatoris tui, spōsi & amatoris tui, ut digno charitatis ornatu spectabilis merearis cubiculū eius introire. Ita cōsurge, & cōfidenter age, qa nō adijciet ultrà diabolus, ut transeat per te incircūcisus corde, immūdus opere. ⌊ Excutere de puluere, consurge, sede Hierusalē, solue vincla colli tui, captiua filia Syon. ⌋ De puluere peccatorꝫ excutere, ad bene operandū cōsurge, regnādo sede, remissionē peccatorꝫ accipiendo & dādo, uincula colli tui solue. ⌊ Quia hęc dicit dñs: Gratis venūdati estis: et sine argento redimemini. ⌋ Dictio breuis, sed digna ore dñi. Gratis inquit uenūdati estis. Vere gratis, emptor em̄ diabolus, totū uenditionis pretium defraudauit. Comedite inquit: & eritis sicut dij. Mendacium locutus est. Non enim de hominibus deos fecit. Ergo gratis,

Roma. 5

Duo mala peccatum subsequūtur.

Gene. 2.
Ibi. 3.

CAP. LII.

Cōsurge, cur totiens inclamat.

Gene. 3.

& non solum gratis, sed & damnose uenundati estis: quia cum potuissetis non mori, iam secundum animã mortui, simul etiam secundũ carnem mortales facti estis. Et sine argento inquit redimemini. Vere sine argento, sed non sine pretio. Non corruptibilibus auro & argento, Petrus apostolus inquit: Sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati & incontaminati, Christi, redempti estis. ¶ L Quia hęc dicit dominus: In Aegyptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi. ⅃ Nunquid argẽto redemptus inde exiuit? Nonné potius per immolationem agni liberatus est, signatis postibus sanguine eius, & superliminaribus suis? Ita inquit & nunc sine argento redimemini, ueruntamen nõ sine pretio sed pretioso sanguine agni ueri Christi filij dei. Nam mundus iste Aegyptus est eis quos ad uitam æternam prædestinaui: & huc omnis electorũ populus descendit in illis primis parẽtibus suis. L Et Assur (id est diabolus) absq; vlla causa calumniatus est eum. Et nunc quid mihi est dicit dominus? Quoniã ablatus est populus meus gratis, dominatores eius inique agunt, dicit dominus: & iugiter nomen meũ blasphematur. Propter hoc sciet populus meus, nomen meum in illa die, quia ego ipse qui loquebar, ecce assum. ⅃ Propter hoc inquit, quia populus me⁹ ablatus est gratis, ut supra dixi: sed ecõtrariò, dominatores id est magistri eius, scribæ & pharisæi inique agũt, & insuper per eos uel propter eos iugiter blasphematur nomen meũ: propter hoc inquã per memetipsum sciet populus meus nomen meũ, quia ego ipse qui loquebar ad Abraham, qui loquebar ad Moysen, qui loquebar in prophetis, & psalmis, ecce adsum. Quid em̃ mihi est? Quid inquã aliud mihi superest? Holocaustum & pro peccato pater meus non postulauit: propter hoc dixi, ecce uenio, propter hoc ecce adsum.

j.Pet.j. — Exo.j2 — Psal.39.

¶ Q; pulchri super montes sint pedes hoc bonũ annũciantis, q pedes, & q montes sint, qui speculatores, & quõ uideant omnes fines terræ salutare dei Israhel. Cap. XVII.

Quam pulchri super montes pedes annunciantis & prędicantis pacem, annunciantis bonũ, prędicantis salutẽ, dicentis Syon: regnabit deus tuus. ⅃ Ecce assum dixit, & huic auditori, huic in spũ sancto uidẽti pariter & audienti, suos ueniendo pedes ostendit. Quos pedes, nisi uias suas? Quæ porrò sunt uiæ eius, nisi misericordia & ueritas? Scriptũ est em̃: Vniuersæ uiæ dñi misericordia & ueritas. Duobus istis pedibus, iste qui nũc dicit, ecce assum, in hũc mundum uenit, uidelicet queãdmodũ dicit: ut q nõ uidẽt uideãt, & q uidẽt cæci fiant. Nã ut q nõ uidẽt uideãt, misericordiæ ẽ: & q uidẽt cæci fiãt, ueritatis est. Pes iste Iudæos cõtriuit, pes ille gẽtes subleuauit. Q; pulchri inqt pedes, q̃ speciosi pedes. Vere pulchri pedes, nã utrinq; irrepꝛ̃hẽsibilis est. Q; pulchri pedes sup montes. Quos sup montes, nisi sup apl'os fide excellentes, meritis eminẽtes? Isti montes illos pedes primũ exceperũt, unus em̃ ex illis deiectus est p ueritatis iudiciũ, undecim p misericordiã creuerũt usq; ad cœlũ. ¶ Annũciatis inqt & p̃dicatis pacẽ. Quã pacẽ, nisi humani generis recõciliationẽ? Annũciatis bonũ. Quod bonũ, nisi gloriã dei filioꝝ? Prædicantis salutẽ. Quã salutẽ, nisi beatã animarũ atq; corporũ immortalitatẽ? Dicẽtis Syon, regnabit deus tuus. Quid est regnauit, nisi misso foras principe mũdi huius: regnũ quod tyrannus obtinuerat, deus tuus obtinuit? Ergo pulchri pedes, qa pulchra annunciatio, qa iucunda hæc prædicatio est. L Vox speculatorũ tuorũ, leuauerunt vocem, simul laudabunt, qꝛ oculo ad oculũ videbunt, cũ conuertit dñs Syon. ⅃ O Syon uox speculatorum tuorũ audita est: speculatoꝝ inquã, id est apostoloꝝ, qui tibi pacẽ illã speculati sunt, q tibi bonũ illud prædicauerunt, qui tibi salutẽ illã annunciauerũt. Speculatores isti leuauerunt uocẽ. Vere leuauerũt, nã in omnẽ terrã exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Simul laudabunt, uidelicet idipsum sentiendo, idipsum docẽdo: Quia oculo ad oculum uidebunt, cũ cõuerterit dñs Syon: Inde nimirũ præ omnibus beati sunt, qa oculo ad oculũ uidebũt, queãdmodũ dicit: Beati oculi q uidẽt q̃ uos uidetis. Dico em̃ uobis qa multi prophetę & iusti uoluerũt uidere q̃ uos uidetis, & nõ uiderũt: & audire q̃ auditis, & nõ audierũt. Ergo certi testes erũt, & idcirco non dispariter, sed simul laudabunt: non dissona, sed cõsona, prędicabunt. Videbunt inquã oculo ad oculũ, cũ conuerterit dñs Syon. Nã & quando per passionem suã redimendo cõuertit Syon, oculis uiderunt: & postquam conuertit Syon, spoliato inferno, rediuiuũ oculis uiderunt, manibus suis palpauerunt. L Gaudete & laudate simul deser-

Pedes dñi, misericordia & ueritas. — Psal.24. — Mat.j3. — Apl'i, montes — Psal.j8 — Lucæ,jo

deserta Hierusalem, quia consolatus est dominus populum suum, redemit Hierusalem. Parauit dominus brachium sanctũ suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terrę, salutare dei nostri. O uos deserta Hierusalẽ, o uos gentes quõdam desertæ, nũc autẽ Hierusalẽ, accipiẽdo peccatorum remissionẽ: simul gaudete, & laudate cũ illa Syon, cũ illa ecclesia patriarcharum & prophetarum, & oĩm electorum q ex circũcisiõe sunt: Quia cõsolatus est dñs populũ suũ, dãdo illi paracletũ. i. consolatorẽ spm sanctũ, redemit Hierlm, redemit oẽs quos pſciuit, & pdestinauit ptinere ad illam cœlestẽ Hierlm: redemit inquã nõ auro uel argẽto, sed proprio sanguine suo. Idcirco uos quoq; gaudete & laudate, quia præparat brachium suũ, id est filium suũ in oculis omnium gẽtium, iuxta prophetiam Iacob dicentis: Et ipse erit expectatio gẽtium. Et uidebũt oẽs fines terræ salutare dei nostri. Venient em̃ ab extremis terræ, qui uideãt gloriã saluatoris sui dei: filijs regni in tenebras exteriores proiectis. Quid em̃ dñs dicit? j. Pet. j. Gene. 49

¶ Quid sit recedere, exire, pollutũ nõ tãgere uel mũdare ferentes uasa dñi, & unde seruus, & unde sublimis sit dñs Christus Iesus, q hæc intelligit, & iudicare sit, qũo gloriosus fuerit aspectus eius, nũc autem cõtineant super ipsum reges os suum. Cap. XVIII.

Recedite recedite, exite inde, pollutum nolite tangere: exite de medio eius. Mundamini qui fertis vasa domini, quoniã non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis. Præcedet enim vos dñs, & congregabit vos deus Israhel. Recedite inquit ab illa terrena Hierlm, recedite à Iudæis blasphemantibus, quorum in necẽ Romanus paratur exercitus, exite inde, & pollutũ nolite tãgere, nolite ritũ Iudaicũ amplius cõtingere pollutũ Christi sanguine, exite à cũctis eorum cerimonijs, quas odit anima dñi. Hoc modo exite de medio eius, mũdamini. i. spũ sancto baptizamini & baptizate oẽs gẽtes in noĩe patris, & filij, & spũs sancti, ut sint uasa dñi. Quoniã nõ in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis, qd uidelicet eorum est, q uicti sunt: sed tanq̃ uictores exibitis, pdicãtes euãgeliũ uictoriæ Christi: pcedet em̃ uos dñs, cooperãs, & sermonẽ uestrũ confirmãs, sequẽtibus signis. Et cõgregabit uos deus Israhel, qa de dispersiõe gentiũ per uos atq; uobiscũ unũ gregẽ adducet. ¶ Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde. Seruus meus, ideq; supra dictũ brachiũ meũ, & filius meus q cũ sit natura filius, ex eo q semetipsum exinaniuit, seruus est meus spõtaneus, ecce intelligit, ecce iudiciũ facere scit, q quasi nõ intelligẽs iudicatus est, & tacuit, patiẽs fuit. Iamiã exaltabitur & eleuabitur. Semel de torrẽte bibit, resurgẽdo exaltabitur, ascẽdendo in cœlũ, eleuabitur, sedẽdo ad dextrã patris sublimis erit ualde. ¶ Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit super viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominũ. Mira locutiõis forma, mira apostropharum uelocitas. De tertia ad secundã, de secũda protinus ad tertiã, dictio refugit personã. Cũ dixisset, ecce intelligit seruus meus, &c. ad ipsum apostropham fecit, subiungẽdo, sicut obstupuerũt super te multi. Et reuera bene et amicabilr ad illũ de quo loquebatur, se cõuertit: sed subijciẽdo, sic ingloriosus erit aspectus, noluit dicere tuus, sed dixit aspectus eius. Reuerẽtiam dño pietas exhibuit: qa ueraciter nõ ipsi aspectus suus, sed hoĩbus male uidẽtibus aspectus eius ingloriosus fuit. Bene ergo ad hoĩes, quasi parcens ori cõtinuo se cõuertit, & quã ad ipsum cœperat ad auditores dictionẽ peregit. Et est sensus Cũ tu mirãda ppetrares, cęcorum oculos illuminãdo, mortuos resuscitãdo, amplius aũt quod facere infinitus nõ potuisset exercitus paruo flagello uendẽtes & emẽtes ejciẽdo de tẽplo: cũ inquam talia faceres, multi obstupuerũt sup te. Sed sicut obstupuerũt, quantum obstupuerunt: sic ingloriosus erit, tantũ inglorius, o auditores erit sup uiros aspectus eius, uel formã eius: sup uiros inquam, id est præ omnibus uiris, quorum inglorius uel cõtemptibilis apud superbos aspectus uisus est. Quãdo tã ingloriosus erit aspectus eius? Quãdo cõprehẽsus dabit corpus suũ pcutientibus, & genas suas uellentibus, & faciẽ suã nõ auertet ab increpãtibus, & cõspuentibus: quãdo dabit pcutienti maxillam, et his atq; huiusmodi obprobrijs saturabitur Ad quid ista patietur? Quo fructu sic ingloriosus erit aspectus eius. Ait: Iste aspget gẽtes multas. Ac si dicat. Idcirco iste erit ingloriosus, ut gentes multæ in remissionẽ peccatorum aspergantur sanguine eius. Super ipsum continebunt reges os suum, Quia quibus non est narratum, de eo videbunt, & qui non audierunt, contemplati sunt.

Recedere hortat fideles a synagoga in Hierusalẽ.

Mar. j6

Philip. 2

Apostropha

Iohan. 2

Esa. 50

In breui fiet, ad modicum erit inglorius aſpectus eius, & cõfeſtim tãta erit mutatio eiuſdem aſpectus, ꝙ ſuper ipſum reges cõtinebunt os ſuũ, quẽ miniſtri pontificũ obſcuræ uileſqꝫ perſonæ ore procaci cõuitiati ſunt, cõſpuerunt, diriſerũt, blaſphemauerũt. Cũ poſt triduũ reſurrexerit à mortuis, & in cœlũ aſſumptus dederit ſpm̃ ſanctũ: diſcẽt quoqꝫ reges hãc diſciplinã, ut os ſuũ ſuper ipſum cõtineant, nõ loquãtur blaſphemiã: ſed cõfiteantur eius gloriã, obliuiſcãtur eius reſpectu faſtũ regiãqꝫ ſuperbiã, preſſoqꝫ ſub pedibus eius ore humilẽ precẽ. ſ. fundãt. Vnde hoc? Videlicet qa quibus nõ eſt narratũ de eo uidebũt, & q nõ audierũt contemplati ſunt. Quibus nõ eſt narratũ, uel q nõ audierũt, niſi gentes: q̃ legẽ nõ acceperũt, quę prophetas nõ habuerũt? Ecce ipſæ uiderũt, ecce ipſæ cõtẽplatæ ſunt aſpectũ eius: nõ iã deſ-
Pſal. 44 pectui, ſed decoꝝ, unde & canũt cũ Pſalmiſta: Speciosus forma præ filijs hominum.

¶ Quomodo id quod dixerit, inglorius erit ſuper uiros aſpectus eius, latius querula uoce declamet propheta, ab eo ꝙ ait, Quis credidit auditui noſtro, uſqꝫ ad id, Et cum ſceleratis reputatus eſt. Cap. XIX.

CAP. LIII.

Quis credidit auditui noſtro, & brachiũ domini cui reuelatũ ẽ? Et aſcẽdit ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti. Non eſt ſpecies ei neqꝫ decor, & vidimus eũ, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eũ deſpectũ, & nouiſſimũ viroꝝ, virũ doloꝝ, & ſcientẽ infirmitatẽ. Et quaſi abſcõditus vultus eius & deſpectus, vnde nec reputauimus eum. Hoc eſt qđ ſupra dixit: Inglorioſus erit ſup uiros aſpectus eius. Latius illud de uulnerato corde, emiſſa in altũ uoce, declamat propheta uenerãdus, illis merito cõparãdus, qbus ille cũ iã inglorioſus eſſet, ita loquebat: Mulier cũ parit, triſtitiã habet, qa uenit hora eius. Et uos igitur nũc quidẽ triſtitiã habetis, &c̃. Vere eñ ſicut gemitus mulieris parturiẽtis: ſic iſtæ uoces dolorẽ ſonãt animæ cõpatientis. Quis inquã credidit auditui noſtro? ſubauditur ex Iudaico populo. Et brachiũ dñi, cui reuelatũ eſt, uidelicet dũ in forma cõtẽptibili, humilis filius dei, aduerſus ſuperbũ diabolũ cõſurgeret? Nã cũ ſit brachiũ. i. fortitudo dñi, aſpectus eius ſup uiros inglorioſus fuit: & ſicut aſcẽdit uirgultũ, ſiue radix de terra ſitiẽti, uidelicet macro cortice, folioqꝫ decrepito, quia uim nõ habet humoris, ſic aſcendit corã dño hoc brachiũ ſuũ de terra maledicta Iudaicæ ſiccitatis, nõ habente humorẽ fidei. Et in oculis quidẽ illorũ, quaſi tale uirgultũ, uel talis erat radix, cæterũ in oculis dñi, ſimul etiã in oculis omnis fidẽ habentis, ſic erat & eſt, tanq̃ lignũ quod plantatũ eſt nõ in terra ſitienti, ſed ſecus decurſus aquaꝝ plenitudinis ſpũs ſancti de quo & cõcœptus aſcendit. ¶ Nõ eſt ſpecies ei neqꝫ decor, uidelicet dũ cõſputus, & alapis cæſus, alba ueſte illuſus, & ſpinis coronatus, tandẽqꝫ cruci affixus, reputatur inter ſceleratos Interim neqꝫ ſpecies diuinæ uirtutis, neqꝫ decor mundiſſimæ & ſanctæ humilitatis ineſſe uidetur illi. Et uidimus eũ, & nõ erat aſpectus. Hæc & cætera ſic legenda ſunt, ut humana æſtimatio ſubaudiatur. Nam de ueritate rei, certiſſimus cõtinuo ſubiungit propheticus ſpũs. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros portauit. Et nos reputauimus eum quaſi lepꝛoſum & percuſſum a deo, & humiliatum: Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtrę ſuper eũ, & liuore eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſqꝫ in viã ſuã declinauit, & dñs poſuit in eo iniquitatẽ omniũ noſtrũ. Oblatus eſt, quia ipſe voluit: & non aperuit os ſuũ. Illa q̃ ante hæc dixerat, illa inquã ſola oculi ſtultoꝝ uiderunt, q in finibus terræ ſunt, q intus nõ aſpiciũt: qa in capite. i. in corde nõ ſunt. Attamẽ præ magnitudine doloris, præ immẽſitate iuſtæ cõpaſſionis, ſeſe propheta cũ talibus adiudicauit: uidimus inquiens eũ, deſiderauimus eũ deſpectũ & nouiſſimũ uirorum, unde nec reputauimus eũ. Hæc aũt ex iudicio dixit, ueræ rationis uel ratæ ueritatis: qa uere nõ ſuos, ſed noſtros languores ipſe tulit, nõ ſuos, ſed noſtros dolores ipſe portauit, non propter ſuas, ſed propter noſtras iniquitates ipſe uulneratus eſt, nõ propter ſua, ſed propter ſcelera noſtra attritus eſt. ¶ Et nos inquit putauimus eũ quaſi lepꝛoſum. Qui nos ita putauimꝰ? Nunquid prophetæ, quoꝝ ego unus ſum? Nõ utiqꝫ, ſed nos, infelix Iudaiſmus cõciſa circũciſio, dura incircũciſio: de qbus et nos ſecundũ maſſam fuimus, ſed ſecundũ fidẽ exinde diſcernimur. Putauimus eũ quaſi lepꝛoſum. Imò putari uoluimus quaſi lepꝛoſum, à deo lepra ꝑcuſſum, & humiliatũ: ita ut cõtaminari diceremus omnẽ qui ſequeretur eum, qui crederet in eum

Paſſionẽ Chr̃i cõdolet propheta.

Iohan. 16

Propheta cũ malis iã ſe nnmerat.

in eum quomodo inquinatur secundũ legem qui tangit leprosum. Idcirco extra portam eie- ctum cõdemnauimus eũ, crucifiximus eũ, ut consequenter nemo dubitaret illũ à deo eẽ ma- ledictum, iuxta legẽ dicentẽ: Maledictus à deo est qui pendet in ligno. Ibi illũ. i. extra por- tã ciuitatis eiectũ deridẽtes, putauimus nos legem implesse, iubentem ejci extra portam le- prosum. ¶ Quid porrò? Disciplina pacis nostræ sup eum, id est reconciliati & pacificati su- mus deo, per illũ tam dure disciplinatũ, tam atrociter flagellis cæsum, tam crudeliter clauis & lancea uulneratum. Illo tali liuore corporis eius nos & in corpore & in anima sanati sum⁹ Nos omnes quasi oues insipientes errauimus: dominus aũt posuit in eo iniquitatẽ omniũ no strũ, ut solus uapularet illud quod nos omnes errando cõmeruimus. ¶ Quomõ uel quo iure unus portauit iniquitatẽ omnium? Videlicet qa nos brutæ oues, ille aũt rationalis pastor est Quomodo in statera rationis, unus pastor centũ ouibus pro dignitate rationalitatis, tanto il- le nobis omnibus præponderat pro uirtute diuinitatis. Nõ ergo ululet lupus murmurando dicens, quia minus rapui & plus exolui. Nã ille unus quem nil sibi debentem rapuit melio- ris omnibus nobis est, quos reddidit, quasi iuste aliquando possessos pro debito peccati. Be- ne igitur dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum: & bene ille prædictum sciẽs fructum, oblatus est, quia ipse uoluit, & nõ aperuit os suũ. Bene sicut ouis ad occisionem du ctus est, & sicut agnus coram tondente se, obmutuit, & non aperuit os suum: ut non solum nos sanguine suo redimeret, sed & lanis operiret, ut algentes infidelitate sua, ueste caleface- ret. Quid deinde? ⌊De angustia inquit, & de iudicio sublatus est.⌋ Solutis em̃ dolori- bus inferni, suscitauit illũ deus, iuxta quod impossibile erat teneri illũ ab eo: & ecce leo est, & fortiter rugit, qui uelut agnus coram tondente se obmutuit: ⌊Generationem eius quis enarrabit? Quia abscissus est de terra uiuentium.⌋ Extunc quidem ex quo, de angu- stia & de iudicio sublatus est, resurgendo à mortuis, ut iam non moriatur, & mors illi ultrà non dominetur: ex tunc inquam prædicatur, quia est filius dei, & filius uirginis. Sed utram- libet generationem quis enarrabit? Nam utraq; mirabilis, & utraq; ineffabilis est. Nam inef- fabile est, q̃ diuina generatione pater in psalmo: Eructauit (inquit) cor meum uerbũ bonũ: ineffabile itidem est, quod de carnis generatione recte hic dictum intelligitur, quia abscisus est de terra uiuentium. De terra inquam nõ morientium, siue mortuorũ morte peccati, qua omnes in Adã mortui sunt: sed de terra uiuentium, id est de terra uirginea per sanctũ uiuifi- cata spiritũ, abscissus est. Abscisus inquã, subauditur, sine manibus, quemadmodũ & Dani- el: Abscisus est inquit lapis de mõte sine manibus, & percussit statuã in pedibus eius. ⌊Pro pter scelus populi mei percussi eum.⌋ Subauditur, ego deus pater hunc filiũ Christum. Vnde apostolus: Qui etiam proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Hæc interlocuto patre, subsequens propheta, complet sententiam. ⌊Et dabit impi os pro sepultura & diuites pro morte sua: eo q̃ iniquitatẽ non fecerit, neq; dolus fu erit in ore eius, & dominus uoluit conterere eum in infirmitate.⌋ Impios inquã & di- uites, qui extento collo, mouerunt super eum caput: cum ingloriosus esset eis aspectus eius: dabit pro sepultura & morte sua, subauditur, in manus Romanorum, & in potestate ma- lignorum spirituum; Iuxta illud Dauidicum: Tradentur in manus gladij, partes uulpiũ erũt Quia non sicut calumniati sunt, malefactor hic erat, sed iniquitatem non fecit, neq; inuẽtus est dolus in ore eius. Et dominus inquit uoluit conterere eum in infirmitate. ¶ Quæ tãdem domini utilitas erit in illa tali uoluntate eius? Sequitur. ⌊Si posuerit pro peccato animã suam, uidebit semen longæuum, & uoluntas domini in manu eius dirigetur.⌋ Et est sensus: Si æterno patri, Adæ debitum moriendo soluerit, æternæ regenerationis pater erit: Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in illo omnes uiuificabuntur. Nam hæc est uolũ tas domini, quæ in manu eius dirigetur. Videbit semen lõgæuum, nouus hic Adam, quod æui breuis, fecerat esse ille uetus Adam. Nam ille fecit, ut in puluerem de quo sumpti sum⁹ omnes reuerteremur: hic faciet ut omnes resurgamus, & longæui, id est iam immortales si- mus. ⌊Pro eo q̃ laborauit anima eius, uidebit & saturabitur.⌋ Laborauit, subau- ditur in morte anima eius, & pro eo uidebit illud semen longæuum, & saturabitur chari- tas eius, quippe cui nostra salus cibus erit deliciosus. ⌊In scientia sua iustificabit ipse iu- stus, seruos meos multos.⌋ Hoc est quod apostolus uehementer insistendo commẽdat

Deut. 21. Leui. 13. Nume. 5.

Omnium ini- quitatẽ, quo- modo unus exoluerit

Acto. 2.

Roma. 6.

Generationes Chri utrobiq; ineffabiles. Psalm. 44

Abscisus de terra uiuẽtiũ, id ẽ, diua; gie Danie. 2. Phili. 2.

Impii pro se- pultura eius quo dati. Psalm. 62.

1. Corin. 15.

Roma. 5 in epistola ad Romanos, quia sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam, iusti constituentur multi. Quæ est eñ scientia eius
Heb. 5 nisi obedientia eius? Cum esset filius inquit idem apostolus, didicit ex his quę passus est obedientiam, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Ergo in scientia sua, id est in obediẽtia sua inquit deus pater, iustificabit ipse iustus seruos meos multos. Statimq́ subiungit. ⌊Et iniquitates eorum ipse portabit.⌋ Portabit inquit sicut pontifex idemq́ hostia: quia pro iustificãdis peccatoribus, oblatus est. ⌊Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia. Pro eo q tradidit in morte animam suã & cum sceleratis reputatus est, & ipse multorũ peccata tulit, & pro transgressoribus exorauit.⌋ Quia inquit iniquitatem eorũ ipse portauit, ideo dispertiam ei plurimos, ut uidelicet per multas mansiones dispertiti, uno fruantur regno: & fortiũ, id est malignorũ spirituum spolia diuidet, qui fortes erant, anteq̃ ipse humanũ corpus assumeret, & forti armato
Lucæ. 11. superato, fortior ipse domũ eius diripiet. Pro transgressoribus inqt orauit Non solũmodo pro
Lucæ. 23 transgressoribus orauit, dicens: Pater ignosce illis, nesciũt enim quid faciũt: sed tota passio eius oratio pro transgressoribus fuit, q eramus nos: nam in Adam omnes peccauimus, om̃es transgressi sumus. Et pro transgressoribus quidẽ, sed non pro omnibus orauit, & peccata nõ omniũ, sed multorũ peccata tulit. Quod statim in illis duobus sceleratis, inter quos reputatus est, spectabile est. Alterum reliquit, alterius peccata tulit, eũq́ secũ in paradisum recepit.

Tota passio Chri oro fuit

Lucæ. 23

¶Q. duo scelerati illi, quorũ alter confessus est, alter blasphemus perseuerauit duorũ populorũ exemplũ fuerint, & idcirco confestim in propheta dici, Lauda sterilis quæ non paris, tanq̃ latroni pœnitẽti & cõfitenti, de illo aũt populo tanq̃ latrone impœnitente, oẽs bestiæ agri, uenite ad deuorandũ. Cap. XX

EOdem iudicij pondere deinceps duo itidem sceleratos, scilicet gentilem & Iudaicũ populũ distinxit. Ille blasphemus in peccato suo moritur: huius fidei & confessioni paradisus aperitur. Vtrunq́ hoc sanctus in isto propheta spũs, post tam euidentem dominicæ passionis declamationem manifestis exprimit uocibus. Et primo gẽtilitatis saluationem subijcit his uerbis. ⌊Lauda sterilis quę non paris, decanta laudem & hymnum, quę non pariebas, quoniam multi filij desertę, magis q̃ eius quę habet uirum, dicit dominus. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende ne parcas. Longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. Ad dextram eñ, & ad leuã penetrabis: & semen tuũ gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit⌋ Et post aliqua. ⌊Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum, & ego creaui interfectorem ad disperdendum. Omne uas quod fictum est, contra te non dirigetur, & omnem linguam resistentem tibi, in iudicio iudicabis.⌋ Per hæc persecutiones designat, quas eadem pro euangelica fide passura erat ecclesia. Nam faber sufflans prunas, diabolus est, omnium malorum artifex, qui flatu suo persecutionum excitat incendia, proferens contra illam uasa iræ, iniquitatẽ & blasphemiam continentia, quæ uidelicet ecclesia sine dubio iudicatura est. Continuo subiũgit. ⌊Hęc est hęreditas seruorum dei, & iustitia eorũ apud me, dicit dominus. Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite. Venite, emite absq́ argento, & absq́ vlla commutatione, vinum & lac, &c.⌋ Hæc inuitatio publica, manifeste ad eandem ecclesiam de gentibus dirigitur, ut qui prius non habebant argentum scripturarum nũc properent, & solius fidei pretio sibimet emant aquas ut bibant aquas salientes in uitam æternam: emant uinum & bibant si fortes sunt, emant & comedant lac, si paruuli sunt. Gentium inquam ecclesiæ cuncta hæc proponuntur. Nam subinde sequitur. ¶⌊Ecce testem populis dedi eum ducem ac pręceptorem gentibus. Ecce gentem quam nesciebas, vocabis, &c.⌋ Hæc enim & cætera dicuntur tanquam latroni à dextris pœnitenti, & confitenti, id est populo gentili crucifixum pro salute sua Christum humili fide suscipienti usq́ ad illum locum, quo dicitur, Omnes bestiæ agri uenite ad deuorandum. ¶Et notãdus ordo promissionum, notanda distinctio consolationum. Postquam dixit, Lauda sterilis quæ non paris, decanta laudem, & hymnũ, uidelicet præ magnitudine gaudij, in similitudinem

Latrões duo duorũ populorũ typum gerunt. CAP. LIIII.

CAP. LV.

Ordo pmissi onũ & cõsola tionũ notãd⁹

dinem equi ad uictoriam hinnientis: quoniam plures filij desertæ, magis q̃ eius quæ habet uirum, & cætera: primo martyrum repromisit coronas: Ecce ego inquiẽs creaui fabrum suf flantem, in igne prunas, diabolum significans, qui statim in initijs euangelicæ fidei: sufflan do persecutionum excitauit incendia, quibus utiq; martyrum fides aurea decocta est, & ꝓ bata. Deinde dicendo, Omnes sitientes uenite ad aquas, diuinæ scientiæ multitudinem signi ficat, quæ reddita ecclesiæ pace aliquantula multiplicata est, multis doctoribus studio hauri entibus, & exponẽtibus scripturas. Tandem dicendo. Et non dicat eunuchus, Ecce ego lignum aridum, quia hęc dicit dominus eunuchis. Si custodierint sabbata mea, ⁊ elegerint quę ego volui, ⁊ tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea, ⁊ in muris meis locum, ⁊ nomen melius a filijs ⁊ filiabus. Hæc inquam dicendo, ec clesiasticæ castitatis pulchritudinem, mira allicit elegantia, ut delectet nos esse eunuchos, id est continentes, casto etiam uirginali proposito, atq; ita propter regnum cœlorum castre mus nosmetipsos. ¶ Post hæc iam ad sinistrum latronem, id est Iudaicum populum, in blas phemia perseuerantem sermo cõuertitur hoc modo. Omnes bestię agri, Id est omnes uires Romani imperij, Venite ad deuorandũ magnũ corpus latronis huius incrassati, impinguati, dilatati, & inde recalcitrantis, id est iugiter blasphemantis. Miroq; modo anteq̃ populũ ipsum conuincat exponendo maloꝝ imminentiũ causas omnes bestias ad deuorã dum illum inuitat. Nã ad illũ loqui postmodũ sic incipit. Vos autẽ accedite huc filij augu riatricis, semen adulteræ & fornicariæ. Super quem lusistis, super quem dilatastis os, & eie cistis linguam? Prius inquam bestias agri, uniuersas saltus bestias inclamat, & ad deuorandũ inuitat. Et quia culpa maxime sacerdotum erat, ipsos primum post illam bestiarum inuita tionem sermo propheticus accusat uerbis his. Speculatores eius cęci omnes nescie runt vniuersi, Canes muti, non valẽtes latrare, videntes vana, dormientes, ⁊ amã tes somnia, ⁊ canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignora uerunt intelligentiam. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisq; ad auari tiam suam, a summo vsq; ad nouissimum. Venite sumamus vinum, ⁊ impleamur ebrietate. Et erit sicut hodie sic ⁊ cras, ⁊ multo amplius. Hęc omnia quia ad scribas & pharisæos qui turbis persuaserunt, ut dominũ crucifigerent relata constant, & sensui ma nifesta sunt: sequentia superioribus iungẽda sunt. Iustus perit, ⁊ nemo est qui recogitet in corde suo, ⁊ viri misericordię colliguntur, quia non est qui intelligat. A facie e nim malitię collectus est iustus. Veniat pax, ⁊ requiescat in cubili suo, quia ambula uit in directione sua. Vos autem accedite huc filij auguriatricis. Inter illa quæ su pra colligendæ gentilitati per consolationem dicta sunt, & ea quæ deinceps abiectæ per iu dicium dicuntur synagogæ: sic positum est istud, Iustus perit, & nemo est qui recogitet: ut inculcare & replicare nobis concertet spiritus propheticus, illud quod iam diximus, uideli cet inter duos latrones iustum perisse dominum Iesum, ita ut alterum per misericordiam sus ciperet, alterum per iudicium abijceret, in typum gentilis & Iudaici populi, quorum itidem alterum per misericordiam susciperet, alterum per iudicium abijceret. Ita ergo superioribus hæc præsentia continuantur. Tu sterilis quæ non paris lauda, decanta laudem & hymni, ut dixi, uos autem accedite huc filij auguriatricis, quibus iustus perit, & nemo ex uobis est, qui recogitet. Nec uero solus ille iustus perit, sed & uiri misericordiæ colligũtur, scilicet apostoli eius, quos de ciuitate in ciuitatem persequimini. Vos inquam accedite huc ad diem malum non ad diem bonum & pacis, de qua iam dixi, ueniat pax & requiescat in cubili suo, quia ui delicet pace reconciliauit nos deo & patri suo, sed ad diem belli, ut gladio cadatis, ut deuorẽt uos bestiæ agri, quas paulo ante conuocaui.

CAP. LVI.

Ad latronem sinistrũ. i. blasphemam synagogam.

Cap. 57.

CAP. LVII.

¶ Quod ab illo quo ait, Vos autem accedite huc filij auguriatricis usq; ad id, Omnes eos auferet uentus, tollet aura, commemoratio fit peccatorum super generationem eandem quæ dominum crucifixit, quod merito & uisibiliter Romanis & inuisibiliter diabolo tradita sit. Cap. XXI

QVomodo in prima periocha cũ aperte uocationẽ gentiũ & proiectionem pronunciasset Iudæoꝝ, antiquas reddidit causas, dicens, proiecisti eñ populum tuum, quia repleti sunt ut olim, & augures habuerũt ut Philistijm: ita & nunc

Cap. 2

peccata priorũ uentura prædicit, super generationẽ istã, quæ dominũ crucifixit. ⌊Uos autem (inquit) accedite huc filij auguriatricis, semen adulteræ & fornicariæ.⌋ Cuius auguriatricis, cuius adulteræ siue fornicariæ? Nẽpe synagogæ, quæ auguriata est, suas sequendo adinuentiones, quæ adulterauit, & fornicata est, quia deo relicto diabolo prostituta est. Synagogam, cuius Iudæi filij sunt, cœtum dicimus scribarum & pharisæorum, seniorũ, sacerdotum, & sommorũ pontificũ. Isti sunt supradicti speculatores cæci, qui uenientẽ, imò præsentẽ dñm non uident, quẽ pro officio priores uidere debẽt, qui tanq̃ canes muti, canes impudentissimi, saturitatẽ nesciunt, adeo gulæ & somno dediti, ut latrare non ualeant. Huius talis malignæ synagogæ filij perditi, accedite huc, & propositis respondete quæstionibus. ⌊Super quem lusistis, super quem dilatastis os: & eiecistis linguam?⌋ Sup quẽ
Mat. 27. inquam lusistis, cõspuendo faciem, & uellendo barbam eius: dilatastis os, & eiecistis linguã, dicendo: Vah qui destruit templum, & in triduo restaurat illud? Nunquid non uos filij sce-
Ioh. 8 lesti, semen mendax: Pater noster Abrahã ẽ, dicitis: unum patrem habemus, deum dicitis. Nunquid non potius filij diaboli estis, filij mendaces, eius qui & mendax, & pater est mendacij? ⌊Qui consolamini in dijs, subter omnem lignum frondosum, immolantes paruulos in torrentibus, subter imminentes petras.⌋ Nunquid non hi uos estis? Nũquid pro consuetudine hoc scelus non habuistis? Nunquid o synagoga auguriatrix & fornicaria nunc recenti uel prima contra me insanisti petulantia? ⌊In partibus torrentis pars tua, hęc sors tua. Et ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium. Nunquid super his non indignabor? Super montem excelsum, & sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti vt immolares hostias. Et post ostium & retro postem posuisti memoriale tuum.⌋ Talia nempe scelera tua, Regum ac Paralipomenon narrat historia, Immò & ante Regum historiam fecistis eiusmodi sacrilegia. Dicit enim Psalmista: Et
Psal. 105 commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum. Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs. Et effundunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Et interfecta est terra in sanguinibus. Hæc omnia uenient super te in generatione ista. Quare? ⌊Quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterium: Dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus.⌋ Iuxta me inquit discooperuisti, & suscepisti adulterium. Quem adulterum? Olim Baal, nunc autem Barraban, Baal iuxta me in templo, Barraban contra me in prætorio. ⌊Dilexisti stratum eorum, manu aperta.⌋ Me autem odisti & condemnasti uociferatione publica. Pepigisti cum eis, me autem negasti. Cũ q̃bus me negato pepigisti? Olim (ut iã dixi) cũ Baal, & cũ uitulis aureis: nũc
Ioh. 19 aũt cũ Barraba, & cũ Cæsare. Dixisti eñ. Nõ hũc, sed Barrabã. Itẽ: Nõ habemus regẽ, nisi Cæsarem. ⌊Ornasti te regio vnguento, & multiplicasti pigmenta tua.⌋ Ad modum meretricis: quæ uirum mediocrem fastidit, & diuites adulteros ambit, tu egisti. Regio te unguento unxisti. Olim idolo. Verbi gratia: Moloch, qui & dicitur Melchoin, quod interpretatur rex eorum, olim te unxisti, uidelicet sacrificando, nunc autem Cæsari te unxisti, scilicet adulando. ⌊Misisti legatos tuos procul: & humiliata es vsque ad inferos.⌋ Olim legatos tuos misisti procul ad conuocãdos adulteros, deos Babylonios, & Aegyptios: nunc autem ad congregandos aduersum me Romani imperij ministros, & hoc modo humiliata es, usque ad inferos, ut ibi copuleris adulteris illis, non iam uoluptatis lecto, sed pœnarum gehennæ incendio. ⌊In multitudine vię tuę laborasti, & non dixisti, quiescam.⌋ Vna quippe est uia regia, quam qui ambulat, non laborat, sed quiescit & uiuit: multæ autem sunt uiæ sinistræ & adulterinæ, quas quia tu ambulasti, semper laborasti, nunquam quieuisti. Quid tandem? ⌊Uitam manus tuę inuenisti, propterea non rogasti me.⌋ Et est sensus: Quia rebus omnibus abundasti, & affluxisti diuitijs, quas tota manu quæsisti, idcirco dominum neglexisti, uidelicet ut Sodoma, quæ quia saturata est pani-
Ezech. 16 bus, ut Ezechiel dicit, propterea superbiuit. Et nunc audi. ⌊Pro quo solicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo, quia ego tacens, & quasi non videns, & mei oblita es. Ego annunciabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi: Cum clamaueris, liberent te, congregati tui⌋ Pro quo in-

Exprobrat synagogæ

Idololatræ sp̃ Iudæi.

Via regia una

Diuitiæ faciunt dei oblationem.

quo inqt solicita timuisti, subauditur dicẽdo, ne forte ueniãt Romani & tollãt nostrũ & locũ & gentẽ: ego illud adducã tibi. Quare? Quia mentita es, qa falsum tibi timorẽ cõfinxisti, quia dolose illic trepidasti timore, ubi non erat timor, & mei non es recordata. Nullã quippe mei mentionẽ fecisti, in illo tẽpore timoris tui, quẽ tibi proposuisti. Quis eñ dixit in illo concilio, contineamus manus nostras ab isto homicidio, locus eñ & gens seruari nobis poterit, dei auxilio? Itaq; mei non es recordata, nec eñ timore uero timebas, sed festinãs ad homicidium: timorem libenter simulabas, qui nullus erat. Igitur ego annunciabo iustitiam tuam, ego toto orbi palàm ostẽdam, nequissimam hypocrysin tuam. Nam hæc est iustitia tua risu digna, ironice iustitia, nam ueraciter iniustitia. Opera tua non proderunt tibi, id est multum nocebunt tibi. Cum clamaueris, uidelicet circunuallãtibus te undiq; Romanis uiribus: liberent te congregati tui, quoscunq; in malum tibi congregasti à sanguine Abel iusti. Nã congregati tui cultus sunt idolorum, effusiones sanguinum, blasphemię, & clamores, aduersus prophetas & ipsum prophetarum dominum, quæ omnia congregasti tibi, usq; ad hanc diem in malum tuum. Sed quomodo isti congregati te liberent? [Omnes eos auferet ventus, tollet aura.] Ergo dictio hæc hostilis irrisio est, quia non liberabuntur, sed gladio cadent: & qui superfuerint quasi uento uel aura tollente, captiui ducentur in omnes gentes, [Qui autem fiduciam habet mei, hereditabit terram, & possidebit montem sanctũ meum.] Hæc & cætera quæ sequuntur, partim bona pro parte electorum, partim mala pro parte reproborum, usq; ad id quod dicitur, spiritus meus qui est in te, & uerba mea quæ posui in ore tuo non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit dominus, amodo & usq; in æternum, studio proficiscendi præterimus. Nec enim totum prophetæ huius profundum perambulare, sed præcipua Christi quærere testimonia proposuimus. Itaq; nunc iam huius, id est sextæ perioches finem facimus, septimam quæ & ultima est, à sequenti mox capitulo incipimus.

Iohan. ij. | Congregat. synagogæ

¶ Septima periocha, qua uniuersæ ecclesiæ sub peccato in tenebris iacenti, dicitur propter aduentũ saluatoris Christi, Surge illuminare Hierusalẽ, qa uenit lumen, &c. usq; ad id, & domum maiestatis meæ glorificabo. Cap. XXII.

Surge illuminare Hierusalem, qr venit lumen tuũ & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebrę operiẽt terram, & caligo populos. Super te autem orietur dominus, & gloria eius in te videbitur.] Q, nũc dicit, surge illuminare Hierusalẽ, idipsum est qđ supra dixerat, eleuare, cõsurge Hierusalẽ. Ad uniuersam quippe sanctorũ multitudinẽ bonus iste consolationis sermo dirigitur, q̃ una unius regis ciuitas est, una & uera Hierusalẽ est. Iacebat illa sub peccato primæ præuaricatiõis prostrata, deũq; lumen suũ pariete interposito inimicitiarũ nõ uidebat: donec ueniret Chrũs sol iustitiæ, lux de luce, lumen de lumine, deus de deo, filius de patre. Dicit ergo huic Hierusalẽ Surge illuminare Hierusalẽ. Bonũ prophetici spũs imperiũ certũ & indubitabile est uenturi boni preconiũ. Surge, & illuminare inquit. i. nũc reuera surges, & illuminaberis. Vñ hoc? Ait: Quia uenit lumẽ tuũ, & gloria dñi sup te orta est. Lumẽ inquã tuũ, quo defraudata es, dolo serpentis in parẽtibus primis, quibus dixi: Comedite, & aperientur oculi uestri: ecce uenit, ecce in uterum uirginis descendit, ecce ponitur in testa carnis ut lucerna tibi sit, qua requiraris, qua illumineris. Ita uenit lumen tuum, & illo nascente, gloria dñi super te orta est, quæ à te tenebrosam antiquæ præuaricationis ignominiam expurget. ¶ Quare signãter dico super te? Quia ecce tenebræ operient terrã, & caligo populos. Super te autem orietur dominus, & gloria eius in te uidebitur. Idcirco dico super te, quia populos superfluos, populos qui non pertinent ad te, qui non sunt ex fide, & terram, id est omnem gentem terrenis inhiãtem, & cœlestia nõ curantem, caligo & tenebræ operient, etenim ut sunt ita caligine & tenebris operti remanebunt. Super te autem quæ uenturi fidem habuisti, orietur dominus: & gloria eius in te uidebitur. ¶ Cum autem uenerit illud lumen tuum, non in abscondito, neq; sub modio, sed super candelabrum ponetur, ut ab omni mundo uideatur. Hoc est quod sequitur. [Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.] Nũc interim antequã oriatur ille dominus, angustijs Iudææ nomẽ eius cõtinetur, tũc autem

CAP. LX. Perioches septima. Cap. 51. 52. | Gene. 3. | Mat. 5.

autem cũ uelut lucerna sup candelabrũ posita fuerit, gẽtes q̃ in profundis erãt tenebris, ambulabũt in illo lumine tuo, & reges quoq; supplices oculos attollẽt, ad splendorẽ luminis q̃d ortũ est tibi. Tunc nõ paucos filios, nec solos habebis Iudæos. Sed quid? ⌊Filij tui de longe venient: & filię tuę de latere surgent.⌋ Filij inquit tui, id est tuo lumine illuminati, tui luminis baptismate purificati, de longe ueniẽt: de longe inquã, id est de omni gẽte & natiõe ab oriente & ab occidẽte, à meridie & à septentrione. Hactenus non ita, sed ueniebant tantũ de prope, tantũ de carne Abrahæ. Nec uero tantũ filij, sed & filiæ tuæ ueniẽt, & quandiu filiæ paruulæ erunt, cibumq; solidũ manducare nõ poterunt, lac simplicis doctrinæ de latere tuo sugent. ⌊Tunc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuũ: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiũ venerit tibi.⌋ Tũc inquã uidebis & gaudebis & in modũ fluuiorum aquis subitis inundaberis, & mirabitur & stupebit imò dilatabitur cor tuum dilatatione charitatis omnes suscipientis nullas angustias tot filios parturiendo sustinentis. ⌊Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha, &c.⌋ Madian & Epha regiones sunt trans Arabiam. Fertiles camelorum, omnisq; prouincia appellatur Saba. Cedar autem regio Sarracenorum est, qui in scripturis uacantur Ismahelitæ, & Nabaioth unus est filiorum Ismahel, ex quorum nominibus solitudo appellatur, quæ frugum inops, pecorum plena est. Per familiaria ergo nomina gentium Barbararũ quæ uicinæ sunt Israheli, totius mundi conuersionem intellige prædicari, & hunc esse sensum. Greges camelorum iniquitatum uinculis resoluti, & animas suas effundentes deo, operient te o Hierusalẽ muneribus oblatis: & omnes de captiuitate uenient & cõuersione, aurũ fidei deferentes, & thus sacrificij. Madian quippe in hoc loco interpretatur iniquitas, Epha resolutus siue effundens, Saba conuersio uel captiuitas, Cedar tenebræ, Nabaioth prophetiæ. Igitur dromedarij Madian & Epha & omnes de Saba uenient, omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi (ut iam dictum est) aurum fidei, thus sacrificij deferentes. Et quia propria non sunt salute contenti. ⌊Laudem quoq; domino annunciantes.⌋ Id est, cæteris quoq; salutare dei prædicantes. ⌊Offerentur (inquit) hęc super placabili altari meo, & donum maiestatis meę glorificabo.⌋ Domus maiestatis domini sancta catholicæ fidei ecclesia est, altare autem eius placabile, ipse Christus est. Nam sicut hoc uisibile altare templo manufacto, sic dominus Iesus Christus domini dei, id est ecclesiæ præminet, quæ sumus nos. Igitur sup placabili altari meo, id est in illo in quo sum placatus, filio meo Iesu Christo, munera hæc offerentur & accepta erũt: & propter illud altare ego donum maiestatis meæ glorificabo, propter Christũ filiũ meum, ecclesiam, cuius caput ipse est, ego tanq̃ maiestatis meæ reclinatorium glorificabo.

[margin: Madian & Epha ubi. — Cedar. — Christus altare placabile. — Colos. j.]

¶ Per quorum ministerium fiant ista quæ sunt promissa significari uel ostendi sub interrogatione mystice dicendo, Qui sunt isti qui ut nubes uolant, &c.

Cap. XXIII.

Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbę ad fenestras suas? ⌋ Tanquam si interrogaret illa beata Hierusalem, quomodo uel per quos sibi q̃d audierat, filij tui de longe uenient, & filiæ tuę de latere surgẽt, &c. suspiciens quodammodo in cœlũ propheta, q̃ sunt ait isti q̃ ut nubes uolãt, & quasi columbę ad fenestras suas. Mira percunctatio, tendens ad hoc, ut auditores habeat q̃ maxime attẽtos. Poterat nanq; dicere sic, Apostoli saluatoris, lumine tuo o Hierusalem, de quo iam dixi illuminati, & facti ipsi lux mundi, ibũt in mundũ uniuersum & uerbo p̃dicatiõis pariterq; operib⁹ charitatis, filios tuos q̃ ad te ueniãt de longe, ex omni gẽte, & natiões generabũt. Sed uoluit, q̃a sic oportebat, rẽ in tpe suo cognoscẽdã, & discretius abscõdere, & abscõdẽdo cõuenienti & digno quantũ potuit mysterio, cũ percunctatione declamatoria significare. Dicit ergo sic: Qui sunt isti qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Ad hæc ille qui misit eos, ita respondet. ⌊Me enim insulę expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longe. Argentum eorum, & aurum eorum cum eis, nomini domini dei tui, & sancto Israbel, q̃m glorificauit te.⌋ Ac si dicat, Apostoli mei sunt, quibus ego dixi: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat. Ipsi uolant ut nubes, nullo quieti otio, sed impellẽte

[margin: Iohan. is]

pellente spiritu sancto cunctis gentibus, pluuiam salutaris doctrinæ portantes: Ipsi sunt quasi columbæ simplices, attamen serpentis astutiam uel prudentiam habentes. Columbæ istæ singulæ stant ad fenestras suas, id est exercent quas acceperint spūs sancti gratias diuisas, semper p̄dicando uolātes ut nubes semp cōtemplādo per illas fenestras suas cœlū suspicientes, meditādo gemētes, gemendo meditātes. Ad qd uolāt? Me em̄ inquit insulæ expectant: me inquam ecclesiæ futuræ, quæ mundo uelut mari profundo continētur, expectant suam anhelantes inopiam: nec ego fallor quin nubium istarū gratanter suscepturæ sint pluuiam. Insulæ inquam & naues maris, expectāt in principio, uidelicet ut sint in caput, & nō in caudā, iuxta illud in psalmo: Venient legati ex Aegypto, p̄ueniet Aethiopia manus eius deo. Quomodo naues de longe appulsæ, in portu consistunt paratæ, his qui descendant in ipsis, & faciant operationem in aquis multis: sic parati erunt auditores nūcijs meis, suscepturi illos, & opibus suis adiuturi, ut in profundundis gentibus ecclesias construant, prædicando illam, quæ super te orta est gloriam domini. Hoc modo adducam filios tuos de longe. Psal 67.

¶ Argentum eorum & aurum eorum cū eis nomini domini dei tui, & sancto Israhel, id est, ad honorem nominis domini, & sancti Israhel: quia glorificauit te, uidelicet, ut supra dictū est, oriendo super te, & ostēdendo gloriā suā uidendā in te. Quod aurū eorū, nisi fides eorū? Quod argentum eorum, nisi facunditas sermonis eorum? Ista uenient cum eis ut scilicet aurea fide speciosi, & argenteo sermone nitidi & clari, destruere ualeāt cunctum errorem, uniuersam hæreticam prauitatem, ad honorem nominis domini. Et ędificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi. Peregrini quippe, id ē populi nationum qui prius erant hospites testamentorum promissionis spem nō habentes ipsi extruent te in tantum ut reges quoq; eorum ministrent tibi, siue carnaliter ædificando ecclesias, expensis publicis & aduersus persecutiones gentium atq; insidias hæreticorum legum scita proponēdo: siue spiritualiter reges spirituales animæ imperio, carnē subiugādo, qd ueraciter est ministrare tibi, & ædificare muros tuos. Ap̄lo℞ aurū, fides. argētū, facundia.

¶ Q, eius qui promittebatur præsentia uocesq; sint dicentis, Spiritus dn̄i super me, &c. quę sit illa unctio, quæ acceptabilis anni prædicatio, qui lugentes, quæ consolatio, & quæ desertorum & ciuitatum dissipatarum restauratio. Cap. XXIIII.

HIs atq; huiusmodi promissiōibus præmissis adest ipse, qui promittebatur, & dicit. CAP. LXI. Spiritus domini super me, eo quod vnxerit me. Ad annunciandū mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prędicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt prędicarem annum placabilem domini, & diem vltionis deo nostro. Quomodo in præcedēti periocha similibus pręmissis promissionibus, ipse ueritatem promissionum comprobās, propter hoc ait sciet populus meus nomē meū, in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce assum, sic & in ista post præmissa sui aduētus præconia, uelut iam pręsens repēte propria uoce clamat, Spiritus dn̄i super me, &c. Cap. 52. Hoc em̄ ipse in euāgelio prædicare iam incipiēs ore gratioso cōfirmat. Traditus est ei liber Esaiæ prophetæ, Et ut reuoluit librum, inuenit quod uoluit, inuenit hūc locum, inuenit hoc scriptum: Cœpit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus uestris. Lucæ. 4 Igitur inquit spiritus dn̄i super me, eo ꝙ unxerit dominus me. Ac si dicat: Propter id, ꝙ unxit dn̄s me, dixi ego: dixi inquam & nūc dico, quia spirit⁹ domini super me. ¶ Vbi autem uel quādo unxit dominus me? Quādo cōcipiebar, imò ut cōciperer in matris utero dominus unxit me. Vnctus quādo sit dn̄s. Nō enim mulier, uirili semine: sed uirgo, de spiritus sancti unctione cōcœpit me. Illic dominus in regem unxit me: in regem inquam & in sacerdotem quoq; illic dominus unxit me. Item, in Iordane flumine eodem spiritu designauit me, quo (ut iam dixi) unxit dominus me. Igitur spiritus domini super me, spiritus sapiētiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris domini. Non enim particulariter spiritus Domini super me, sed totus spiritus Domini super me cum omnibus donis suis: sicut tota & integra uenit columba super me, cum omnibus membris suis. ¶ Ad quid ita spiritus domini super me? Ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde. Bene ergo tanquam columba uenit super me, quæ utique auis mansueta est, & pro cantu gemitum solet ædere. Mansuetum quippe ad annunciandū man-

dum mansuetis misit me:ut mederer gemituosis, & contritis corde misit me. Nec enim propter sanos & superbos, sed propter malehabentes & contritos corde medicũ misit me: non propter iustos, sed propter peccatores, uirum dolorũ, & scientem infirmitatem, uirum mitẽ, & corde humilem fecit me, Vt prædicarem captiuis indulgentiã, & clausis apertionẽ, & annunciarem annũ placabilem domini, & diem ultiõis deo nostro. ¶ Quibus captiuis, uel qua captiuitate captiuis indulgentiã: quibus, ubi clausis prædicarem apertionem? Captiuis (inquit) peccati indulgentiam, clausis inferni apertionem. Nam ex quo per unũ hominem peccatum in hunc mundũ introiuit, & per peccatũ mors: omnes homines captiui peccati, omnes homines clausi sunt mortis. Sed non omnes captiui indulgentiam: non omnes clausi amant apertionẽ? Quid igitur? Vt annunciem (inquit) annũ placabilem domini, & diem ultionis deo nostro. Primo annũ placabilem domini: deinde diem ultionis. Annus quippe placabilis domini iste est primus aduentus meus, quem annũcio uobis, dicendo: Spiritus domini super me, propter quod unxit me semel in utero uirginis, & iterũ in aquis Iordanis. Porrò dies ultionis, secundus aduentus meus erit: dies inquam ultionis deo nostro super eos, q non quærunt indulgentiam & apertionem, sed amantes seruitutem peccati, currunt ad claustra mortis, surdis auribus cõtemnentes uocem post tergum monentis & dicentis: Pœnitẽtiam agite, appropinquabit em̃ regnum dei. ¶ [Vt consolarer omnes lugentes, & ponerẽ fortitudinem, lugentes Syon, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris.] Non inquit idcirco spiritus domini misit me, ut risoribus huius mundi alluderem, sed ut consolarer omnes lugentes Syon, id est eis, q lugent, ꝙ ablactati propter peccatum, & abiecti à superna matre Syon, dicuntq; cũ Psalmista: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon, &c. Idcirco inquam misit me, ut huiuscemodi lugentes consolarer: ut istis lugentibus ponerem fortitudinem, & darem eis tria hæc. [Coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu: palliũ laudis pro spiritu mœroris.] Coronam uidelicet gloriæ, pro cinere pœnitentiæ. Oleũ gaudij, id est consolationẽ spiritus sancti, pro luctu præsentis orbitatis & exilij: pallium laudis, id est gloriam resurrectionis pro spiritu mœroris, pro sacrificio spiritus cõtribulati, quod uult deus, quod non despicit. ¶ [Et vocabuntur in ea fortes iustitię, plantatio domini ad glorificandum. Et ędificabunt deserta a seculo, & ruinas antiquas erigent: & instaurabunt ciuitates desertas & dissipatas in generationem & generationem. Et stabunt alieni & pascent pecora vestra: & filii peregrinorũ agricolę & vinitores vestri erunt.] Fortes iustitiæ uocabuntur in Syon: fortes inquam iustitiæ, id est qui nõ solum facere iustitiam, sed & persecutionem pati propter iustitiam parati sunt, sanctum habẽtes fortitudinis spiritum. Vocabuntur inquit: Et quidem omnium iustitiam diligentium nomina, in superna Syon, scripta sunt: sed qui pro eadem iustitia persecutionem quoque fortiter sustinent, illic multo maxime nominati & inclyti erunt, ex opposito fortium iniustitiæ, de qualibus Psalmista dicit: Tabernacula eorum in progenie & progenie: uocauerunt nomina sua in terris suis. Vocabuntur in ea, isti fortes iustitiæ, plantatio domini, ad glorificandum, uidelicet ex optato plantationis adulterinæ, de qua recte dicitur: Omnis plantatio quã non plantauerit pater meus cœlestis, eradicabitur. Nã ista plantatio domini, apostoli sunt & apostolici uiri, plantati ad glorificandũ deum, ut ipsi quoq; gloriã habeant apud deũ. Illa uero plantatio, propter quã illud dictum est, scribæ & pharisæi erant, qui contumeliæ spinas, & blasphemiæ tribulos protulerunt. Isti ædificabunt deserta à seculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas & dissipatas, illa uidelicet ædificatione, uel instauratione, de qua unus illorum dicit, unus fortium iustitiæ, unus plantatorum domini, unus ædificatorum magnæ ciuitatis. Dei sumus adiutores, dei agricultura estis, dei ædificatio estis. Secundum gratiam quæ data est mihi ut sapiens architectus fundamentum posui, fundamentum autem aliud nemo potest ponere, præter id quod quod positum est, quod est Christus Iesus.

Roma. 5 — Mat. 4 — Psal. 136 — Psal. 48. — Mat. 15. — 1. Cor. 3

Annus placabilis, aduentus primus. dies ultiõis secũdus.

Fortes iustitiæ qui.

¶ De apostolis & apostolicis uiris, ꝑdicatoribus uerbi dei, & qualiter eorum, quibus sua spiritualia seminant, carnalia nunc metere, & in futuro duplicia, id est animmæ pariter & corporis bona sperare debeant. Cap. XXV.

Etsta-

Et stabunt alieni, et pascent pecora vestra, et filij peregrinorum agricolę et vinitores vestri erunt. Vos autem sacerdotes domini vocabimini ministri dei nostri dicetur vobis. Fortitudinem gentium comedetis, et in gloria eorum superbietis.] O fortes iustitiæ, o plantatio domini, sancti Apostoli atque apostolici uiri alieni qui non erant de gente uestra, alieni (inquam) filij peregrinorum, id est, gentiles, qui non erant ut uos de carne Abrahæ: stabunt deuota fide, ad uestrum seruitium, ut pascāt pecora uestra, uestras comportent uidemias, ut quibus uestra seminastis spiritualia, digne illorum metatis carnalia. Vos autem tanquàm sacerdotes, imo uere sacerdotes domini uerbo dei uacabitis, ocio sancto feriati, ut sitis id quod estis, ministri domini, spiritualia ministrantes, ut carnalia iure ministrentur uobis. Hoc ingenuitatis nomine uocabimini, hoc nobilitatis nomen dicetur uobis. ¶ Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbietis. Quid isto uerius? Videbunt uenturi, ad uestrorum cinerum memoriam fortitudinem, id est, labores gentium comportari, uestroque nomini gloriosorum diademata regum in puluere substerni. Ita superbietis uidelicet superbia sancta & nobili, dum superbo altiores seculo, superborum oim̄ colla uera gloria superuadetis. Hoc idcirco, quia nunc mihi dicenti: spiritus domini super me eo quòd unxerit me dominus: uos annunciationem meam mansueti audistis, & credidistis, relictisque omnibus, secuti estis me, pauperes censu, pauperes spiritu, unde & odit uos mundus, & inde uestras quoque animas pro me posituri estis. Verum non eo tenditis, non illum finem expectatis, ut sicut dixi: Fortitudinem gentium comedatis, & in gloria eorum superbiatis. Sed quid? [Pro confusione vestra duplici et rubore, laudabunt partem suam.] Hoc est, quod speratis, hoc est, pro quo laboratis, duplici confusione, duplici rubore paupertatis & mortis affecti, ut uidelicet laudent partem suam, ut talem habeant, qualem merito laudent partem suam, id est, ut habeant uitam æternam, quæ non est alia quàm cognoscere deum, & quē ille misit Iesum Christum. Hæc enim pars iusti est, unde & lætabundus, pars mea, inquit, dominus. Hæc uestra erit beatitudo, quòd unde uos duplici rubore confundimini, scilicet & in paupertate uiuentes, & in angustia morientes, inde fit ut deum in partem suam habeant gentes, talem suam partem laudantes, talem acquisitionem negotiatione auri & argenti meliorem iudicantes. [Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt et letitia sempiterna erit eis. Quia ego dominus diligens iudicium et odio habens rapinam in holocaustum. Et dabo opus eorum in veritate, et fœdus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum, et germen eorū in medio populorum. Omnes enim qui viderint eos cognoscent illos quia isti sunt semen cui benedixit dominus.] At nos quos horū sacerdotum, & ministrorum suorum imitatores esse uult apostropham fecit, ut sciamus quid receperint, quid & nobis si illos imitemur sperandum sit. Propter hoc inquit: quia reliquerunt omnia, & secuti sunt me, isti fortes iustitiæ ædificatores, siue sacerdotes, & ministri mei: Propter hoc (inquam) in terra sua duplicia possidebunt, nam quia pauca eademque transitoria, reliquerunt bona corporis, multa eadēque æterna possidebunt, bona animæ & corporis, & utrobique lætitia sempiterna erit eis. ¶ Quia ego dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocaustum. Reuera diligens in reddendo, & odio habens rapinam in retinendo debito. Non diligerem iudicium si mercedem retinerem: rapinam haberem in holocaustum, si oblata non redderem. Sed amen dico uobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter me, & propter euangelium, qui non accipiet centies, tantum nunc in tempore hoc, & in seculo futuro uitam æternam. Igitur de iudicio certi, de retributione securi, malint omnes pij talium exemplo confundi confusione uel rubore duplici: quia ego dominus diligens iudicium, mihi quoque odiosum est non retribuere illis, quicquid accepero ab illis in holocaustum. ¶ Et dabo opus eorum in ueritate, & fœdus perpetuum feriam eis. In ueritate (inquam) dabo opus eorum, ut maneat in ueritate fructus uel opus eorum. Quo contra dicitur de opere reproborum. Ecce uos estis de nihilo, & opus uestrum ex eo quod non est. Item: Ecce omnes iniusti & uana opera eorum, uentus & inane simulachra eorum. Et alibi: Confidunt in nihili, & loquuntur uanitatem. Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Oua aspidū ruperunt, & telas araneæ texuerūt.

Iure carnalia merunt spiritualia seminātes.

Superbia sancta.

Iohan. 17
Psal. 72.

Matth. 19.

Rapina in holocaustum
Mar. 10.

Opus piorū in ueritate.
Esa. 41
Esa. 59.

Non sic isti sacerdotes, & ministri mei, sed opus eorum in ueritate, opus (inquam) eorum dabo in spiritu ueritatis, & fœdus perpetuum, feriam eis, ut sint filij dei, ut maneant in domo in æternum, filij non serui, amici facti, ex inimicis per mortem meam reconciliati. Et scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum. Semen eorum, id est, uerbum prædicationis eorum, scilicet in Gentibus: cum enim hi quibus oportuerat, prius loqui repulerint illud, ipsi ad Gentes conuertentur. Sed & germen eorum scietur in medio populorum, quia cum mortibus affecti, & in sepulchris fuerint conditi: rursus germinabunt quia de mortuis eorum corporibus, uiua crebrescent opera uirtutum ad roborandam fidem uiuentium. Omnes qui uiderint eos, cognoscent illos, quia isti semen, cui benedixit dominus. Reuera soli qui uiderint, cognoscent eos: nam qui oculos suos compresserint, ne uideant nõ cognoscent eos. Nam uidere eos, beneuolentiæ est, attentionis atque docilis animæ est. Itaque qui uiderint, cognoscent eos, ex operibus, quia isti sunt semen, cui benedixit dominus: & beatificabunt eos, dicentes: quibus miro atque inusitato modo, sanctum benedictionis spiritum dedit dominus.

¶ Qũo ecclesia dei delectetur super isto cũ dicit: Gaudens gaudebo in domino &c. & quid sit uestimentum salutis & lætitiæ, quo illam Christus induit, & circundedit & de unitate corporis Christi & ecclesiæ. Ca. XXVI.

Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me vestimento salutis: & indumento letitie circundedit me. Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut ortus semen suum germinat: sic dominus deus germinabit iustitiam, et laudem, coram vniuersis Gentibus.

Aduentus iste, uel præsentia saluatoris, unde propheticus hic sermo est, osculum illud est qđ sponsa desiderans dicebat in Canticis: Osculetur me osculo oris sui. Ecclesia quippe sponsa fidelis nata in Patriarchis, subarrata in Moyse, & Prophetis illud suspirabat, uoto cordis festinantissimi, ut ueniret ipse dilectus, & assumendo carnem, oscularetur eam osculo oris sui. Hoc facto hilariter nunc delectata dicit: Gaudens gaudebo in domino, & cætera. Huiusce particeps gaudij dicebat, ille amicus egregius sponsi, ille sponsi & sponsæ consecretalis, & mutui conscius amoris. Qui habet sponsam sponsus est. Amicus autem sponsi, qui stat & audit eũ gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Nec uero dubiũ, quin ille præcursor natiuitatis, præcursor quoque factus passionis, ad inferos descenderit, & expectanti illic ecclesiæ, nuncium bonum attulerit. Igitur quia postmodum de passione eius Propheta dicturus est: Quis est iste, qui uenit de Edom, tinctis uestibus de Bosra: & pauloante in persona eiusdem annuntiantis, & prædicantis, dixit: Spiritus domini super me, eo quòd unxerit dominus me, recte & oportune uoces istę sic accipiuntur, tanquã apud inferos iam in occursum eius exultantis Ecclesiæ. Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo. Quæ mihi gaudij causa, quæ exultationis ratio? Quia induit me uestimento salutis & indumento lætitiæ circundedit me. Nudata fueram in Adam, folijs ficus pudenda contexeram, tunicis pellicijs misere operta, de paradiso eiecta fueram. Hic autem dominus, & deus meus, pro folijs ficus uestimento salutis, & pro pruritu libidinis, prima baptismatis, & remissionis peccatorum stola induit me, & pro pellicia mortalitatis tunica, resurrectionis & immortalitatis stola secunda circundedit me. Quasi sponsum, decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Quasi sponsum inquam. & quasi sponsam. Vnum quippe sumus corpus, caput & membra, sponsus & sponsa, Christus & ecclesia. Iam iam in Christo sponso, & capite meo modicum passo, in æternum fulgebit uictoriæ corona, in me sponsa uirtutum & gratiarum fulgida figentur monilia. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut ortus semen suum germinat: sic dominus deus germinabit iustitiam, & laudem coram uniuersis gentibus. Inde ille sponsus, & ego sponsa: quia ille dominus deus, & ego terra uel ortus eius: quia ille agricola, & ego agricultura eius. Vnus idem'q; quia creator dominus est & deus: & quia homo factus, agricola est meus. Quomodo agricola plantante atque rigante, & deo incrementum dante, terra profert germen suum & ortus semen suum germinat, sic illo uno & quia homo est, euangelizando plantante atq; rigante

Can. j.

Delectata ecclesia in præsentia Christi

Iohan. 3.

Infra. 63

Roma. 12

1. Cor. 12

1. Cor. 3

Quo pacto ecclesia exculta primum

rigante, & quia deus est per spiritum suum incrementum dante, proferam ego & germinabo iustitiam fidei, & laudem dei, non coram una tantum gente Iudæa, sed coram uniuersis gentibus, ut uideant opera mea bona, legendo dicta uel acta patriarcharum uel prophetarum: audiendo uocem, & uidendo lucem Apostolorum, & uidendo atque credendo glorificent patrem qui in cœlis est. Matth. 5

¶ Quomodo dicta sponsæ fidelia confirmet deus pater, dicendo: Propter Syon non tacebo. Caput XXVII. CAP. LXII.

PRopter Syon non tacebo, & propter Hierusalem non requiescam: donec egrediatur, ut splendor iustus eius, & saluator eius ut lampas accendatur. Et videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum. ⌋ Quod dixerat sponsa, sic dominus deus germinabit iustitiam & laudem coram uniuersis gentibus, confirmat pater sponsi deus, dicendo: non tacebo & non quiescam propter Syon & propter Hierusalem, & cætera. Propter Syon, inquit, & propter Hierusalem, cui iuraui in Abraham, cui iuraui in Dauid: germinare iustitiam & laudem coram uniuersis gentibus. In Abraham quando per memetipsum iuraui, dicens: Benedicam tibi, & semen tuum multiplicabo, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti uoci meæ. In Dauid quemadmodum ille dicit: Iurauit dominus Dauid ueritatem, & non frustrabitur eum, de fructu uentris tui ponam super sedem tuam: quoniam elegit dominus Syon. Igitur quoniam debitor sum, & gratuito iuramento teneor, propter Syon non tacebo, sed loquar, & propter Hierusalem non quiescam sed operabor: donec de angustijs Iudææ per torcularia passionis egrediatur ut splendor iustus eius, & saluator eius uelut lampas ad illuminandum gentes accendatur, ut uideant gentes, iustum tuum o Syon, & cuncti reges inclytum tuum, o Hierusalem. ⌊ Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit. ⌋ Nomen (inquam) nouum, id est, nomen Christianum uocabitur tibi, nomen nouum, id est, nomen amicorum, nomen filiorum dei uocabitur filijs tuis, qui hactenus serui, imo inimici & filij iræ dicebantur ob culpam primæ præuaricationis Adæ patris sui. Quod (inquam) os domini nominauit. Sine dubio nomen æternum est, quodcunque os domini uominauit. Ergo quod os domini nominauit, idem est ac si diceret, quod tibi nomẽ in æternum permanebit. ⌊ Et eris corona gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu dei tui. ⌋ Apostolus dicit: Nam gloria uestra sumus, sicut & uos nostra in die domini. Si ergo quilibet nostrum eorum gloria sumus, qui nos prædicando uel instruendo acquisierunt: quanto uerius eius gloria sumus, qui & nos & prædicatores nostros acquisiuit per sanguinem suum? Itaque corona gloriæ in manu domini eris, & diadema regni in manu dei tui, id est, ei qui te redemit sic pro gloria erit charitas redemptionis, quomodo corona uel diadema pro gloria est capiti regis emeriti. Quod intimans idem Apostolus dicit: Decebat enim eum propter quẽ oĩa & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat: authorem salutis eorum per passionem consummari. ⌊ Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata ⌋ Hæc tuæ uetustatis erant nomina: & patre tuo Adam tibi hæreditaria, derelicta desolata. Non sic uocaberis ultra: nec memor ero horum nominum tuorum per labia mea. ⌊ Sed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata ⌋ Antequam deleatur parẽtum tuorum inobedientia, non potes uocari uoluntas mea in ea, sed per obeditiam patris tui noui hominis Iesu Christi fiet ut recte uoceris uoluntas mea in ea, & terra tua inhabitata. Hoc repetens iterum dico. ⌊ Quia complacuit domino in te, & terra tua inhabitabitur. ⌋ Quomõ terra tua inhabitabitur? Habitatione sancta, habitatione angelica. ⌊ Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui. ⌋ Illi enĩ qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores, neque enim ultra mori poterunt, æquales enim angelis sunt, & filij sunt dei, cum sint filij resurrectionis. ⌊ Et gaudebit sponsus super sponsam & gaudebit super te deus tuus. ⌋ Id est, ad similitudinem gaudij quo gaudet sponsus super sponsam, ita gaudebit super te deus tuus: quia plena tibi uoluptate substantialiter infundetur, iuxta illud: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Interim donec earundem ueniat tempus nuptiarum, custodieris contra diabolum adulterum, neque dormiam sicut dormiui, do-

Gene. 22. Psal. 131. Christianos nos uocandos propheta prædicit. 2. Cor. 1. Hebræ. 2. Matth. 22. Psal. 35.

Gene.3 ne c surgerem ad auram post meridiem, post perpetratum corruptoris adulterium serpentis: Hoc est, quod sequitur. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes tota die & tota nocte perpetuo nō tacebunt. Qui reminiscimini domini ne taceatis, & ne detis silentium ei, donec stabilitat & donec ponat Hierusalem laudem in terra. Quinam sunt custodes super muros Hierusalem, qui tota die & tota nocte, non taceant, nisi Apostoli & Apostolici uiri, rectores atque sacerdotes: qui interim dum adulteria spiritualia cauenda sunt in regimine sanctæ ecclesiæ positi sunt, ut neq; in prosperis neq; in aduersis taceant laudare nomen domini, prædicare pulchritudinem, nobilitatem, diuitias, atq; fortitudinem sponsi legitimi, modicum expectandi cito uenturi? Vnde quia non solum sermone prædicationis, sed & studio iuuare debent orationis: ad eosdem sermo dirigitur, cum dicit: O uos, qui reminiscimini domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei, ne uacet illi dormire, quemadmodum olim dormiuit tamdiu donec perficeretur cum natura humana, adulterium serpentis diaboli, quod scriptura innuens, dicit: Et cum audissent uocem domini Dei ambulantis, in paradiso ad auram post meridiem, & cætera. Primi homines illum toto meridie dormire passi sunt: quippe quem nulla laude, nulla prece inquietauerunt. Vos autem ne detis illi silentium, donec stabiliat, & donec ponat Hierusalem laudem in terrā, id est, donec ecclesiam suam ad illum statum laudabilem perducat, ubi iam neque fur, neque adulter, appropinquare ualeat.

Apostoli & Apostolici uiri, custodes sunt Hierusalem.

Gene.3. Dormire q̄modo deus dicitur.

Quòd ait: Iurait dominus in dextera sua, quòd iuramenti huius sensum, ipse dicat in Euangelio dominus: Amen dico uobis, quia auferetur à uobis regnum dei. Caput XXVIII.

Iurauit dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suę. Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis, & si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti. Quia qui congregant illud comedent, & laudabunt dominum, & qui comportant illud, bibent in atrijs sanctis meis. Post mutua sponsi & sponsæ colloquia iam ad passionem, qua sponsa redimitur sermo propheticus aspirat, dicendo: Iurauit dominus. Quando enim iurauit hæc dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ: nisi quando dixit ipse filius dei, dextera nimirum & brachium fortitudinis domini. Amen dico uobis, quia auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius Denique mali & perdendi agricolæ illi, quibus hoc iurauit, inimici erant, & filij alieni, comedentes triticum, & bibentes uinum, in quo sancta patriarcharum & prophetarum ecclesia laborauit, & non reddentes fructum uindemiæ in tempore messis: Iurauit (inquam) dominus, quia sic iam ultra non erit. Sed quid? Qui congregant illud comedent, & laudabunt dominum, id est, ablatum ab illis regnum dei possidebunt gentes, facientes fructus eius, ut prius congregent domino, & sic comedant prius comportent, & sic bibant in atrijs eius, in regno eius. Transite transite per portas, pręparate viam populo planum facite iter, & eligite lapides. Custodes murorum Hierusalem, id est, Apostoli iubentur transire per portas, ad ueritatem euangelij incedere secundum scripturas, sicq; parare uiam populo Christiano, planum faciendo iter, & eligendo lapides ut non sint offendicula siue scandala, quibus offendatur uel concidat fides Christiana. Et hoc illi quidem fecerunt quantū potuerunt: sed quia minus plana fuisset uia, diuinitus prouisa sunt arma Romanorum: ut non remaneret ciuitas sanguinum, nec staret templum Iudæorum, quo nimirum stante, quasi ad magnos lapides nimium offenderet, simplicitas Christianorum. Et eleuate (inquit) signum ad populos, ecce dominus auditum fecit ab extremis terrę. Ne putent Iudæi, de se dictū, præparate uiam populo, eleuate (inquit) signum in gentes, & ad populos nationum, ut nequaquàm unius terrę Iudææ ad salutem prouocentur angustiæ, sed auditum fiat in extremis terræ ut passionem creatoris totus mundus exaudiat. Pene ineffabile est, quid admirationis, quid habeat expectationis quod dicitur: ecce dominus auditum fecit ab extremis terræ. Morientibus & desperatis in medio terræ, dicite, dicite, quia dominus auditum fecit ab extremis terræ, ab hominibus humilibus, qui pro eo quòd contemptibiles uidebantur, quodammodo erāt extrema terrę. Dicite filię Syō, ecce saluator tuus venit ecce merces eius cū eo, & opus illius coram eo. Dicite (inquit) & testificamini filiæ Syon, id est, ecclesiæ patriar

Matth.21

Extrema terræ gentiles

triar

triarcharum & prophetaꝝ:cui credenti potestas datur filiam dei fieri. Quid dicetis ei? Ecce iste non alius, sed iste qui iuxta alium Prophetã pauper est, & ascendens super asinum, & super pullum asinæ saluator tuus est: ecce uenit ut redimat te, ut saluet te. Ecce merces eius cũ eo quo redimat te: & opus illius corã eo, quo saluet te. Non enim extra, sed intra semetipsum habet redemptionis tuæ precium: non aliud q̃ sanguinem suum. Item opus illius quo te redemptam uiuificet, non longe sed coram eo est: statim quippe ut te redemerit precio sui sanguinis, sanctum tibi spiritum dabit, spiritum gratiæ & pacis, spiritum uitæ & salutis, quem accipient quotquot saluatorem istum receperint, quotquot in eũ crediderint. ⌊ **Et vocabunt eos populus sanctus: redempti a domino. Tu autem vocaberis quęsita ciuitas, & non derelicta.** ⌋ Eorum qui crediderint uocabulum erit populus sanctus redempti à domino, & hoc nomie Apl'i & Apl'ici uiri uocabunt eos: tu aũt o mater ciuitatũ fidelis Syon, quę hactenus apud iferos exulabas derelicta & nõ reqsita, amodo uocaberis q̃sita & nõ derelicta. Zach. 9.

¶ Q. passionem eius admiratione dignam æstimari uelit Propheta, dicendo: Quis est iste qui uenit de Edom. Caput XXIX. CAP. LXIII.

Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestib⁹ de Bosra. Iste formosus in stola sua: gradiẽs in multitudine fortitudinis suę. ⌋ Victoriosæ passionis præconia deinceps non repetiturus, nunc excellentius sub admiratiõe enuntiat, adiuncto uidelicet gaudio pro triũphali resurrectiõis & ascensionis eius gloria. Quis (inquit) iste est qui uenit de Edom? Quis iste est qui uenit tinctis uestibus de Bosra? Quis est iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Edom terrenus, atq; cruentus, Bosra quod est nomẽ ciuitatis in Moab interpretatur firma atq; munita. Porro terrenus atq; cruentus populus Iudaicus erat, firma atq; munita Hierl'm fuerat, fortissimis muris ante circundata, siue infernus, in quo clausæ mortuoꝝ animæ fortissimis custodijs, tenebantur. Inde uenit iste uere formosus, & iuxta Psalmũ quadragesimũquartum: Speciosus forma præ filijs hominũ: formosus, inquã, in stola sua, siue tinctis uestibus. i. candidus & rubicundus, candidus mundissima carnis uirginitate, & rubicundus sacrosancta passione, & talis gradiens usq; ad summũ cœli, in multitudine fortitudinis suæ. Interrogant igitur occurrẽtes angeli, & dicũt: Quis est iste, quis est iste, rei nouitate perterriti. Mysteriũ eñ passionis & resurrectionis Christi: cunctis retro generatõibus fuerat ignoratum. Respõdet ille interrogantibus. ⌊ **Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandũ.** ⌋ Ego (inquit) sum qui peccatum non feci, nec inuentus est dolus in ore meo: siue qui malis mala & bonis retribuã bona. Ego sum qui propugnare ueni aduersus aduersarias potestates, & uinctos de carcere liberare: ut & aduersarij pœnas, & captiui sentiant libertatẽ. Rursus angeli sciscitantur & dicunt. ⌊ **Quare ergo rubrum est indumentũ tuũ, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari.** ⌋ Si (inquiunt) tu es qui loqueris iustitiã, & nullũ admisisti peccatũ: nõne indumentũ tuũ: indumentũ, inquã, corporis tui sicut de utero uirginali sumptũ est candidũ, ita permanere debuit? Quare ergo nunc sanguine est rubrũ? Quare uestimẽta tua sunt sicut calcantiũ in torculari? Nam ambæ manus tuæ, ambo pedes tui sic sunt, quasi clauis confixi fuerint, & unũ latus tuũ sic est, quasi lancea uulneratũ est. Hæc omĩa signa sunt mortis quasi tu quoq; torcular mortis calcaueris, imo in torculari mortis calcatus sis. Nam in torculari quidem unde huc similitudo sumpta est, aliud est quod calcatur, aliud ẽ ipse qui calcat. In passione aũt mortis, unde hic sermo est, ip̃e qui calcat & ip̃e qui calcatur, idem est. Calcauit eñ ipse qui semetip̃m tradidit pro nobis: calcatus est tãquam botrus qui sub pressura crucis de acino corporis, uinũ, id est, spiritũ suũ emisit. Itẽ torcular calcauit, quia sicut in torculari uinum expressum assumitur relictis acinis, sic in eadẽ passiõe sua bonos redimẽdo assumpsit, malos iudicando reliquit. Respondet ergo pcunctantibus. ⌊ **Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorũ super vestimenta mea, & omnia indumẽta mea inquinaui** ⌋ Idcirco (inquit) rubrũ est uestimentũ meũ, & sic uestimẽta mea sunt, quasi calcantiũ in torculari: quia reuera torcular calcaui. Calcaui autem solus, nullum quippe habui adiutorem. Neque enim angelus, aut archangelus, thronus, dominationes, aut ullus omnium cœlestiũ spirituum pro hominibus passus est; sed neq; hominum quempiã habui adiutorem, in tantum ut etiã

Admirandæ passiõis Christi mysteriũ prædicit

Psal. 44.

Angeli interrogant. Quis est iste &c.

j. Petr. 2

Christus quo modo torcular calcauit

Redẽptor noster un⁹ Christus

ut etiã cõfidentiſſimus Petrus timore perterritus fugeret, imo & me negaret. Ita torcular calcaui ſolus: ſubauditur in ſalutẽ ſupradictæ filię Syon, in ſalutem oĩm credentiũ. Quid de illis qui nõ credunt? ¶ Calcaui eos (inquit) in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Duplici cõtritione cõtriui eos, præſenti furore meo, & futura ira mea cõdemnaui eos. Pręſenti uidelicet furore, ut Romanis tollentibus ſuum & locũ & gentẽ perdant. Futura ira, ut uſq; ad inferni nouiſſima deſcendãt. Et aſperſus eſt ſanguis eorũ ſuper ueſtimenta mea: & oĩa indumẽta mea inquinaui. Deniq; ſanguis meus, hæreditarius ſanguis eorum effectus eſt, quia di-
Matth. 27 xerũt: Sanguis ei' ſup nos & ſuper filios noſtros. Illic ſanguis eorũ aſperſus eſt ſuper ueſtimẽta mea, & oĩa indumẽta mea inquinaui: qcqd em̃ ad cultũ uel religionẽ mihi facere conſue-
Eſa. 1. uerant, holocauſta eorũ, neomeonias & ſabbata eorũ, & omnes alias feſtiuitates eorũ, extunc odiui: & oĩa ſanguine polluta iudicãs, oculos meos auerti. [Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis meę venit.] Quis dies ultionis, quis dies uel annus retribu-
Exo. 32. tionis? Ille nimirum quẽ iam præuidens ꝓpter reatũ uituli, quem fecerant dixi ad Moyſen: Ego aũt in die ultiõis: uiſitabo, & hoc pctm̃ eorũ. Ille dies uel annus retributiõis meę in corde meo erat, & nũc uenit: & quæcũq; deinceps fecerũt patres eorũ, imo & oĩs ſanguis qui effuſus eſt ſuper terrã à ſanguine Abel iuſti, ecce ſuper generationẽ iſtam uenit. ¶ Quid tandem pro me egi? [Circũſpexi & non erat auxiliator: quęſiui & non fuit qui adiuuaret. Et ſaluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi.] Parum dictum erat, non erat auxiliator, & non fuit qui adiuuaret. Notum quippe ex euangelio eſt: quia non ſolum non erat auxiliator, & non ſolum non fuit qui adiuuaret, cum ipe altus, id eſt
Pſal. 21. in crucem eleuatus, circũſpiceret: ſed econtra omnes, uidentes me deriſerunt me, locuti ſunt
Matth. 27. labijs, & mouerũt caput, dicẽdo: Vah qui deſtruit templũ dei: & in tribus dieb' reædificat il-
Tapinoſis rei magnę humilis expoſitio. lud. Saluum fac temetipſum. Dicitur autem hic locutiõis modus, tapinoſis, id eſt, humilitas rei magnæ, non id agente ſententia quod oſtenditur. Igitur circumſpexi, inquit, & non erat
Pſal. 68. auxiliator: quæſiui, & non fuit qui adiuuaret, ſiue iuxta alium Prophetam, & ſuſtinui qui ſimul contriſtarentur, & non fuit, & qui conſolaretur, & non inueni. Et ſaluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. In quo ſaluauit mihi brachium meum, in quo indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi? In eo uidelicet quòd cum factus eſſem homo ſine adiutorio inter mortuos liber: ſolui dolores inferni, ne etiam ab illo me teneri poſſibile eſſet. Et quomodo leoni fortiſſimo rugitus ſuus auxiliatur, ad conterrendas beſtiolas minores: ſic indignatio mea, mihi auxiliata eſt ad conſternendos uniuerſos inferni principes. Vn-
Gene. 49 de ſatis eleganter in ſpiritu Iacob patriarcha dicit: Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi aſcẽdiſti. Requieſcens accubuiſti ut leo, & quaſi leæna. Quis ſuſcitabit eum? Exinde pœnas exegi de inimicis meis, de homicidis & deriſoribus meis Iudæis: ut caderent in ore gladij, & captiui ducerentur in omnes gentes, & ciuitas eorum pariterq; templum detraheretur in terra. Hoc eſt quod ſequit. [Et cõculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos indignatione mea, & detraxi in terram verticem eorum.]

¶ Deploratio Iudaicæ gentis ex perſona Prophetæ cum confeſſione præcedentis mali illorum meriti: & laude iuſtitiæ domini, ſuper omnibus quæ reddidit nobis dominus, uſque: Sic faciam propter ſermones meos, ut non diſperdam totum. Caput XXX.

Miſerationũ dñi recordabor laudẽ dñi ſup omnibus, quę reddidit nobis dñs, & ſuper multitudinẽ bonorum domui Iſrahel, quę largitus es eis, ſe ſecundũ indulgẽtiã ſuã, & ſecundũ multitudinem miſericordiarũ ſuarum. Et dixit: Veruntamen populus meus es, filij non negantes: Et factus eſt eis ſaluator.] Poſt ultimã dñicæ paſſionis recapitulationẽ propheta ſui, id eſt, Iudaici populi abiectionẽ affectuoſiſſime deplorat: ſed in eodem ploratu ſuo ſapiens, uimq; doloris admiſſa ratione contẽperans, lachrymoſę uoces orationis uera laude dei præuenit: ne uidelicet propter aduerſa ſequentia, prioribus ingratus exiſtere uideaẗ eius beneficijs. Miſerationum (inqt) dñi ſubaudiẗ antiquarũ recordabor: in ira, quã infert poſt eaſdẽ miſeratões. Ac ſi dicat: Et licet poſt tot miſeratões irã inferat: nõ tñ mutatus eſt, non mutabilitatis arguẽdus eſt. Nã & multitudinẽ bonorũ largitus eſt domui Iſrahel ſecundũ indulgentiã ſuã, & ſecundũ multitudi-

titudinē misericordiarū suarū, & interea dixit, dixit inq̄ in Moyse, dixit in prophetis & psal mis. Verūtamē populus meus est, filij nō negātes. Quod erat dicere: Ego quidē Abraham Isaac & Iacob elegi, & ueraciter dictum est, semen Abrahæ serui eius, filij Iacob electi eius Veruntamen non omnes qui ex Israhel hi sunt Israhelitę, sed soli nō negantes filij reputantur in semine. Hæc dixit & immutabili permanente proposito eis tantū factus est saluator. Psalm.104

L In omni tribulatione eorū, non est tribulatus. ⌋ Quorū in omni tribulatione nō est tribulatus? Filiorum non negantiū, filiorum fideliū. Illorum omnē tribulationē, omnē miseriā omne peccatū, & omnē iniquitatem, ipse absq; tribulatione sustinuit nō inuitus, sed uoluntaria charitate portauit. Nā hoc est quod sequitur. L Et angelus faciei eius saluauit eos in dilectione sua. ⌋ Si enī Apostolus in tribulatione suorum nō est tribulatus, sed dilatato corde dixit: Os nostrū patet ad uos o Corinthij, cor nostrū dilatatum est, non angustiamini in nobis, quanto magis angelus faciei domini, angelus magni consilij, cuius facies, facies est domini nulla tribulatiōe est angustiatus? L Saluauit (inquit) eos in dilectione sua, & in indulgētia sua ipse redemit eos. Et portauit eos, & leuauit eos cūctis diebus seculi. ⌋ Quæ cuncta sunt officia suauissime & latissime charitatis. L Ipsi autem ad iracundiā prouocauerunt & afflixerunt spiritū sancti eius. ⌋ Qui nam ipsi? Vtiq; filij non negātes, gens peccatrix, populus graui iniquitate, semen nequam, filij scelerati. Cuius sancti eius spiritum ad iracundiā prouocauerunt & afflixerunt? Sancti sanctorū, angeli faciei eius quē blasphemauerūt, negauerunt, interfecerunt. Quid pro hoc? Et conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. ⌋ Palam omni mundo est, quia debellauit eos, & uicit eos occidit in ore gladij, & in omnes gentes captiuos duxit eos, non tanquam pater uirga disciplinæ feriens, sed tanquam inimicus, usque ad inferni nouissima persequēs. L Et recordatus est dierum seculi, Moysi & populi sui. ⌋ Recordatus est dierū seculi, recordatus est Moysi, recordatus est populi sui, in eo uidelicet, ut adduceret super eos omnē sanguinem iustum, qui effusus est super omnē terram à diebus seculi, ut uindictā faceret in eos, quod totiens exacerbauerūt spiritum Moysi, quòd totiens tumultuando inquietauerāt pacem populi sui. ¶ Hac præmissa laude & recordatione miserationū domini, tandem luctū pro gente sua lachrymosum ingreditur tanto uocis clamore & cordis rugitu, ut recte dicamus, quia in isto spiritus sanctus gemitibus orat inenarrabilibus pro Israhel, ut ex eo saltē reliquiæ saluentur. L Vbi est inquit qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? Vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui ⌋ Et subinde. L Attende de cœlo & uide de habitaculo sancto suo, & gloriæ tuæ. Vbi est zelus tuus & fortitudo tua. Multitudo uiscerum tuorum & miserationū tuarum super me continuerunt se. Tu enim pater noster & Abraham nesciuit nos, & Israhel ignorauit nos. Tu domine pater noster redēptor noster, a seculo nomen tuum. Quare errare fecisti nos domine de uijs tuis, indurasti cor nostrum, ne timeremus te. ⌋ Et cætera. Taliter lugenti cæcitatem quæ contigit in Israhel, deus tandem respondet. L Quesierunt me, qui ante non interrogabant, inuenerunt qui non quęsierunt me. ⌋ Statim filius cuius personæ sunt iste uoces apostropham facit ad ipsum patrē his uerbis. L Et dixi: Ecce ego, ecce ego ad gentē quę non inuocabat nomē tuum. ⌋ Quare? L Expandi (inquit) manus tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. ⌋ & cætera. Hæc de plenitudine gentium, quæ subintratura erat, loquitur aduersus Israhel, cui cæcitas contigerit. Nec mora reliquias ex eo saluandas fore promittit cū dicit: L Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur: ne dissipes illud, quoniā benedictio ē, sic faciā propter sermones meos, vt nō disperdam totum. ⌋ Et reliqua. ¶ Nō ignoro, quoniam plurima sparsim esse prætermissa perspicue ad eandem fidem Christi, gentium quoq; uocationem pertinentia, sed iuxta propositum, septem tantum prophetæ huius oportuerit excipere particulas, quibus recapitulata non partim, sed pene ex integro tota continetur fides Christiana, fides euangelica, facie aperta serie ordinata. Et hic quidem finem facere, & ad prophetam alium transire poteramus, sed occurrit unū quod perpulchrum atque egregium, quod nullatenus deuotio fidei, nos intactū præterire patitur.

Christus non ex tristitia passus est.

2.Corin.6

Lachrymosa ꝓphetæ orō pro Israhel

Vide iuditiū dei.

CAP.LXV.

Reliquiæ salde de Israhel.

¶ Qz ait: Anteq̄ parturiret peperit, &c. quō secundū hæc quoq; falsum sit, ꝙ Iudæi

& quidā hæretici dixerūt ante Mariā nō extitisse Christū. Cap. XXXI.

CA. LXVI. Antequā parturiret peperit, anteq̃ veniret partus eius, peperit masculum. Quis audiuit vnq̃ tale, & quis vidit huic simile? Nūquid parturiret terra in die vna, aut parietur gens simul, quia parturiuit & peperit Syon filios suos. Nūquid ego qui alios parere facio, ipse nō pariā dicit dn̄s? Si ego qui generationē cęteris tribuo, sterilis ero, ait dn̄s deus tuus? Quatuor hæc dicta sunt, quorū unū nostræ regn̄erationis gratiā, tria uero unici uerbi dei geniturā, trimodā altissimo & pene ineffabili mysterio nobis insinuant. Nā q̄ ait: nūquid parturiet terra in die una, aut parietur gens simul, q̄a parturiuit & peperit Syon filios suos, repentinā admiratur generationem, credentiū in Christū, qua post aduentū sp̄us sancti, sancta Syon, id est, Apostolica ecclesia, magnā Iudæorū atq; gentiū multitudinē prędicationis uerbo & salutari regenerauit baptismo, tanto miraculo, ac si uno die gens tota uno pariatur utero. Hoc ex prædictis quatuor unū est. Cæterorū triū primū est q̄d parturiuit, sc̄dm q̄ anteq̄ parturiret peperit, tertiū q̄ dn̄s ipse semetipsum q alios parere faciat, nō esse sterilē, sed se quoq; peperisse altissima inuectione asserit. Hæc ut iam dictū est, tria generationis Christi documenta magna & mira sunt. Quādo em̄ Syon parturiuit & peperit masculū? Nimirū quādo uirgo Maria, pars magna sanctæ ciuitatis Syon, pars magna & regalis aula sanctæ ecclesiæ, quæ est specula, in qua nūc speculamur, post in eadē facie ad faciē uisuri deū deorū, peperit Christū filiū masculū, filiū fortissimū ualentē ad debellandū fortē armatū, qui nullū timens, custodiebat atriū suū, tenebat sibi quasi in pace mundū, quando illa beata uirgo peperit Christū filium, utiq; masculū peperit Syon. Non em̄ sibi soli, sed toti ecclesiæ, Maria parturiuit Christum. Sed non iam dicat Iudæus, non dicat hæreticus, eundem Christū ex Maria existendi habuisse initium. Nā antequàm parturiret, peperit, Antequàm parturiret illic, antequàm tempus illud ei ueniret, ut filium uisibilem ex uentre uirginis sancta Syon ederet, peperit, & mater eiusdem uerbi effecta est. Concepit enim corde, & uerbum dei peperit ore. Quotiens ad aliquē prophetarū siue patriarcharū uerbū dei factum est, totiens Syon peperit uerbū dn̄i, nō aliud q̄ q̄ beata uirgo concepit, & carnem factum peperit. Vnde unus illorum hic idem Esaias dicit. At timore tuo domine concepimus & peperimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terram. Nota & celebris animabus sanctis est ista ueritas, quòd uere deus amator, fideli animæ ut sponsus sponsæ copuletur, atq; ex illo per amoris spiritū suscepto semine impregnata, loquendo, prophetando, & quod magis est, scientiā dei scribendo, mater uerbi dei efficiatur. Sic omnis scriptura legalis & prophetica condita est, antequā omnis scripturæ uniuersitatem, omne uerbū suū deus in utero uirginis coadunaret. Ipsa uirgo prius mente q̄ carne concepit, prius ore prophetando q̄ uentre parturiendo peperit. Igitur falsum est ante Mariam non extitisse Christum. Nam anteq̄ carnē eius parturiret, peperit ore prophetarū, beata Syon unū eundemq; Christum, unū idemq; dei uerbū. Nec etiam satis est adhuc. Nam ne forte suspiceris, quòd antequàm prophetæ loquerentur, non fuerit hoc uerbum domini, Ecce em̄ ipse deus dicit: Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariā? Si ego q generationē cęteris tribuo, sterilis ero? Ac si dicat: Nūq̄d ego qui aliis bonū effari uerbū dedi, ipse nō prior de corde meo uerbū bonū eructaui? Est em̄ solecismus per tēpora uerborū, dū dicit: ip̄e nō pariam, ip̄e sterilis ero, pro eo ut dicat, ip̄e non peperi, ip̄e sterilis fui. Porro alibi recto, id est, præterito utitur tēpore, dicēdo: Ex utero ante luciferum genui te, Veruntamē nec q̄a illic ex utero genui te, dixit: nec quia hic ip̄e non pariā, aut sterilis ero dicit: Iccirco deus uterū & uuluā habere putādus est, sed ob significandā expressius suimet atq; filii siue uerbi, sui cōsubstantialitatem, talibus oportune uocibus deus uti dignatus est. Obmutescat igitur omnis impietas, quia quòd uirgo Maria uerbum parturiuit, incarnatum ipsum fide conceptum, dicto & scripto pepererunt prius animæ patriarcharum & prophetarū ipsum nihilominus peperit ex utero, id est, ex profunda substantia sua genuit deus pater, ante omnia secula seculorū. Adeo non deus recens est, hic deus noster.

Repentinā demiratur gentium conuersionem.

Generatio prima

Generatio secunda.

Sup. 26

Generatio tertia.

Psalm. 109

Soluitur obiectio.

¶ Finis cōmentariorū libri secundi, in Esaiam prophetam.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN HIEREMIAM Prophetam, Commentariorum, Liber Vnus.

¶ Quintæ ætatis initium cōputari Hieremiæ uaticinium, & in hac ætate sacerdotium Christi figuratum factis, significatūq; esse dictis propheticis Caput Primum



QVINTAE ætatis seculi, crepusculum Hieremiæ prophetę uaticinium est Babyloniam captiuitatem, ruinam pariter & incēdium ciuitatis ac templi sic prænuncians, ut proprijs quoq; oculis cuncta cerneret. Hic iam recte quæritur quid eo tēpore mundus acceperit, quo tanq̄ certo limite pręfixo iā quinta ætas, post exactam quartam ætatem iure dici uel computari debuerit. Nam de præcedentibus ratio stat, quia uidelicet prima ætate ante diluuium, uelut infans pmissus sibi uacauit ab auditu sermonis dei. Secunda uero uelut puer prima doctrinæ percepit elementa in fœdere, quod pepigit deus cum Noe. Tertia iam uelut adolescens repromissionem beati seminis in Abraham, & disciplinam legis accepit in Moyse. Quarta uelut iuuenis promissionem regni CHRISTI audiuit in Dauid. Hoc ergo tempore quid amplius audiuit uel accepit, ut recte computetur quasi quinta ætas pleni ac perfecti uiri. Accepit nimirū promissionē sacerdotij Christi. Qui em̄ in Abrahā homo, in Dauid rex, in huius tēporis prophetis sacerdos promissus est. Sacerdotium eius hic factis præfiguratur, dictis propheticis significatur. Et superiore quidem ætate dicitur in eum: Tu es sacerdos in ęternū, secuudum ordinem Melchisedech, dictumq; est ad Hely sacerdotē in typum ruinosi sacerdotij Iudæorum, cui successurum erat fidele Christi & ecclesiæ sacerdotium. Ecce dies uenient, & pręcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua. Verum hic multo plenius, multo sacratius causa pariter & effectus sacerdotij Christi figurantur, & aduentus eius tempora perfiniuntur. Nempe Babylonia gentis unius captiuitas causam cōmunē significat, pro qua generi humano tantus sacerdos necessarius erat, reuersio aūt captiuoꝝ sub Iesu sacerdote magno, remissionē peccatorū in qua liberamur, duce & liberatore nostro pontifice magno Iesu Christo. Porro aduētus eius tēpora hoc modo pręfiniūtur. Tu aūt Daniel animaduerte sermonē, & intellige uisionē. Septuaginta hebdomadas abbreuiatæ sunt sup populū tuū, & sup urbē sanctā tuā, ut cōsumetur præuaricatio, & finē accipiat peccatū, & deleatur iniquitas, & adducat iustitia sempiterna, & impleat uisio & prophetia, & ungatur sanctus sanctoꝝ, &c. In extreme quoq; huius ætatis margine, tota sacerdotis huius promissio pficit magnifice, dū dicit angelus ad Ioseph uirū Mariæ Pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum. Ipse em̄ saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Claret em̄ ex hoc, quia sacerdos iste deus est, qui solus a peccatis saluare potest, non habēs quotidie necessitatem quēadmodū sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo. Sane istos ætatū terminos auctoritas euangelica fundauit, dicēdo in libro generationis Iesu Christi. Omnes ergo generationes ab Abrahā usq; ad Dauid generationes sunt quatuordecim, & a Dauid usq; ad trāsmigrationē Babylonis generationes XIIII. Et a transmigratiōe Babylonis usq; ad Christū gn̄ationes XIIII. Hoc recte intelligitur dixisse, solius gn̄ationis Iesu Christi respectu, q̄ scd̄m eam promissionē, q̄ facta est ad Abrahā. In semine tuo bn̄dicēt oēs gētes, uerus hō est, scd̄m eā q̄ facta est ad Dauid de fructu uētris tui ponā sup sedē tuā, rex utiq; est, scd̄m eā q̄ facta est ad Ioseph uirū Mariæ. Ipse em̄ saluū faciet populū suū a peccatis eorū, nimirū officio sacerdos, potentia deus est.

Aetatis quintę initium ab Hieremia.

Ratio mystica ætatū mūdi.

Psalm. 109

1. Regū. 2

Danie. 9

Matth. 1

Hebr. 9

Matth. 1.

Gene. 22.

Matth. 1

¶ Quō hæc quinta ætas similis sit cū quinta die creationis mūdi, & cur tūc tēporis tēplū pręciosissimū pmissum est Babylonio igne conflagrari. Cap. II.

IGitur quintæ ætatis initium hoc est, spectabilia dei opera continentis, ut quinta dies creationis mundi, secundū spiritū consilij, qui nimirū a spiritu timoris domini sursum quintus est, Consilij nāq; diuini est, qd̄ pulchrū & nobile dei templū in toto orbe tunc

temporis unum & solum, auro ditissimũ, opere mirificũ, religione inclytum, regiamq́ꝫ ciuitatem Dauid atqꝫ Salomonis, permissum est Babylonio igne conflagrari, spoliari, prophanari, occisorum sanguine compleri. Erudiendus nanque erat mũdus eatenus iuuenis luxuriosus, ne putaret quòd habitator cœlorum deus, auro templi manufacti, uel ciuitatum opibus delectetur, & non potius hominum fide & bonis operibus, quibus intus in anima templum illi præparatur quo solo delectetur ubi adoretur, in quo uideri & præsens agnosci dignetur, sine quo frustra foris lampadibus uel auro templi manufacti requiratur. ¶ Habet quoqꝫ quinta hæc ætas, quintæ diei creationis mundi aliquid simile. Nam sicut tunc non omne leuatum est in aera, quod ex aquis ortum est genus creaturæ, sic non omnium captiuorum fuit dicere super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus. Illorum hoc erat dicere, qui recordabantur Syon ubi fuerat nominis domini templum sanctum, ubi licuerat non impediente Babylonio rege adorare unum, & solum uerum deum. Tales nimirũ non sub aquis fluminis Babylonij absorpti erant, sed supersedebant similes auiculis, quas aquæ impio dei produxerunt, parati ad uolandum mox ut permittentis audirẽt Cyri regis edictum Cæteũ q Babylonijs uoluptatibus & interdictis ex lege Babyloniarum uxorum complexibus occupati resederunt, suamq́ꝫ captiuitatem permissæ libertati præposuerunt, pisciculis similes fuerunt, quorũ omnis uoluptas sub aquis depressa est, & euolare nescierunt. Nũc iã in rem pergendum est.

Quo consilio tẽplũ destrui primum permissum.

Quinta dies prima, & quinta ætas cõueniunt.

Psalm. 136

¶ Quòd Hieremias eiusdem domini, cuius propheta est, typum gesserit nomine proprio sanctificatione ex utero, prædicationis officio septies ad Hierusalem facto, cuius ruinæ superstitit ante obsidionẽ uerbũ dñi ad se factũ esse referẽdo, eãq́ꝫ ad pœnitentiã prouocãdo numero uel ordine determinato. Ca. III.

Hieremias quid sit interpretatum.

CAP.I.

PRimo Hieremias, quod interpretatur excelsus dominus, eiusdem cuius propheta est excelsi domini, in omni ordine prophetiæ suæ typum tenet. Nimirũ in typum eius, qui antequàm ex utero uirginis homo conciperetur apud deum erat deus, hic in utero matris sanctificat, diciturqꝫ illi. [Priusquam te formarem in utero noui te, et antequam exires de vulua sanctificaui te.] & cætera. Item in typum eiusdem domini nostri qui populo illi prædicauit, & ad pœnitentiam audire nolentes, uocans ciuitatis & templi exterminium, prædixit, & q̃uis occisus, eidem tñ exterminio superstes extitit & deinceps Iudæos in cęcitate relinquens, gentibus euangelizauit. Iste propheta cõtra Hierusalem uaticinatus est, ad pœnitentiam prouocans ciuitatem auersione contentiosa auersam, uenturum prædicens exercitum Babylonium, futurumq́ꝫ templi & ciuitatis incendiũ, & quãuis multa passus eidem tamen incendio superstes extitit, & rege Sedechia capto, oculisq́ꝫ priuato, deinceps ipse exteris nationibus prophetauit. Numeremus nunc, quotiens ad istum ante ciuitatis obsidionem uerbũ domini factum est, & secundũ uices ordinemq́ꝫ prophetiæ presequamur sermonis euangelici ordinem, qui præclarus & notissimus est. Primo
I Cap. j. sic scriptum est: Et factum est uerbum domini ad me dicens. Priusquàm te formarẽ in utero noui te, & antequàm exires de uulua, sanctificaui te, & prophetã in gẽtibus dedi te. De-
II. inde secundo. Et factum est uerbũ domini ad me dicens: Quid tu uides Hieremia? Et dixi Virgam uigilantẽ ego uideo. Item: Quid tu uides? Et dixi: Ollam succensam ego uideo, & facies eius a facie aquilonis. Hæc eñ duo, pro uno uerbo domini recte habentur, quia uidelicet unum idemqꝫ uerbum & pœnitentiæ disciplinã recipiẽtibus, uigilans correctionis uirga est, & impœnitentibus olla succensa, id est, æternæ damnationis iudiciũ est. Deinde lo-
III. co tertio. Et factum est uerbũ domini ad me dicens: Vade & clama in auribus Hierusalem
Cap. 3. dicens. Hæc dicit dominus: Recordatus sum tui miserans adolescentiã tuã, & charitatẽ desponsationis tuæ, quãdo secuta es me in deserto, in terra qua nõ seminatur. Et cętera q̃ multa, quibus Hierusalẽ prolixo sermone peccata sua cõmemorat, eamq́ꝫ ad pœnitentiã inuitat
IIII. Post hęc loco quarto. Verbũ q̃d factũ est a dño ad Hieremiã dicẽs: Sta in porta domus dñi
Cap. 7. & prædica uerbũ istud & dic: Audite uerbũ dñi oĩs Iuda, q ingredimini in portas has, ut adoretis dominum. Hæc dicit dominus exercituũ deus Israhel. Bonas facite uias uestras, & studia uestra, & habitabo uobiscum in loco isto. Nolite confidere in uerbis mẽdacij dicẽtes Templũ domini, templũ domini, templum domini est, Deinde quinto loco: Verbum domini

mini, quod factum est ad Hieremiã à domino dicens: Audite uerba pacti huius, & loqui- V.
mini ad uiros Iuda & habitatores Hierusalẽ. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus deus Isra- Cap. ij.
hel: Maledictus uir, qui non audierit uerba pacti huius quod præcepi patribus uestris. Et
post aliqua. Irritum fecerunt domus Israhel & domus Iuda pactum meũ, quod pepigi cum VI.
patribus eorum. Deinde loco sexto. Quod factum est uerbum domini ad Hieremiã, de ser- Cap. j4.
monibus siccitatis. Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt, & obscuratæ sunt in terra, & cla-
mor Hierusalem ascendit. Maiores miserunt minores suos ad aquam, uenerunt ad haurien VII.
dum, & non inuenerunt aquã, reportauerunt uasa sua uacua. Post hæc loco septimo. Ver- Cap. j8.
bum quod factum est ad Hieremiam, a domino dicens: Surge & descende in domum figu
li, & ibi audies uerba mea. Et descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super ro-
tam. Et dissipatum est uas, quod ipse faciebat e luto manibus suis. Cõuersusq́ fecit illud uas alterum, sicut placuerat in oculis eius ut faceret. Et factum est uerbum domini ad me dicẽs: Nunquid sicut figulus iste, non potero facere uobis domus Israhel ait dominus? Ecce sicut lutum in manu figuli, sic uos in manu mea domus Israhel. Post hæc iam de imminẽti excidio ciuitatis illius & templi fere omnis prophetia est.

¶ Quòd dicitur primo ad eum: Priusquàm te formarem in utero, noui te, & cætera. quomodo unctionem sancti sanctorum, & obedientiam atque glorificationem eius personet. Cap. IIII.

Videamus nũc iste prophetiæ talis cursus euangelio Christi quàm similis est. Principio quod dicitur, & pro modulo sancti hominis dicitur. [Priusquam te formarem in vtero, noui te, & antequã exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te. Et misit dominus manũ suam, & tetigit os meum, Et dixit dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super gentes & super regna, vt euellas, vt destruas, & disperdas, & dissipes, & ędifices & plantes.] & cętera. Totum hoc & unctionem sancti sanctorũ, & obedientiam atq; glorificationem eiusdem personare perspicuum est. Quis eñ est, quem extra illũ & præter illum, priusquàm in utero formaretur in utero deus pater nouerit, & antequàm exiret de uulua, sanctificauerit, prophetam in gentibus dederit? Omniũ quippe, & singulorum Adæ filiorum uox illa ueridica est. Ecce eñ in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cõcepit me mater mea. Sed & equiuocum, sanctificationis nomen. Aliter quippe sanctificatum dicitur, quod peccati contagione non tenetur, qua sanctificatione nemo, nisi per gratiam CHRISTI sanctificatur, aliter quod in usus uel ministerium sanctitatis a publico & uulgato separatur. Hæc pars sanctificationis tam late patet, ut primogenitum quoq; iumenti sanctum domino uocetur, eo quòd in usum uel in ius sanctorum altaris ministrorum legaliter segregetur. Item notitia dei pro qua nunc dicit, priusquàm te formarem in utero, noui te, nihilominus equiuocatur. Aliter quippe unigenitum filium suum antequã formaretur in utero, aliter suorum quemq; electorum nouit ille, priusquam formaretur in utero. Illum enim per coæternam sibi essentiam, nostrum quemq; nouit, per constantẽ atq; certissimam pręscientiam. Igitur prophetam quidem istum modo quodam, antequàm formaret in utero nouit, & antequàm exiret de uulua, sanctificauit, ipsum autem cuius hic typũ gerit prophetã & prophetarũ dominũ, filium suũ unigenitũ solum singulariter nouit, & sanctificauit, priusquã formaretur in utero, priusquã exierit de uulua, factus homo. De eo q; nouerit eum dicit ipse filius. Nemo nouit filiũ nisi pater. Porro de eo quòd sanctificauerit eum, priusquàm de uulua exierit, omnium piorum & recte credentium, una fides certa est, quia non de uirili semine, sed de spiritu sancto conceptus est, & propheta in gentibus, id est non Iudæorum tantum, sed ad gentiumq́; saluationem missus est. ¶ Ecce (inquit) dedi uerba mea in ore tuo, uidelicet, quæ tu obediẽs dicas, & loquaris in mũdo. Nam hoc est qđ ait ipse filius quodã loco. Quia ego à meipso nõ sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mãdatum dedit, quid dicam, & quid loquar. Ecce constitui te super gentes, & super regna Te inquàm factum obedientem usque ad mortem, mortem autem crucis, constituam super gentes & super regna, iuxta quod de te canit Psalmista: Minuisti eum paulominus ab angelis gloria & honore coronasti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pe-

Psalm. 50.
Sanctificationis nomen equiuocũ.
Matth. ij.
Iohan. j2.
Psalm. 8.

Pharisęorum scribarũq; cõciliabula, dispersurus erat Christus. sub pedibus eius. Vt euellas & destruas, euellas inquam male radicata, destruas male ædificata, qualia sunt maxime scribarũ & pharisæorum conciliabula, radicem auaritiæ fixam altæ in terram habentia, similia quoq; sepulchris mortuorũ, quæ foris parent hominibus pulchra, intus autem mortuorũ sunt ossibus plena. Istos autem euellas & destruas. Quomodo Vindices tui Romani ueniant, eorumq; & locum & gentẽ tollant, & deinde cũ in manus

Matth. 23. materialis gladij traditi fuerint euulsæ a corporibus animæ partes uulpium, id est malignorum spirituum fiant. Et disperdas & dissipes. Non modo ita euellas, ut saltem uno captiuitatis loco simul transponi permittas, sed disperdas in omnes gentes, dissipes in semitas, paruasq; uicorũ aut ciuitatũ particulas. Et ædifices & plantes. Quos? Non ipsos, sed pro ipsis alios, uidelicet gentes hactenus desertas ædifices, gentes hactenus in testamento dei locum nõ habentes in terra uiuentium plantes.

¶De eo q secunda uisione hic ait: primo uirgã uigilantẽ ego uideo, secũdo aũt ollam succensam ego uideo, & qũo iuxta horũ similitudinem primus aduentus Christi uirga correctionis sit pœnitentibus. Secundus autem inpœnitentibus iudicium sit æternæ damnationis. Ca. V.

Deinde illud sciendum quia sic uenit iste sanctus sanctorũ, ut primus aduẽtus eius cunctis eũ recipientibus, & ob hoc filijs dei factis, paterna sit uirga correctionis, secũdus aũt aduentus eius impijs & incredulis futurus sit iudicium damnationis. [Dicit ergo: Quid tu vides Hieremia? Et dixi: Uirgam vigilantẽ ego video. Et dixit dominus ad me. Bene vidisti: Quia ego vigilabo super verbum meum vt faciam illud. Quid tu vides? Et dixi: Ollam succensam ego video, & faciem eius, a facie aquilonis.] Plane & tunc quando hæc dicebãtur, parabãtur mala, ut pãderet super omnes habitatores terræ Iudeæ, a facie aquilonis, id est, a Babylone, quę illi terræ ad aquilonẽ sita est. Nec uero illud dubium, qm̃ illud unũ, idemq; captiuitatis malũ, alijs uirga, alijs olla fuerit succensa. Nec em̃ quẽ ad finẽ Danieli & socijs eius ad eundẽ omnibus prouenit illa captiuitas. Verũ multo præcelsius, multo negociosius, hic excelsus dominus sanctus sanctorum Christus uirgã uigilantẽ nobis credentibus uidit ollam succensam a facie aquilonis impijs & cõtemptoribus uidit. Vidit inquam nobis uirgam uigilantem, id est, futuri iudicij, & pœnarum inferni timorem. Queãdmodũ Daniel & socij eius cũ illis, qbus ob Idolatriæ scelera fuerat iratus deus. Ita & nos omnes cum impijs. fideles cum infidelibus uno eodemq; captiuitatis loco propter Adę reatũ tenemur, & æqualiter omnes morimur, omnes mortales sumus. Verũ pijs atq; fidelibus ista captiuitas, ista mortalitas uirga est, qua temporaliter ferimur, ut ad humilitatis disciplinã erudiamur, quia per superbiam cecidimus

Matth. 4. Iccirco dicit in initio suæ prædicationis. Pœnitentiã agite, appropinquabit em̃ regnũ cœlorum. Cęterum & actualis pœnitentiæ disciplina, alias molesta, alias dulcis & spontanea est

Psalm. 88. De illa quæ moleste imponitur scriptũ est. Si autẽ dereliquerint filij eius legem meã, & in iudicijs meis non ambulauerint, uisitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum. Molestũ quippe est uisitati in uirga cuiuscũq; aduersitatis siue infirmitatis, iuxta quod

Hebr. 12. & alibi scriptũ est. Quẽ em̃ diligit dominus, corripit. Flagellat aũt omnẽ filiũ, quem recipit. Sed hæc ipsa molesta, per patientiã fructuosa disciplina fit, id est, pœnitentiæ fructu nõ carebit. Porro spontanea pœnitentia, alias uniuersalis, alias singularis est. Vniuersalis est, qua peccata nostra confitentes, in morte Christi Iesu semel baptizamur, singularis, quia quisq;

Colo. 3. nostrũ mortificat mẽbra sua super terram, sicut dicit Apostolus. Virgam igitur uigilantem pijs atque fidelibus uidit excelsus dominus, uigilantem inquam, id est, accelerantem, & ad omne opus bonum excitantem. Porro ollam succensam uidit, cum diceret, uerbi gratia, per

Matth. 3. Iohannem, de impijs impœnitentibus. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Itemq; per semetipsum se dicturum testatur: Ite maledicti in ig-

Matth. 25. nem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.

¶Quod tertio Hierusalẽ pctã sua, ut ad pœnitẽtiã excitaret, cõmemorãs tandẽ dicit: Filia populi mei, accingere cilicio, luctũ unigeniti fac tibi simile esse ei, q dominus postquàm Hierusalem ad pœnitentiam multis deflectere non potuit, tandem fleuit super illam, mala ei uentura denutians. Ca. VI.

Tertio

Tertio loco quod dicitur. Et factũ est verbũ domini ad me, dicens: Vade & clama in auribus Hierusalẽ, dicens: Hęc dicit dñs. Recordatus sum tui, miserãs adolescentiã tuã, & charitatẽ desponsationis tuæ, quãdo secuta es me in deserto, in terra quę non seminatur. Hoc inquã & cætera q̃ sequũtur, euangelij eiusdem dñi nostri sensum ubiq; personant: uidelicet, ex quo Iohãne iã tradito, publicũ ipse p̃dicationis opus ingressus est. Et uide q̃ uehementer hic sermo ueritatẽ adiuuet euangelij pro qua decertans, aplus dicit: Non em̃ est personaꝝ acceptio apud deũ. Quicũq; em̃ sine lege peccauerũt, sine lege & peribũt: & quicũq; in lege peccauerũt, per legẽ iudicabũtur. Itẽ: Non em̃ est distinctio, subauditur, Iudæi & Græci. Omnes em̃ peccauerunt & egent gloria dei, iustificati gratis, per gratiam ipsius, per redẽptionẽ, quæ est in Christo Iesu. Sanctus (inquit) Israhel domino primitię frugũ eius. Primitiæ frugũ eius inquit. Hoc pro parte credẽtiũ, uel bñ operãtiũ uerũ est. Nã & glia & honor & pax omni operanti bonũ, Iudæo primũ & Græco. Sed uide qd postmodũ sequitur. Filij quoq; Mempheos, & Thaphneos constuprauerunt te usq; ad uerticẽ. Ac deinceps. A seculo confregisti iugũ meũ, rupisti uincula mea, & dixisti: Nõ seruiã. In omni em̃ colle sublimi, & sub omni ligno frondoso prosternebaris meretrix. Quomodo dicis, nõ sum polluta, post Baalim nõ ambulaui? Vide uias tuas in cõuallib⁹, scito quid feceris. Et post aliqua. Tu aũt fornicata es, cũ amatoribus tuis multis, tũ reuertere ad me dicit dominus, & ego suscipiam te: Leua oculos tuos in directũ & uide, ubi non prostrata sis. In uijs sedebas expectans eos, quasi latro in solitudine, & polluisti terram in fornicationibus & in malicijs tuis. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Ergo saltem amodo uoca me, pater meus, dux uirginitatis meę. Hoc modo fere totus propheticus hic sermo protenditur, horrenda peccata cõmemorans, ad pœnitentiam prouocans tandẽq; in luctu & lamentatione finit, cũ dicit. Filia populi mei accingere cilicio, & cõspergere cinere. Luctũ vnigeniti fac tibi, planctũ amarũ, q2 repente veniet vastator super vos, &c. Sic nimirũ tota dñi prædicatio Hierusalem eadẽ de peccatis arguit, & ad pœnitentiã uocat: pœnitentiã inquiens agite, appropinquabit em̃ regnũ dei, tandẽq; impœnitentẽ cõpatientis affectu ruiturã plangit. Nam uidens ciuitatẽ, fleuit super illã, dicens: Quia si cognouisses, & tu. Et quidẽ in hac die tua, quæ ad pacẽ tibi, nunc aũt abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te, & circũdabunt te inimici tui uallo, & circũdabunt te & angustiabũt te undiq;, & ad terrã prosternent te, & filios tuos qui in te sunt, &c. Veritatẽ igitur euangelij contra gloriationẽ Iudaicam, multũ adiuuat hic propheticus sermo, ut nõ inflentur aduersus eũ prædicantẽ pœnitentiã, uel contra eius apostolos, nullã distinctionẽ haberi uolentes, Iudæi & Græci, eo q̃ omnes peccauerint, & idcirco egeant omnes gloria dei, & neuter saluari aliter possit, uel iustificari, nisi p gratiã dei, nisi per fidẽ Iesu Christi. Nã cũ peccato originali, quo oẽs in Adã peccauerunt, ecce multa Iudæoꝝ quoq; actualia peccata & nimis magna sunt.

CAP. II.
Roma. 2
Roma. 3
Roma. 3
CAP. VI.
Lucæ. 19
Roma. 3

¶ Q2 quarto loco stans in porta domus dñi dicit inter cætera, Ecce spelunca latronũ facta est domus ista, quod eo respicit, q̃a dñs ingressus in tẽplũ, cœpit eijcere, dicẽs eis illud de Esaia: Dom⁹ mea dom⁹ oratiõis uocabit, subiungẽs de isto propheta, Vos aũt fecistis illã speluncã latronum. Cap. VII

Postquam præcedentẽ sermonẽ in luctu finiuit, quarto iam loco sequitur hoc uerbũ domini. Sta in porta dom⁹ domini, & prędica verbũ istud, & dic: Audite verbũ domini omnes Iuda, qui ingredimini per portas has vt adoretis dominũ, &c. Sic plane dñs Iesus postq̃ (ut iam dictũ est) uidens ciuitatem fleuit super illam, stetit in porta domus domini, & p̃dicauit uerbũ istud dicens: Nolite cõfidere in uerbis mendacij, dicentes templũ domini, templũ domini, templum domini est. Ac deinceps. Ecce vos confiditis in uerbis mendacij, quæ non proderunt uobis. Et subinde. Ecce spelunca latronũ facta est domus ista, in qua inuocatũ est nomen meum in oculis uestris. Ego ego sum, ego uidi dicit dominus. Ite ad locum meum, in Sylo, ubi habitauit nomen meum à principio: & uidete quæ fecerim eis. Faciã inquit domui huic, in qua uos habetis fiduciam, sicut feci Sylo, & proijciam uos à facie mea. Quomodo hæc domin⁹ noster dixit: Quomodo se in hoc prophetæ loco præfiguratum: & de sua causa propheta-

CAP. VII.

Lucæ. 19 Mat. 21. Mar. 11. tum fuisse ostendit? Videlicet postquam super ciuitatem fleuit, continuo ingressus in templum, cœpit eiicere uendentes in illo, & ementes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis uocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat quotidie docens in templo. Tunc nimirum stetit, magna & mira constantia in porta domus domini: magnoq; & terribili facto, uetuit eos confidere in uerbis mendacii, dicendo: Templum domini, templum domini, templũ domini est: proiiciens illos à facie sua cũ holocaustis ipsorũ, quæ nunquam desiderauerat, sicut in hoc ipso propheta testatur, dicens: ⌊Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes: quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die, qua eduxi vos de terra Aegypti de verbo holocaustomatum & victimarum. Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero vobis deus: & vos eritis mihi populus. Et ambulate in omni via, quam mandaui vobis, vt bene sit vobis, &c.⌋ Hoc ipsum actu significabat, uidelicet, ꝙ tam ipsos, q̃ ipsorum sacrificia proiecerit à facie sua, dum facto de funiculis flagello, uendentes & ementes cunctamq; sacerdotum auaritiam eiecerit de templo. Sane ꝙ dixerit, illos eiiciendo, scriptum est: domus mea domus orationis uocabitur cunctis gentibus, uos autem fecistis illam speluncam latronum: partim de isto propheta, partim de Esaia testimonium sumptũ est. In Esaia quippe sic scriptum est: Domus mea domus orationis uocabitur, ait dominus deus. In isto autem, Ergo spelunca latronũ est domus ista, in qua inuocatũ est nomen meum. ¶ Sequentia uerbi uel sermonis huius maxime, illam proiectionẽ eorum lachrymosa declamatione pronunciant, quæ per iam dictũ flagellũ significata est: illam inquam proiectionem, qua in manus gladii Romanorum traditi, & irrecuperabile ciuitatis, uel templi excidium passi, & deinceps dicere potuerunt. ⌊Quare sedemus? Conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ibi, quia dominus noster silere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis.⌋

Sacerdotum auaritiã de tẽplo exturbauit dominus.

Esa. 56

CAP. VIII.

¶ Q; quinto loco docens in uerbo domini, Audite uerba pacti huius, &c. prosequens conuicit eos ꝙ irritum fecerint pactum domini, ut sciamus quàm rationabile sit, ꝙ quicquid sacrificant Iudæi contemnit ecclesia Christi. Cap. VIII.

INsistunt adhuc Iudæi proiecti atq; captiui, dispersi atq; dissipati, & Iudæorum sacerdotes sanguinei, insistunt inquam contentiose, addendo holocausta sua uictimis suis, & comedendo carnes quodãmodo, dicentes: Cur non hodie sicut heri, & nudiustertius? Cur non hoc tempore holocausta faciamus, sicut antiquitus? Nonné in istis est pactũ, quod cũ patribus nostris pepigit deus? Cur mutabilis esset, pactumq; suum irritum faceret deus? Aduersus huiusmodi sacrificantium contentionem, ecce loco quinto uerbum domini factum est ad Hieremiam consequenter de pacto illo loquitur, atq; hic semetipsum noxæ eximit, at iustificat iustus ac irreꝑhensibilis dominus deus. ⌊Audite (inquit) verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & habitatores Hierusalem. Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius, quod præcepi patribus vestris in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de fornace ferrea⌋ Ac deinceps. ⌊Vociferare omnia verba hæc, in ciuitatibꝰ Iuda & foris Hierusalẽ, dicẽs. Audite verba pacti huius, & facite illa, q; contestans contestatus sum patres vestros, in die qua eduxi eos de terra Aegypti vsq; ad diem hanc.⌋ Et subinde. ⌊Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribꝰ Hierusalem. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerũt audire verba mea. Et hi ergo abierũt post deos alienos, vt seruirent illis. Irritum fecerũt domus Israhel, & domus Iuda pactũ meum, quod pepigi cum patribus eorum, &c.⌋ Sine dubio pacti uerba quod cum patribus eorum, Abrahã, Isaac & Iacob, & cum Moyse deus pepigit, promissiones fuerunt beati seminis, quod est Christus: promissiones inquam dei: & ad istas respondens fides eorũdem patrũ, per quam & iustificati sunt, & cum ipsa fide opera quoq; decem præceptorum, quæ per Moysen in tabulis lapideis digito dei scripta sunt. Porrò holocaustomata & uictimæ, uerba pacti non fuerũt, sicut paulo supra legimus deum comprobasse, sed ob diligentiorem pacti eiusdem custodiam quasi quædam claues, & quasi quædam uincula adhibita sunt, non iussa, sed permissa, non quæsita, sed pro tempore admissa. At illi pactum iam dictum, pactũ fidei, & bonorum

CAP. XI.

Pactũ dei ꝓmissio sancti seminis fuit.

norum operum irritum fecerunt, eundo post deos alienos, faciendo scelera multa in domo dei, sicut sequentia uerbi uel prophetiæ præsentis ostendunt: & post omnia, quod omnium pessimum est, Christum occiderunt, in quo steterat omne pactum, cuius uenturi fide patres iustificati sunt. Quid ergo iam holocaustis uictimas addunt & carnes comedunt? Vt quid tam male diuidunt? Vt quid meliorem pacti partem, id est fidem, & omnem iustitiam surripuerunt: & partem contemptibiliorẽ, id est carnes taurorum, fœtidumq; sanguinem hircorum, deo nolenti, imò repellenti ingerunt? Nonne totum quod offerunt, irritum fecerunt? Nonne sacrificia eorum, sacrificia sunt Cain, qui quia male diuisit: idcirco deus ad munera eius non respexit? Clamat enim in hoc eodem prophetæ huius capitulo aduersus istos sanguinis nostri Abel, id est Christi, quem occiderunt: In quo occidendo, ut iam dictum est, maxime pactum omne irritum fecerunt. ¶ [Tu autem domine demonstrasti mihi, & cognoui, tu ostendisti mihi studia eorum, & ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui, quoniam super me cogitauerunt consilia. Mittamus lignum in panẽ eius, & eradamus eum de terra viuentium: & nomen eius non memoretur amplius. Tu autem domine Sabaoth qui iudicas iuste, & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis, tibi enim reuelaui causam meam.] Obstruatur itaq; omne os impiorum, quia deus iustus est, ipsi autem iniusti sunt, & deus iuste respuit eorum holocaustomata, quibus pactum constitisse falso putauerunt, quia nimis iniuste fidem & iustitiam, quibus pactum constitutum est, multis sceleribus, & tandem cruentatis in Christum manibus abiecerunt. Holocausta missa, nõ iussa sunt.

¶ Q. loco sexto sequitur uerbum domini, de sermonibus siccitatis, eo respectu factum recte intelligi, quod neq; gratia prophetalis, neque ulla uisitatio illis sit spiritus sancti, ut cum ueniant ad hauriendas scripturarum aquas, reportent uasa uacua. Cap. XIIII.

EX quo sic irritum factum est pactũ, iam nec prophetia, nec ulla omnino spiritualis gratia Iudæis datur, nulla omnino scientia, nulla sapientia, nec quicquam ueri intellectus ducibus eorũ, principibus eorũ, magistris uel sacerdotibus eorũ, inesse comprobatur. Hæc uera, & uere magna, nimiũq; damnosa siccitas est, quam in Esaia dominus eidem Iudææ cõminans, & nubibus inquit mandabo, ne pluant super eam imbrem. Esa. 5. Recte igitur hoc loco qui sextus est, sequitur quod ad hunc factum est uerbum domini, de sermonibus siccitatis. [Luxit Iudea & corruerunt portę eius, & obscuratę sunt in terra, & clamor Hierusalem ascendit. Maiores miserunt minores suos ad aquam: venerunt ad hauriendum, & non inuenerunt aquam: reportauerunt vasa sua vacua. Confusi sunt & afflicti, & operuerunt capita sua propter terrę vastitatem: quia non venit pluuia in terra.] Ecce uidemus Iudææ uastitatem, & desolationem uidemus, quia non uenit in ea pluuia scientiæ uel sapientiæ, quæ omnis fidem secuta, ad gentiũ ecclesiam cõmigrauit, iuxta illud Psalmistæ: Pluuiam uoluntariam segregabis deus hæreditati tuæ: & uidemus quia minores ueniunt ad obscurissimos senes suos haurire aquam, & non inueniunt, reportantq; uasa animarum suarum uacua. Sed nunquid istud luget Iudæa? Nunquid pro isto clamor Hierusalem ascendit, quomodo mortuo Pharaone ascendit ad dominum, & misit illis nubes suas Moysen & Aaron? Non utiq; ita nũc. Nam lugent quidem, sed non scienter: clamant quidem, sed eorum brutus & sine sensu clamor est. Nec eñ lugẽt eam quæ ueræ siccitatis causa est, iniquitatem suam: neq; clamant ita ut dicant, patrum suorum exemplo eamus, & sacrificemus domino deo nostro. Idcirco ascendit quidem clamor eorũ, sed non ad dominũ. Nã quia rationabilis non est clamor, idcirco sicut hic ipse propheta congemit quodam loco, ille opposuit nubem, ut non pertranseat oratio. Credendũ sane est diebus illis, aëream Iudæis accidisse siccitatem, sed sicut cætera mala maiorum signa malorum, sic illa siccitas deterioris fuit siccitatis portẽtũ. [Confusi sunt agricolę: operuerũt capita sua. Nam & cerua in agro peperit, & reliquit, quia non erat herba: & onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, q? non erat herba.] Quare agricolæ confusi sunt, nisi quia cõmissæ sibi uineæ, dominum & hæredem occiderunt? Quæ uel qualis cerua reliquit in agro quod peperit, quia non erat her

CAP. XIIII. Psal. 67. Luctus & clamor Iudæorum nõ auditur a deo. Exo. 5. Thren. 3

ba:nisi fidelis patriarcharũ ecclesia, quæ peperit quidẽ secundũ carnẽ: sed reliquit populum istũ, quia non est scientia? Videmus hæc & quod sequitur. Onagri steterunt in rupibus, traxerunt uentũ quasi dracones, defecerunt oculi eorũ, quia non erat herba. Onagri atq; onagrorũ pulli, hodie Iudæi sunt: nam & de illo populo, sic mystice loquitur & alia scriptura: Vir uanus in superbiã erigitur, & quasi pullũ onagri liberũ se natũ putat. Stant isti onagri in rupibus superbiæ suæ, maluntq; siti & fame perire, q̃ domabili ceruice ad præsepia Christi uenire: q̃ humili spiritu ad caulas ouiũ Christi uenire. Trahunt uentũ quasi dracones, calidi nanq; sunt ut dracones, flãma inuidiæ nimiũ ardentes, & perinde quomodo dracones in siti uentũ trahunt, ad refrigerandũ ardorẽ naturæ: sic isti uera siti pereuntes, pro ueris scientiæ aquis, inanes fabulas & uentosas ad consolandã inopiã suã trahunt genealogias. Defecerũt oculi eorũ, quia non erat herba, id est excæcauit illos malitia eorũ, quia nescierunt dei sacramenta. ¶ Orat deinde propheta pro populo isto, nũc siti pereunte, ut quandoq; pluuiam de cœlo salutarẽ accipiat: & saluentur ex eo reliquiæ. Si (inquit) iniquitates nostræ contenderint contra nos, domine, libera nos. Quæsumus fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ. ⌋ Et post aliqua. ⌊ Deducãt oculi mei lachrymas per diem & noctem, & non taceant, &c. ⌋ Et illius quidẽ siccitatis causa fuit, quia sanguinẽ innoxiũ fudit multũ nimis, donec impleretur Hierusalẽ usq; ad os: absq; peccatis suis, q̃bus peccare fecit Iudã, ut faceret malũ corã domino. Dicit eñ post pauca ⌊ Et dabo eos in furorem vniuersis regnis terræ, propter Manassen filium Ezechiæ regis Juda super omnibus quæ fecit in Hierusalem. ⌋ ¶ Cæterũ siccitatis huius qua nunc Iudæa cõmarcuit, causa est uniuersalis sanguis qui effusus est super terram à constitutione mundi: maxime aũt sanguis ipsius domini, quo omnis salutaris aqua procedit. Propter quod & post aliqua dicit. ⌊ Domine omnes qui te derelinquunt, confundentur, recedẽtes a te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominũ. ⌋ Nam idcirco quia dereliquerunt, imò & occiderunt: confusi sunt duplici fame confecti sunt, duplici siti aruerunt, duplici perditione corporis & animæ perditi sunt: iuxta imprecationẽ subsequentem. ⌊ Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego. Paueant illi, & non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis & duplici contritiõe contere eos. ⌋

Onagri, Iudæi sunt hodie — Iob. xj. — Sapien. 2 — Oratio pphetæ pro Iudæis miseris. — CAP. XV. — CAP. XVII.

¶ Septimo loco per id quod faciebat figulus opus super rotã, & dissipatũ est uas quod faciebat è luto manibus suis, conuersusq; fecit uas alterũ sicut placuit in oculis eius ut faceret, dissipationem significare rebelliũ Iudæorũ, collectionẽ gentium: & in omnibus irreprehensibile esse iudicium dei. Cap. X.

IVdicia dei sunt ista incomprehensibilia, & uiæ inuestigabiles, super quibus hominem deo non respondere, sed humiliter os suũ cõtinere oportet: Proinde loco iam septimo quod sequitur uerbũ domini hoc est. ⌊ Surge & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea. Et descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam. Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat e luto manibus suis. Conuersusq; fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius vt faceret. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Nunquid sicut figulus iste, non potero facere vobis domus Israhel, ait dominus? Ecce sicut lutum in manu figuli: sic vos in manu mea domus Israhel. ⌋ Magnũ reuerentiæ documentũ, magnũ & congruũ taciturnitatis & continentis linguæ instrumentũ. Deus plastes noster est: nos autẽ lutũ. Nos inquam omnes, tã Iudæi q̃ Gentes, una massa, unũ sumus lutũ. Non ergo dei iudicia nos audacter discutiamus, non figuli nostri digitos reprehendamus. Monet hoc uehementi increpatiõe apostolus uas electionis, placitũq; æterni figuli opus: monet inquam nos, & mittit huc: ut cum propheta isto præsens diuinæ potestatis exemplar uideamus. Cum eñ abiectionẽ fratrũ suorum Israhelitarũ congemuisset, quid ergo inquit dicemus? Nunquid iniquitas apud deũ? Absit. Moysi eñ dicit: Miserebor cui misereor, & misericordiã præstabo, cui miserebor. Et subinde: Quid ergo adhuc quæritur? Voluntati eñ eius quis resistit? O homo, tu quis es qui respondeas deo? Nunquid potest figmentũ dicere ei, qui se finxit, quare me fecisti sic? An nõ habet potestatẽ figulus luti ex eadẽ massa facere aliud quidẽ uas in honorem, aliud

CAP. XVIII. — Reuerentiæ erga deum doctrina. — Roma. 9

aliud uero in contumeliã? &c. Nimirũ ut hæc diceret, ipse quoq; mente humili in isto propheta descenderat in domũ figuli, & uiderat q domus Israhel lutũ esset æque ut omne cœnũ gentiũ: & quia non pro debito, sed pro sola gratia deus figulus omniũ, sumpsit Abrahã cũ esset lutũ Chaldaicũ, & ex illo, ex seminis eius massa lutea, fecit quæ uoluit uasa misericordiæ, uasa honoris & gratiæ. Quid amplius illi debebat q̃ uniuerso luto generis Adæ? Hoc ille sapiens & humilis, & ideo uere sapiẽs quia humilis uiderat, & humiliter sentiebat: quia non propter figuli inertiã, sed propter incõprehensibilem iustitiã rebelle lutũ in manu eius dissipatũ fuerat. Idcirco pio quidẽ affectu gemebat: Veritatẽ, inquiens, dico, non mentior, testimoniũ mihi perhibente conscientia mea, in spũ sancto, quoniã tristitia mihi est magna & continuus dolor cordi meo. Optabã eñi ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, &c. Sed eandẽ tristitiã suã discreta & prudenti spe cõsolabatur, dicens post aliqua, Esaias aũt clamat pro Israhel: Si fuerit numerus filiorũ Israhel tanq̃ harena maris, reliquiæ saluæ fient. Itẽ: Quia cæcitas ex parte contigit in Israhel, donec plenitudo gentiũ subintraret, & sic omnis Israhel saluus fieret. Nẽpe & hoc uiderat in isto propheta, quia cõuersus figulus fecit illud uas alterũ, sicut placuerat in oculis eius ut faceret, dixitq;: Nunquid sicut figulus iste non potero facere uobis domus Israhel? Cæterũ & nos qui sumus ex gẽtibus, credentes in Christũ, uas alterũ ex eodẽ luto sumus. Cũ eñi dixisset idẽ aplus, quod si uolens deus notã facere potentiã suã, sustinuit in multa patientia, uasa iræ apta in interitũ, ut ostẽderet diuitias bonitatis suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam: continuo subiunxit. Quos & uocauit nos non solũ ex Iudæis, sed etiã ex Gentibus, sicut in Osee dicit: Vocabo non plebẽ meã, plebẽ meã: & non misericordiã consecutã, misericordiã consecutã, & erit in loco ubi dicetur eis, non populus meus uos, dicetur eis filij dei uiuẽtis. ¶ Porrò ut ad spectãdã similitudinẽ figuli reuertamur, dicamus nunc: Quando figulus ille cognouit figmẽtum nostrũ, suscipiendo puluerẽ nostrũ, tunc ipse faciebat opus è luto manibus suis super rotam adhibitis digitis suis, id est donis spũs sancti: ut perfecta iã in plenitudine tẽporis uasa, thesauros susciperent misericordiæ & honoris. Sed ausum est infelix lutũ blasphemare figuli sui digitos, dicendo: Dæmoniũ habet, dicendo: In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. Quid igitur? Nimirũ iustissime figulo digitos suos foris contrahente, & cũ tota manu feriente: dissipatũ est uas dissipatione ualida, tẽplo quoq; perditi populi diruto, & ciuitate euersa. Quam uidelicet dissipationẽ concedendo propheta dicit post aliqua. [Propterea da filios eorum in famem: & educ eos in manus gladij. Fiant vxores eorum absq; liberis, & viduæ & viri earum interficiantur morte. Iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio: audiatur clamor de domibus eorum. Adduces enim super eos repẽte latronem quia foderunt foueam vt caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis. Tu autem domine scis omne consilium eorum, aduersum me in mortem. Ne propitieris iniquitati eorũ: a facie tua non deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo: in tempore furoris tui abutere eis.]

Roma. 9 | Esa. 10 | Roma. 11 | Osee. 2 | Roma. 9 | Ioh. 8 | Lucæ. 11 | Dissipatum uas quando

¶ Quomodo inter mala quæ obsessa ciuitate regi consulenti responsa sunt, cõfirmetur prophetia non irritũ fore iuramentũ domini, dicentis in Dauid, semen eius in æternũ manebit, dũ interea dicit: Ecce dies uenient dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum. Cap. XI.

SEptem prophetæ huius membra præcipua tantũmodo distinximus, & quasi in umbra longe præmissa futurũ euangelicæ ueritatis corpus assimilatũ esse perpendimus Quæ deinceps sequentur, ad istius statũ temporis, ad illã ciuitatis obsidionẽ maxime pertinent, atq; in primo sermone sic scriptũ est. [Interroga pro nobis dominũ, (inquit rex Sedechias) qr rex Babylõis Nabuchodonosor præliatur aduersum nos] &c. Et nihil quidẽ prosperũ quod ad temporis uel causæ illius subsidiũ ualeret responsum est: sed nihilominus inter mala illa, bona quoq; futura sparsim prænunciata sunt. Cũ eñi dixisset contra Sedechiam inter cætera. [Scribe virum istum sterilem virũ qui in diebus suis non prosperabitur, nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super soliũ Dauid, & potestatẽ habeat vltra in Iuda.] Quasi quæreretur, qd ergo fiet, quo iuramentum deueniet domini dicentis in Dauid, semel iuraui in sancto meo si Dauid mentiar, semẽ

CAP. XXI. | CAP. XXII. | Psal. 88.

 eius in

XXIII. eius in æternũ manebit, & thronus eius sicut sol in cõspectu meo, sicut luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis subsecutus, hæc de futuro intulit. ⌊ Ecce dies uenient dicit dñs & suscitabo Dauid germen iustũ, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudiciũ & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israhel habitabit confidenter, & hoc nomen quod uocabunt eum dominus iustus noster. ⌋ Isti dies uenerũt, & ecce sunt, iam eñ suscitauit ex mortuis dominus deus Dauid, germen iustũ, & ecce regna gloria & honore coronatus rex & sapiẽs est, ita ut stultum eius sapientius sit hominibus, fecitq; & adhuc facturus est iuditiũ & iustitiã in terra. Fecit nãq; iudiciũ mũdi per passionem
Iohan. 12. suam, mittendo principem huius mundi foras: facturus est iuditiũ in nouissimo die ueniendo cũ nubibus cœli in potestate magna. Fecit iustitiã fidei, iustificando omnẽ qui ex fide est
Matth. 19. Roma. 2. peccatorũ remissione data, faciet iustitiã, reddendo unicuiq; secundũ opera sua. Hæc dixit, & deinceps passiones iusti huius, suis passionibus præcucurrit, & ut superius iam dictũ est, in typũ eius q mortuus mortẽ superatur, tẽploq; diruto atq; ciuitate exterminata, gẽtes erat docturus, iste quoq; templo & ciuitate superstes, nec mortuus, quamuis multa passus, exteris prophetiam texuit nationibus. Ac nos nec facultatem, nec propositum habẽtes, ut cuncta prosequamur, plurimũ hystoriæ campũ, multãq; prophetiæ syluam eius prætermittentes, ad lamentationes eius articulũ uertamus.

¶ De lamentationibus, cur singulæ sententiæ singulis alphabeti literis prænotentur, & quòd ipse ordo alphabeti quadruplex sit, iccirco quia prophetæ, quadruplex causa lamentandi erat. Cap. XII.

LAmentationes prophetę huius sancti & sapientis ueram esse scientiam arbitramur earumq; circa materiam uersari rerum, quarum ad cognitionem nos pueri siue infantes sumus, quippe qui non nisi temporalem miseriã, temporaliũq; rerum damna deflere nouimus, & si tẽporalis iucunditas arrideat, captiuitatis nostræ obliuiscimur in qua nati sumus. Pulchre nobis hoc significatur in eo quòd singulæ istarum lamenta
Quur Hieremiæ lamentationes alphabeti lrīs prę signentur. tionum sententiolę, singulis alphabeti literis prænotantur. Quid eñ nobis per hoc innuitur nisi ut humili conscientia paruulos nos esse iudicemus, quatinus istorũ declaratione sermonum illuminari digni habeamur? Scriptum nanq; est, Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Igitur ad istud alphabetum quadruplici ordine distin
Psalm. 118. ctum, tanquam pueri Abecedarij disponamur, sub istis uocibus contineri non dubitantes
Matth. 11 scientiam quæ abscondita est sapientibus & prudentibus, ut nec prima nouerint elementa
Matth. 5 Luctus eius, de quo ueraciter dictum est: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabũtur. Primum hoc intelligentiæ ostium est scire, cur lamentationum atque alphabeti ordo sit qua
Lamentionũ ordo quadruplex. druplex. Aperiat nobis clauis Dauid, & uidebimus quod uiro huic serio lamentandi causa uel materia sit quadruplex. Prima nanque causa extitit uniuersalis captiuitas humani gene
Esaiæ. 52 ris, qua proiecti & dispersi sunt omnes filij dei, in primis carnis suæ parentibus, gratis uenũdati & prę iudicium passi. Secũda causa hęc erat populi dei captiuitas Babylonia, quam sub oculis suis uiderat, pro qua non lamentari durum fuisset & iniquum, prę sertim cum ecclesia dei, temploq; & altari nominis domini uiduata, compelleretur barbarorum uenerari portẽta deorum. Tertia causa uiro sancto erat, propriæ conscientię humilitas, qui quanto iustior erat, tanto uerius præter communẽ omniũ filiorum dei captiuitatem, proprij status exilium agnoscebat. Quarta erat causa captiuitas ista deterrima, qua Iudæos, ut nũc accidit casuros in ore gladij, & captiuos in omnes gentes ducendos fore præuidebat. Nec eñ istam absq;
Lucæ. 19. compassionis affectu captiuitatem præscire poterat, quippe quam dominus ipse prę uidens super ciuitatem ipsam miseram ueris lachrymis flebat. His præmissis, nunc iam in rem pergendum est.

Quo sensu una illa electorũ ciuitas recte dicatᷣ plena populo, domina gentiũ & princeps prouinciarũ, & cur uel quomodo sola sederit, uel sub tributo facta sit. Cap. XIII.

ALEPH idest doctrina.

THREN. Cap. I QVomodo sedet ciuitas sola plena populo, facta est quasi uidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo. ⌋ Aleph doctrina interpretatur, & ut perspicis, primũ hoc apud Hebrę os elementũ est. Quid ergo



ergo sub isto continetur secundum illam quam supradiximus captiuitatem primam atque uniuersalē uigilanter intelligere: & tunc demū primū doctrinæ cœlestis fundamentū te apprehendisse confide. Quænam est ciuitas plena populo: domina gentiū: princeps prouinciarū? Nimirū illa sancta ciuitas Hierusalē mater omniū nostrū, cuius filij, cuius ciues atq; populares, siue municipes sumus nos quicq; credentiū. Ista ante constitutionē mūdi iā in pscientia siue pdestinatōe dei plena erat populo: nūerati apud illū erāt q sunt uel futuri sunt ex eius populo sancto, populo electo. Hæc domina gentiū & princeps est prouinciarū, qa quātum iumentis hūana natura pro dignitate ratiōis, tantū ipsa gētibus uel prouintijs pro dignitate fidei pro cognitiōe uel amore sui creatoris pcellit. Quomō factū est, ut ista sederet, sola fieret quasi uidua, pēderet tributa? Nimirū puaricādo. s. peccāte hoīe uno, hoīe primo: nam in illo peccauit, & piudiciū passa est uniuersa posteroꝝ eius multitudo. Ex eo cōtigit ut sederet sola, sederet quomō uidua, uirū suū deū, non habēs ciuitas sancta, sancta p fidē ecclesia de paradiso proiecta, in hoc mūdo peregrina exulādo, moriēdo, malo dño, id est peccato, soluens tributa pœnalia. Hoc ueraciter initiū doctrinæ est, ut credamus & cōfiteamur, qa omnes in Adā peccauimus, quatinus cōsequēter p Christū iustificemur in quē credimus. Gala. 4. Roma. 5

¶ In qua nocte plorans plorauerit, & in quibus maxillis eius lachrymæ eius. Cap. XIIII.

BETH, id est, domus.

PLorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius, omnes amici eius spreuerunt eā: & facti sunt ei inimici. Vere plorans plorauit in nocte, & ploratū eius audiuimus, si nō dormiuimus in ipsa nocte. Verbi gratia: Cū in persona eius dicit sanctus Iob: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictū est, cōcœptus est homo. Noctē illā tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Nox illa, diabolus est tenebraꝝ princeps, simulatè & per mendacem transfigurationem dies, uerè autem nox. In illa autem nocte homo male natus, & eius noctis filius factus est, acquiescendo cōsilijs eius nequam & de secreta paradisi requie: quasi de uulua in istam mortalitatis miseriā proiectus est. In illa nocte, id est pro illius noctis consideratione plorās plorauit illa domina gentiū, illa princeps prouinciaꝝ. Sed nūquid omnes qui ex illa ciuitate sancta erant uel sunt, istud plorādo plorare nouerunt? Nō utiq;, imò ploratus iste paucorū, ploratut iste perfectorū est. Bene ergo cū dixisset, plorās plorauit in nocte: cōtinuo subiunxit, & lachrymæ eius in maxillis eius. Maxillæ quippe huius dominæ, uiri excellētes fuere, uidelicet patriarchæ & prophetæ: qui uelut maxillæ semper patentes in facie, & nō ut pleræq; corporis partes pannis cōtectæ, ipsi quoq; pro excellentia gratiæ sibi collatæ, meruerūt in sancta dei ecclesia nō latere. In istis autē maxillis dñæ sunt lachrymæ eius, isti eñ plorauerūt peregrinos & aduenas se esse cōfitētes super terrā: & uidemus quas imitemur lachrymas eorū, ut risum reputemus errorē, & gaudio dicamus, quid frustra deciperis. Ita plorāte illa, nō est inqt q cōsoletur eā ex omnibus charis eius, imò omnes amici eius spreuerūt eam, & facti sunt ei inimici. Oderūt eñ hi, qui nūc ridēt amatores mūdi, ploratū eiusmodi: & quamlibet chari siue amici, id est cognati sint siue propinqui separātur, & lōge fugiunt ab ea sensibus cōtrarijs. Ploratus ecclesiæ qualis. Heb. 11. Eccl'a. 2.

¶ Q electorum uniuersitas Iuda sit, & quo migrans, afflictionem uel seruitutem inciderit. Cap. XV.

GIMEL, id est, plenitudo.

MIgrauit Iuda propter afflictionē & multitudinē seruitutis, habitauit inter gētes, nec inuenit requiē. Oēs persecutores eius apprehenderūt eā inter angustias. Iuda cōfessio terptatur, quo noīe ciuitas illa recte significat: cuius totum opus uel oīne officium cōfessio est. Vnde Psalmista cū dixisset: Illuc eñ ascenderūt tribus tribus dñi, testimoniū Israhel, cōtinuo quasi quæreres, ad qd illuc ascēderūt, uel qd ibi sunt facturi: ad cōfitēdū inqt nomini dñi. Quo ergo uel unde migrauit? A luce ad tenebras, à requie ad laborē, à regno ad captiuitatē, à patre ad hostē, à uita ad mortem. Quare? Propter afflictionem & multitudinem seruitutis. Mira res. Nunquid afflictionem desiderabat, & multitudinem seruitutis, & ideo migrauit? Non utique, sed sufficientiam, Psal. 121

& libertatem se sibi acquirere existimauit. Verũ quicquid illud est, quod hoc modo quæsiuit q̃d extra deũ inuenit, afflictio est & multitudo seruitutis. Idcirco dominus ipse oĩbus dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Et sanctus Iob: Quare, inquit, posuisti me contrariũ tibi, & factus sum mihimetipsi grauis? Mira & miserabilis deceptio migrãtis, quia dũ migrat spe diuinitatis, quam fallax serpens promisit: nil aliud inuenit q̃ afflictionem & multitudinem seruitutis: afflictionem uidelicet mortalitatis, qua sibimetipsi grauis sit & multitudinem seruitutis peccati, tot eñ dominis seruit, quot uitijs. Migrauit igitur de magno bono ad magnũ malum: & habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Hoc ad cætera mala pessimũ accessit, ꝙ habitauit inter gentes ut (uerbi gratia) iustus ille qui habitans inter Sodomitas utiq; non inueniebat requiẽ, sicut de illo scriptũ est. Et iustum Loth oppressum à nephandorũ iniusta ac luxuriosa conuersatione eripuit: aspectu enim & auditu iustus erat habitans inter eos qui de die in diem animã iustã iniquis operibus cruciabant. ¶ Adhuc audi. Persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. Parũ erat habitantẽ inter gentes aspectu iniquorum operum cruciari: nisi & persecutionibus compelleretur consentire malis. Vnde Psalmista ait congemiscens: Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cũ loquebar illis, impugnabant me gratis.

(Marginalia: Mat. 11. — Iob. 7 — 2. Pet. 2 — Psal. 119)

¶ Quæ uiæ lugent, eo quod non sint qui ueniant ad solennitatem: & quæ sit illa solennitas, quæ destructio portarum: unde gemitus sacerdotum: & squalor uirginum. Cap. XVI.

DALETH, id est, tabulæ.

Viæ Syon lugent, eo ꝙ non sint qui veniant ad solẽnitatem. Omnes portę eius destructę. Sacerdotes eius gementes, Virgines eius squalidę, & ipsa oppressa amaritudine.] Principalis quidem una est uia Syon Christus, q dicit: Ego sum uia, & ipse una principalis porta: ipse nihilominus unus & summus sacerdos est Syon. Veruntamen & omnis qui alijs exemplo eius tam uerbo prædicationis, q̃ exẽplo boni operis ad uitam ducatũ præbent: uiæ Syon & portæ eius atq; sacerdotes sunt. Quam ob causam istæ uiæ lugent, & istæ portæ destructæ sunt & isti sacerdotes gemunt? Eo inquit: ꝙ non sint qui ueniant ad solennitatem. Luctus iste uel gemitus magnæ charitatis est, lugere ꝙ non sint qui ueniant, imò perpauci sint qui ueniant ad solẽnitatem ueritatis & uitæ quo multos perducere cupiunt destructionem suimet libenter passuri, si modo ad illam solẽnitatem per occasionem destructionis eorum multi uenirent. Tales in psalmo dicunt: Dedisti nos tãquam oues escarum: & in gentibus dispersisti nos. Vndidisti populũ tuum, sine pretio, & non fuit multitudo in cõmutationibus eorũ. Et est dictũ à similitudine alicuius qui rẽ suam uendit, & nullum uel paruum inde pretium accipit. Vendidisti inquiunt, id est permisisti occidi populũ tuum sine pretio, & si aliquos pro eis recepisti non fuit multitudo in commutationibus eorum, non multos acquisisti ad cõparationẽ occisorũ: quia fortassis mille interficiebantur, uix duo uel duo conuertebãtur. Propter hoc prædictæ lugẽt uiæ uel portæ Syon, sacerdotes gemunt, uirgines eius squalidæ sunt, id est cœlibẽ uitã ducẽtes mũdo huic despicabiles sunt, & ipsa idcirco oppressa amaritudine. Sed hæc ipsa amaritudo fructum parit dulcedinis æternæ. ¶ Hic iam quatuor literæ uocibus istis præscriptæ continuandæ sunt. Plenũ quippe proprijs sensum interpretationibus perficiũt. Aleph, doctrina: Beth, domus: Gimel, plenitudo: Daleth, tabulæ interpretantur. Porrò domus dei ecclesia est, & tabulis sacra lex inscripta est. Est igitur sensus, Doctrina ecclesiæ dei plenitudo legis est, charitas est, cuius uidelicet charitatis perfectæ lamentatio hæc est.

(Marginalia: Iohan. 14 — Alios docentes, uiæ sunt & portæ Syõ — Psal. 43.)

¶ Quomodo hostes in capite facti & inimici locupletati sunt, & paruli eius in captiuitatem ducti. Cap. XVII.

HE, id est, ista.

Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt, quia dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius. Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem, a facie tribulantis.] Et hoc ad miseriarũ accedit cumulum, ꝙ qui hostes uel inimici sunt ecclesiæ principantur in hoc mundo: & capita

populorum

populorũ sunt, locupletantur, & diuites sunt, unde & ualentiores sunt ad persequendũ, fortiores ad occidendũ. Videlicet altior in hoc seculo Cain, q̃ Abel: locupletior Esau, q̃ Iacob. Ita & in cæteris fere usq; ad finẽ seculi. Hoc idcirco quia dominus locutus est super eã, propter multitudinẽ iniquitatũ eius, ut uidelicet occidente Cain, persequente Esau: recipiat ipsa in præsenti seculo, quod meretur, & non cũ illis in futuro puniatur. Sed illud magis dolendum, & pene inconsolabile est, quod nonnunq̃ fit, ut paruuli eius ducantur in captiuitatem, à facie tribulantis: id est infirmi atq; imperfecti filij eius corrũpantur exemplis, decipiantur persuasionibus, terreantur minis, atq; ita cedant in prædã aduersarijs. Infirmos co[rrumpi] mag[is] lamentabil[e]

¶ De prælatis, & quomodo uel quando arietes absq; pascuis abeant sine fortitudine ante faciem subsequentis. Cap. XVIII.

VAV, id est, et.

ET egressus est a filia Syon omnis decor eius. Facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua: & abierunt absq; fortitudine ante faciem subsequentis.]Hæc pro parte Syon infirmiore dicta: recte intelliguntur. Nã ea quæ uera, & uere fortis est Syon: intus omnẽ decorẽ, intus habet omnẽ gloriam, iuxta illud: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Cæterũ de illa quæ pro omni religione in oculis omniũ gloriatur, recte dicas: quia egressus est à filia Syon omnis decor eius. Itẽ & hoc recte dicas, quia facti sunt principes eius uelut arietes nõ inuenientes pascua, & abierunt absq; fortitudine ante faciẽ subsequentis: quotienscunq; prælati sic uiuunt, quasi ignorent mandata, q̃si nõ legerint scripturas, absq; fortitudine aĩæ subditi peccatis, cædẽtes impellẽtibus uitijs. Psal. 44 Prælato[rum] e[c]clesiæ deplo[]ratio.

¶ Illud uere lamentabile esse, quòd incolatus uel peregrinationis nostræ non recordamur, nisi malis prementibus. Cap. XIX.

ZAIN, id est hæc.

ET recordata est Hierusalem dierũ afflictionis suę, & preuaricationis omnium desiderabilium suorũ, quę habuerat a diebus antiquis, cum caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator. Viderunt eam hostes: & deriserunt sabbita eius.]Dies afflictionis Hierusalẽ, dies præsentis uitæ sunt. Nã uita hæc afflictio eius, peregrinatio est, captiuitas est. Porrò desiderabilia eius, quæ habuerat à diebus antiquis, eloquia sunt uel iudicia domini q̃ in diebus antiquis accepit desiderabilia super aurũ & lapidẽ pretiosum multũ, dulciora super mel & fauũ. Horũ desiderabiliũ acceptioni statim præuaricatio obuenit: fecerunt enĩ uitulũ in Oreb, cũ adhuc tabulæ scriberentur in monte Syna: & extunc non cessauerũt pręuaricari. Huius afflictiõis suæ quã diximus, & præuaricationis horũ desiderabilium suorũ: recordata est Hierusalem. Sed quando recordata est. Cũ caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator: cũ uacaret hostibus uidentibus eã insultare religioni, & deridere sabbata eius. Hoc uere lamentabile est, quod non aliter huius incolatus sui, & peregrinationis suæ recordari poterat, nisi malis premeretur: nisi malis conculcaretur ab hostibus, nisi in manus gentium traderetur. Mallem inquit ut spõte recordaretur, mallem ut & prosperis abũdaret, & nunquã prosperis falleretur: ut & trãsitorijs uteretur, & æternorũ nunquam obliuisceretur. Psal. 18. Exo. 32. Deut. 9

¶ Quod peccato superbiæ præcedẽte anima instabilis fit & de uitio in uitiũ cadit, & q sensus horũ quatuor elemento[rum], He, Vau, Zain, Heth. Cap. XX.

HETH, id est, uita.

PEccatum peccauit Hierusalem: propterea instabilis facta est. Omnes qui glorificabant eam, spreuerunt eam, quoniam viderunt ignominiam eius. Ipsa aũt gemens: & conuersa retrorsum.]Propterea inquit instabilis facta est, & de uitio in uitium cadit, quia peccatũ peccauit. Non ergo pro ipsa instabilitate sua deum accuset, etenim non idcirco peccatum peccauit, quia deus eam instabilis naturæ condidit: sed idcirco instabilis facta est, quia peccatum peccauit. Quod peccatum? Peccatũ superbiæ, quæ & de angelis dæmones fecit. Vnde Psalmista, cũ dixisset: Nõ ueniat mihi pes superbiæ: subsecutus adiunxit, Ibi ceciderũt qui operantur iniquitatẽ: expulsi sunt, nec potuerũt stare. Hoc peccatũ uniuersa Hierl̃m primitus peccauit in Adã: unde & sic instabilis facta est, tã uanitate animi q̃ mortalitate corporis, ut nunq̃ restitui posset, nisi p solam Christi gratiam. Psal. 35.

gratiam. Deinde & singulariter quæq; anima quæ uiriliter stare non meretur, lapsa à priori statu, ita ut qui prius glorificabant, eam spernant, uersa uice, uidentes ignominiam eius: spernant, inquam, gementē & conuersam retrorsum: respiciat semetipsam, & inueniet, quia latens peccatū superbiæ præcessit, & propter illud instabilis facta sit, ac de uitio in uitiū ceciderit. ¶ Rursus quatuor literas copulemus, He, Vau, Zain, Heth: He, ista: Vau, et: Zain, hæc: Heth, uita interpretatur. Et est sensus, Ista & hæc uita sunt: Ista inquam & quæcunq; huiusmodi sunt perspecta, meditationi & memoriæ mandata, ad uitam proficiunt.

[Se]cūdæ literę [qua]tuor in alph. [H]eb. qd mysti[c]e significent

¶ Quare lamentabile sit, sordes in pedibus habere. Cap. XXI.

THETH, id est, bonum.

Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. Deposita est vehementer non habens consolatorem. Vide domine, & considera, quoniam facta sum vilis. Sordes inquit eius in pedibus eius. Cuius eius? Dominæ gētiū inclytę & prouinciarum principis, quæ recordari debuisset finis sui, ut terram sordidam non tangeret pedibus, non ambiret terrena affectu cupiditatis, sed corpore hic exulans, mente conuersaretur in cœlis. Non sic fecit, non sic recordata est finis sui, sed deposita est uehementer amando terram, & obliuioni tradendo altitudinem cœli: non habens consolatorem, imò nō quærens, nec præ oculis habens uirum qui in cœlo est consolatorem, dum uanam in terra quærit consolationem. Dicat ergo nunc saltem commonita dum cadit populus eius in manu hostili: dicat, inquam, saltem nūc rediens ad cor præuaricatrix, Vide domine & considera, quoniam facta sum uilis.

¶ Qui sensus sub interpretatione horū elementorum contineatur, Theth, Iod, & q confessio bonū sit iustitiæ principium. Cap. XXII.

IOD, id est, principium.

Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus preceperas ne intrarent in ecclesiam tuam. Idcirco cōfiteatur & uere dicat, uide domine & considera, quoniam facta sum uilis, quia misit hostis diabolus manum suam & polluit omnia desiderabilia eius, & quia uidit gentes, id est uniuersas uiciorum phalanges, ingressas sanctuarium pectoris sui, de quibus præceperas deus ut ecclesiam tuam non ingrederentur. ¶ Iungamus hæc duo elemēta, Theth, Iod: Theth bonū: Iod interpretatur principium. Et est sensus, Cōfessio ista bonū principium est dum dicitur, uide domine & considera, quoniā facta sum uilis, propter causas huiusmodi, Nam iustus in principio accusator est sui.

Psal. 3a

¶ Quomodo priores sancti dederint preciosa quæq; pro cibo ad refocillandū animā, id est, nondū rem, sed spem obtinuerint promissionis quā audierant. Cap. XXIII.

CAPH, id est, manus.

Omnis populus eius gemens & querens panem, dederunt pretiosa queq; pro cibo ad refocillandam animam. Vide domine & considera, quoniam facta sum vilis. Omnis inquam populus eius, uidelicet pro meliori parte perfectorū, gemens & quærens panē. Nam omīs quidem populus dominæ & principis huiusmodi gemendi causam habens, & pane indigens: ueruntamen non omīs famem suā intelligens, non omīs panē suū quærere sciens. Quem em̄ panē, nisi illū, quē propter pomū uetitū perdidit primus parens? Panem uerū, qui est cibus angelorū, hæc domina non habebat: & idcirco fame populus eius deficiebat: tunc saltē omīs gemens & istū panē quærens, cū apud inferos famelicus expectaret istū de cœlo descensurū panē, daturū uitā mundo: redditurū dei uisionem, inimicitiarū pariete soluto. Interim antequàm uiuus iste panis descenderet, dederunt pretiosa quæq; ad refocillandā animam. Habuerunt em̄ pretiosam fidē, pretiosam dei dilectionē patres sancti, & patriarchæ magni: & hæc dederunt pro cibo spei, qua suā refocillarent animā, sed non refecerunt aut saturauerunt. Beata spe promissionis quā audierāt animas suas diu sustentauerunt, & inde beati, q talē habere spem propter suā fidem, propter dilectionē & obedientiam suā meruerunt. Vide inquit domine & considera, quoniā facta sum uilis. In quo uilis? In eo, q propter uilē cibū ligni uetiti uiuū panē amisi: & omnis populus meus fame extabuit.

Quē panē iusti antiqui desiderauerint.
Iohan. 6

¶ Quod

¶Quod ait, Videt si est dolor sicut dolor, &c. & omnem dolorem uanum esse, qui accidit pro qualibet alia re caduca, & hæc duo elementa iuncta Caph, Lamech, quem sensum habeant. Cap. XXIIII.

LAMECH, id est, cor.

O Uos omnes qui transitis per viam: attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Quoniam vindemiauit me, vt locutus est dñs in die furoris sui. Qui inquit transitis per uiam, qui cognoscitis, qui confitemini, quia peregrini estis & aduenæ super terram, manentem hic ciuitatem non habentes, sed futuram inquirentes: uos omnes attendite & uidete si est dolor sicut dolor meus, si est causa pro qua iure quis doleat extra causam, pro qua est dolor meus. Nempe omnis dolor qui non est meus, leuis est, & uanus, cũ sit pro uanis & caducis rebus: sicut econtrariò omne gaudiũ, quod non est meũ uanum est, eo ꝙ de uanitate pendeat rerum temporalium. Meus eñ dolor unde est? Ex eo quia uindemiauit me, ut locutus est dominus in die furoris sui: dies furoris ille fuit, de quo primis hominibus dixit: Quocunq; enim die comederitis ex eo, morte moriemini. Comederunt, & dies ille in quo comederunt, dies fuit furoris: qui furor & iustam animabus mortem, & iustam corporibus mortalitatẽ intulit. Tunc locutus est dominus, ꝙ puluis fuissem, & in puluerem reuersura essem. Sicut tunc locutus est, ita extunc me uindemiauit, & usque in finem uindemiare non desinit, quotidie de uinea succidendo botros meos, quotidie per mortem carnis auferendo filios meos. ¶Iuncta hæc duo elementa: Caph, id est manus: Lamech, quod interpretatur cor, iuncto sensu manum cordis, id est opera requirunt eius quæ in corde est fidei. Alioquin quid fides proderit cũ sine operibus mortua sit. Heb. 13. Gene. 2. Vindemia ta[...] qñ sit eccl[...]

¶Quod propter humiliandã animã mortalẽ fecerit deus conditionẽ corporis, & ipsam animã multis permittat passionibus affici. Cap. XXV

MEM, id est, ex ipsis.

DE excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me, expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota die mœrore confectam. Ignem inquit misit in ossibus meis, de excelso iudicij sui solio ignem utiq; lamentabilem, ignem non lucentem, sed consumentem, exiccantem, deuorantem. Ignis iste mortalis conditio est, qua uiridis iuuentus, paulatim desiccata in aridum contrahitur atq; corrugatur senium tandemq; omni humore consumpto soluitur atque dissipatur in fauillam & cinerem. Attamen hoc igne erudiuit me, ut discerem non superbire, ut scirem incedere demisso capite, ut intelligerem quod Adam noluit intelligere, scilicet me, non deum, sed puluerem esse. Amplius autem ut erudiret me, expandit rete pedibus meis, id est legem dedit mihi. Quid enim lex: nisi rete expansum pedibus meis? Non quidem lex rete peccati, sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Noli concupiscere. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me, omnem concupiscentiam. Ergo quando legem mihi dedit, & gratiam distulit: expandit quodammodo rete pedibus meis, atque hoc modo conuertit me, retrorsum. Nam cum uenisset mandatum, peccatum, quod sine lege mortuum erat, reuixit. Ergo autẽ mortua sum, & inuentum est mihi mandatum, quod erat ad uitam, hoc esse ad mortem. Itaque posuit me desolatam tota die, mœrore confectã, ut mœrens dicam: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Morte humi[...] liatur homo maxime. Roma. 7 Lex sine gra[...] tia, rete. Roma. 7

¶Quòd homo faciendo malum seruus sit peccati, & non nisi per gratiam dei poterit liberari Cap. XXVI

NVN, id est, æternum.

VIgilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius: conuolutę sunt, et impositę collo meo. Infirmata est virtus mea: dedit me dominus in manu, de qua non potero surgere. Iugum enim inquit iniquitatum mearum uigilauit, Omnis enim qui facit iniquitatem, seruus est iniquitatis, quodammodo uigilantis, ne seruus effracta compede, per noctem effugere possit. Vult enim interdum effugere seruus peccati: sed eo negligenter uolente & sæpe multum dormitante, Iohan. 8

peccatum

peccatũ non dormit. Iniquitates meæ in manu eius conuolutæ sunt, ad modum retis aut uinculorum: & impositæ collo meo, collo hominis, in quo superbia sedit, unde & libenter audiuit dictum illud: Eritis sicut dij. Pugno & repugnare uolo, sed infirmata est uirtus mea: quia nondũ uenit liberatrix gratia. Dedit me dominus in manu, de qua non potero surgere: subauditur, nisi uenerit gratia eius liberans me.

¶ Quod in nullo patrum uel patriarcharum salus esse potuerit, & quod ipsi quoque mortales fuerint: Et quid hæc tria elementa, Mem, Nun: Samech iuncta significent. Cap. XXVII.

SAMECH, id est, adiutorium.

Abstulit omnes magnificos meos dominus, de medio mei, vocauit aduersum me tempus, vt contereret electos meos. Torcular calcauit dominus, virgini filię Juda.] Magnifici mei, electi mei, patriarchæ fuerunt: magni quidem & iusti & sancti, sed in nullo eorum mihi licuit gloriari, nec em̃ in aliquo eorum fuit salus. Abstulit eos de medio mei, mortui em̃ sunt, & nemo ex illis potuit eruere animam suã, de manu inferi. Vocauit aduersum me tempus, ut conterat illos electos meos, constituendo terminos eorũ quos præterire non poterunt: & hoc aduersum me, ut non liceat mihi gloriari in homine. Hoc modo torcular calcauit uirgini filiæ Iuda, id est, mihi filiæ suæ confessionis. quæ uirgo esse, id est, nullũ præter ipsum creatorem meum aspicere debui. Torcular inquã mihi calcauit, ut amaritudine inebriaret me, qui fructus est peccati. ¶ Tres iam dictæ cõiungantur literæ: Mem, id est ex ipsis: Nun, quod interpretatur æternũ: Samech, id est adiutorium. Et est sensus, Ex ipsis æternum adiutorium. Quibus ex ipsis? Videlicet quæ superioribus quatuor elemẽtis significata sunt, Teth, Iod, Caph, Lamech, id est bono principio confessionis, & manu cordis, per quam intelliguntur opera fidei.

Qũo uocat deus tempus cõtra hoies.

¶ Quod ueræ antiquæ ecclesiæ idcirco fuerit plorandum, quia consolator longe factus est. Cap. XXVIII.

AIN, id est, fons.

Jdcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquam: quia longe factus est consolator a me, conuertens animam meam. Facti sunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus.] Idcirco inquam, quia de excelso misit dominus ignem in ossibus meis, quia uigilauit iugum iniquitatum mearum, quia abstulit om̃es magnificos meos, de medio mei. Amplius autem, quia longe factus est à me, & nondum uenit qui uenturus est consolator Christus dominus, qui conuertat animam meam in requiem & libertatẽ suam, & interim fiunt filij perditi. descendunt em̃ ad inferos, quoniam inualuit inimicus, custodiens atrium suum tanquam fortis armatus: idcirco ego plorans, & idcirco oculus meus deducens aquam lachrymarum.

Lucæ. ij.

¶ Q; non potuerit Syon expandendo manus suas consolari. Cap. XXIX.

PHE, id est, os.

Expãdit Syon manus suas, non est qui consoletur eam. Mandauit dominus aduersum Jacob in circuitu eius, hostes eius. Facta est Hierusalẽ quasi polluta menstruis inter eos.] Manus suas, id est opera legis, & iustitias carnis expandit Syon: sed propter opera illa non est qui consoletur eam, non em̃ dominus per illa iustificat eam. Sed quid? Si taliter expansis manibus, se iustificari arbitretur: mandauit dominus hostes eius, id est peccata eius in circuitu eius, & multo plura, imò sine comparatione multa sunt peccata eius, & mille iustificatiões eius, quasi si sit polluta menstruis, alio quoque propheta testante, cum dicit: Facti sumus ut immundi om̃es nos: quasi pannus mẽstruatæ uniuersæ iustitiæ nostræ.

Opera neutiq̃ iustificare possunt.

Esa. 64.

¶ Quod os domini ad iracundiam prouocauimus, uidelicet culpam defendendo in Adam: & quid simul istæ tres literæ significent, Ain, Phe, Zadi. Cap. XXX.

ZADI, id est, iustitia.

Iustus est dominus: quia os eius ad iracundiam prouocaui. Audite obsecro vniuersi populi: & videte dolorem meum. Virgines meę & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.] Non inquit propheta in omnibus his deum accusat Syon: nam iu

nam iustus est dominus, & rectum iudicium eius, sed accusat semetipsam, quia os dñi, ad iracundiã prouocauit: subauditur in Adam, in quo & peccauit. Et quomodo os dñi ad iracundiam prouocauit? Videlicet quia peccatũ suum defendit, etem̃ peccati defensio iustæ iracundiæ causa extitit. Audite (inquit) obsecro uniuersi populi, etem̃ uobis quoq; annuntiandum est, ut audiatis, & dolorem meũ uidebitis: quia uirgines meæ & iuuenes mei in captiuitatem abierunt, imo & in captiuitate nati sunt. Virginum mearum, iuuenum meorum, id est, om̃ium ad me pertinẽtium paruorum atq; magnorum infirmorum atq; fortium: non hic locus est, non hoc regnum, sed incolatus & auxilium. Hoc uos audite, & ad ueram & manentem ciuitatem o uniuersi populi simul properate. ¶Iunctæ simul tres literæ, Ain, id est, fons: Fe, quod interpretatur os. Sade, id est iustitia consignificant sensum hunc. Fons oris iustitiæ Nempe, talis lamentatio, talis confessio fons est oris: cui subest uena iustitiæ, ueritatem subministrans, ut non deum accuset sed se.

Defensio peccati, uindictæ prouocatio

¶Quotiẽs ecclesia sacerdotes sibi constituit totiẽs deceperunt eam, de his intelligi qui semetipsos pascunt, & quæ sua sunt, quærunt. Ca. XXXI.

COPH, id est, uocatio.

Vocaui amicos meos, ⁊ ipsi deceperũt me. Sacerdotes mei, ⁊ senes mei in vrbe consumpti sunt: quia quæsierunt cibum sibi, vt refocillarent animam suam.] Quos (inquis) uocaui amicos meos? Sacerdotes meos, senes meos. Quotiẽs sacerdotes mihi constitui, quotiẽs senes mihi præfeci, totiens amicos meos, mihi uocaui ut uiderent dolorem meum, ut consolarentur me, ut lenirent malum meũ. At ipsi quoq; deceperunt me, erant enim amici mensæ, quærentes quæ sua essent, non quærentes filiorum meorum salutem. ¶Quotus enim talium fuit amicorum, qui uerum redderet, amicitiæ fructũ? Vix ipse Aaron suũ executus est officium, sicut decebat amicum. Fere omnes in urbe consumpti sunt, id est, in causa mea, quasi non essent obmutuerunt: quia quæsierunt sibi cibum, ut refocillarent animam suam, quæsierunt lucrum suum sibi & iuxta Prophetam pastores uocati non gregem, sed semetipsos pascebant.

Pastores, deceptores, quomodo

Ezech. 34

¶Quomodo in illo in quo om̃es peccauimus uenter noster conturbatus sit, & cor nostrum subuersum, id est, corpus mortale factum est: & quid duo hæc elementa, Coph, Res, iuncta significent. Caput XXXII

RES, id est, caput.

Vide domine quoniam tribulor, venter me⁹ conturbatus est, subuersum est cor meũ, in memetipsa: quoniam amaritudine plena sum. Foris interfecit gladius, ⁊ domi mors similis est.] Qm̃ uocaui amicos meos, & ipsi deceperunt me, tu domine qui solus laborem & dolorem consideras: uide quoniam tribulor, quoniam uenter meus conturbatus est, & cor meũ subuersum est, id est, quoniam homo totus duplici morte mortuus est, uenter meus, id est, quod exterius est, hominis mortale est, & idcirco iam mortuũ, quia certissime moriturum est. Porro cor meum, id est, quod interius est hominis, iamdudum mortuum est, uidelicet ex quo peccatum admissum est. Ita foris & intus amaritudine plena sum. Quid dixerit uenter meus conturbatus est, & cor meum subuersum est, pene exposuit subiungendo: Foris interfecit gladius, & domi mors similis est. Nam foris quasi in uentre interfecit gladius, dum iusta sententia mortis anima à corpore separatur: domi autem, id est, in corde mors similis est, dum sicut separatione animæ corpus moritur, ita separatione dei anima mortua est. ¶Iungamus duo hæc elementa, Coph quod interpretatur uocatio. Res, quod interpretatur caput, ut uocationem capitis, id est, Christi, qui ecclesiæ caput est, intelligamus. Nam quia uocaui (inquit) amicos meos, & ipsi deceperunt me, uocat nunc caput suum Christum, dicendo: Vide domine quoniam tribulor, sperans quòd per illum & conturbationem uentris, & subuersionem cordis recuperatura sit, id est, q; tam corporis quàm animæ resurrectione resurrectura sit.

¶Quomodo inimici, id est, maligni spiritus in malo generis humani lætati sint, & quomodo e regione lætabitur super illos ecclesia in die iudicij.

Caput XXXIII.

SIN, id est, dentes.

Audierũt, quia congemisco & non est qui cõsoletur eam, omnes inimici mei audierunt malum meũ. Lętati sunt, quoniam tu fecisti. Adduxisti diem consolationis, & fient similes mei.] Qui nam inimici mei audierunt malum meum, & lætati sunt? Draco ille magnus, serpens antiquus, qui uocatur diabolus, & satanas, & angeli eius audierunt quia ingemisco, & irridentes dicunt, non est qui consoletur eã. Audierunt (inquam) isti inimici mei malum meum, & quasi triumphum ducentes pro uictoria. Lætati sunt, captiuitatem uniuersam quàm in primo homine cœperunt agẽtes cum insultatione, ante superbiæ suæ currum. Sed quid? Mihi adduxisti diem consolationis adduxisti, inquam: nam ita certum est, quasi iam adduxeris: promisisti enim Abrahæ deus qui non mentiris, diem consolationis, diem Christi uidentibus inimicis meis qui nunc lætantur, quoniam tu malum meum iusta ira fecisti. Et cum adduxeris diem consolationis, fient similes mei. Quomodo similes mei? Nimirum ut ego uersa uice audiam, imo & uideam malum eorum in die iræ & reuelationis iusti iudicij tui.

Irridentes mala hominum dæmones, & eorũ angeli.

¶Quomodo uindemiandi sint illa uindemia irrecuperabili, damnatione irreuocabili, habente ecclesia diẽ consolationis, & quid duo elementa nouissima, Sin, Thau.

¶THAV, id est, signa. Caput XXXIIII.

Ingrediatur omne malum eorum coram te, & deuindemia eos, sicut deuindemiasti me, propter omnes iniquitates meas. Multi enim gemitus mei, & cor meum gemens.] Omne (inquit) malum eorum ingrediatur coram te, & deuindemia eos. Nam ingressum est quidem iam malum eorum coram te, sed non omne. Et uidemiasti iam, sed non deuindemiasti eos. Olim quippe malum eorum, id est, superbia qua super cæteros angelos timuerunt, dicente principe eorum diabolo similis ero altissimo: hoc, inquam malum eorũ corã te, ingressum est, & pro hoc uindemiasti, id est, iudicasti eos, de cœlo nãque proiecisti, & in istum caliginosum aerem deuoluisti eos. At uero malum illud alterum quo me plasma tuum per serpentem deceperunt, nondum coram te ingressum est, nõdum tuo iudicio requisitum est. Quod ex me erat malum, coram te ingressum est, etenim tu requisisti, primum dicens uiro Adam: Vbi es? quis enim iudicauit tibi, quòd nudus esses, nisi quòd ex ligno quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti? deinde dicendo mulieri: quare hoc fecisti? Ita quod ex me erat malum coram te ingressum est, & pro hoc uindemiasti me primum dicendo mulieri, multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, & in dolore paries filios tuos: deinde tam uiro quàm mulieri, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Non ita tunc quod ex diabolo erat malum coram te ingressum est, neque enim requisisti, aut pœnam intulisti pro eo quod serpentem ingressus hominem decepit. Igitur omne malum eorum, omne malum diaboli, & angelorum eius, ingrediatur coram te, in nouissimo magni iudicij die, & qui me iam uindemiasti, tu illos deuindemia, uindemia irrecuperabili, damnatione interminabili. Nec enim merentur solummodo uindemiari, quod iam factum est eis: quando de cœlo proiecisti eos: sed & deuindemiari digni sunt, ut tollantur in ignem æternum, & non requirantur in omnia secula seculorum. Porro mihi (ut ante iam dixi) adduces diem consolationis. Quare? Quo iudicio? Iudicio misericordiæ? multi enim gemitus mei. & cor meum mœrens, quæ sunt insignia pœnitentiæ. ¶Duo hæc elementa nouissima Sin, quod interpretatur dentes. Thau, id est signum, adinuicem copulemus: ut dicamus sic, dentium signa. Porro per dentium signa omnis intelligitur sancta scriptura: quia dentibus formatur omnis loquela. Quid hoc ad rem præsentem? Videlicet ut quod perpulchrum est intelligamus ea, quæ sub istis continentur literis duabus illa esse, quæ nobis cathegorizat omnis scriptura diuinitus inspirata. Quid enim aliud nobis prædicat, nisi post illud malum decepti hominis pro quo lætati sunt omnes inimici: adducendum fuisse ecclesiæ diem consolationis, id est, primum aduentum Christi filij dei, & post hæc futurum esse iudicium, quo diabolus, & angeli eius, & cum illis omnes impij deuindemiandi sunt, & mittendi in ignem æternum? Hac ergo lamentatione finita, quid sequens causæ habeat breuiter dictum superius, & adhuc dicendum est.

Desiderat ecclesia iustitiã in aduersarios.

Esa. 14.

Gene. 3.

¶Quòd sequenti alphabeto illius temporis lamentatio subtexitur, quando Nabuzardan Hierusalem igni succendit, simulq́ꝫ cum ea domũ domini combussit. Ca. XXXV.

Omnẽ

Omnem quæ sequenti alpheto subtexitur lamentationem: super illa intelligemus terrena Hierusalem, quam tunc tunc temporis Nabuzardan princeps exercitus, seruus regis Babylonis, succendit, & combussit igni, simulq; cum ea domū domini, & domum regis, murisq; Hierusalem in circuitn destructis, reliquias quoq; uulgi transtulit in Babylonem, tantum de pauperibus terræ relinquens uinitores & agricolas. Hoc uere sancto & sapienti uiro lamentabile fuit, non solum propter ipsam magnitudinem cædis & incendij: uerum & propter duritiam gentis peccatricis, quia non propter peccata exigua factum est, ut tanta populo suo deus qui naturaliter miserator est, & misericors, mala inferret. Ad huius alphabeti lamentationem disponendi sunt omnes, qui hodie quoque in uerbis mendacij confidunt, quemadmodum illi quibus lamentator iste, prius dicebat. Nolite confidere in uerbis mendacij, dicentes, templum domini, templum domini, templum domini est. Etenim hodieq; sunt pleriq; infantes, qui auro uel argento, & marmorū crustis atque pulchris parietibus templi manufacti, Deum qui spiritus est, putent delectari: & de semetipsis perpendent quales sint, uel quod debeant ipsi esse templum sanctum dei, testante Apostolo, cum dicit: Templum dei sanctum est, quod estis uos. Talibus igitur proponatur alphabetum hoc.

4. Reg. 25
Hiere. 39. 52
Non min⁹ ob culpam q̄ pœnam planxit Hieremias
Hiere. 7
Iudeis in templo suo, fidentibus, hodie quidam non sunt dissimiles.

¶Quo respectu Hierusalem uocauerūt scabellum pedum domini, & quomodo illam dominus de cœlo in terram proiecerit. ALEPH. Caput XXXVI.

CAP. II.

Quomodo obtexit caliginem in furore suo Dominus filiam Syon, proiecit de cœlo in terram inclytam Israhel, & non est recordatus scabelli pedum suorum, in die furoris sui. Scabellum pedum domini, ciuitatem Hierusalem nuncupauit: uidelicet eo respectu, quo & ciuitatem illam sanctam scriptura nominare consueuit, nimirum propter cultum diuinæ religionis, & templum nominis domini, quod iuxta rationem temporis qualicunq; ritu primitus in ea ciuitate celeberrimū fuit. Nam & propter eandē causam in omni scriptura sancta, typū gerit ecclesiæ Christi, in qua nunc per omnē terram uero ritu inuocatur nomen domini. Et tunc quidem, quia in illa sola ciuitate inuocabatur nomen domini, sola merebatur dici, scabellum pedum domini: nunc autem quia in omi terra inuocatur nomen domini, & omis terra plena est ecclesiis Christi, recte omis terra meretur dici scabellū domini pedum domini. Vnde est illud est propheticū, id est, de futuro dictū. Cœlum mihi sedes est: terra autem scabellum pedum meorum. Et dominus in Euangelio cum dixisset: neq; per cœlum iuraueris. quia thronus dei est: continuo subiunxit: neq; per terram, quia scabellum pedum eius est. Iam quippe res in præsentiarum erat, ut fieret quod Psalmista cecinerat: Exaltare (inquiens) super cœlos deus, & super omnem terram gloria tua. Nunc uide quàm eleganter, quàm magnifica similitudine tumultum ruentis miseræ ciuitatis expressit, dicendo: & non est recordatus scabelli pedum suorum in die iræ furoris sui. Quasi regem aut quempiā personatū patrē, oculis ostendit: sedentem in alta sede, scabellum habentem sub pedibus suis, tanto furore excitatum, tanta ira commotum, ut pedibus se non tenentibus: scabellum suum longe proiecerit, dum nescit, dum præ ira non attendit, quantum nociturum hoc sit pendentibus pedibus suis. Quasi hoc impetu, filiam Syon, inquit, & inclytam Israhel de cœlo in terram, de omi dignitate in omnē ignominiam proiecit: & caligine amentiæ ruentem inuoluit.

Scabellu; pedum domini Hierusalem olim
Scabellu; pedum domini iam omis terra.
Esaiæ. 66
Matth. 5
Psal. 107

¶Superbiæ culpam fuisse pro qua Hierusalē uel templum præcipitari debuerit. BETH. Caput XXXVII.

Præcipitauit dominus, nec pepcit, domnia speciosa Iacob: destruxit in furore suo munitiones, virginis Iuda: deiecit in terram. Polluit regnum et principes eius. Quòd dixerat: proiecit de cœlo in terram inclytam Israhel, hoc iterum repetiuit dicendo, præcipitauit nec pepercit. Itemq; tertio, uirgines Iuda deiecit in terram. Cunctis uocibus istis qualitatem culpæ designauit, & superbiæ culpam fuisse ostendit, pro qua Hierusalem destructa sit. Et magnum utiq; superbiæ malū, pro qua nec uirginibus pepercisse, aut unquàm parcere credendus sit.

¶Quòd ruinæ illius causa fuerit, qua cornu Israhel deus confregit. GIMEL Caput XXXVIII.

Confregit in ira furoris sui omne cornu Israhel: auertit retrorsum dexteram suam a facie inimici, & succendit in Jacob, quasi ignem flammę deuorantis in gyro.] Amplius hic superbiā uicino uocabulo expressit, dicendo: Confregit cornu Israhel, superbum quippe cornutum dici usitatū & frequens est. Hic igitur non immerito deus dexteram suam auertit retrorsum, ut non auxiliaretur, aut subsistere faceret Israhel, ante faciem inimici: non quòd facturam suā contemneret, sed quòd cornutos esse homines indigne ferret. Quare autē non dixit, & succendit ignem, sed succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis in gyro? Nonne reuera succensus fuit ignis, quo Nabuzardan seruus regis Babylonis ciuitatem & templum combussit? Ergo illud uult intelligi quod ciuitas illa uento superbiæ suæ quasi ignem conflando gentiū contra se odia concitauerunt: & ille fuerit quasi ignis flammæ deuorantis in gyro, quem ut efficientem causam ignis elementaris consecutus sit.

Cornutum id est, superbū.

¶Quòd deus superbientibus inimicus sit, & idcirco sic dixit: Tetendit arcum suum.

DALETH. Caput XXXIX.

Tetendit arcum suum, quasi inimicus: firmauit dexteram suā, quasi hostis: & occidit omne quod pulchrum erat uisu in tabernaculo filię Syon. Effudit quasi indignationem suam.] Quia superbiæ cornu iu causa fuit, deus autē superbis resistit: idcirco non quasi pater uirgam arripuit, sed quasi inimicus arcum suum tetendit, & quasi hostis dexterā suam firmauit, ut uidelicet sagittam suam fortiter excussam per cor eius trajceret, ut gladium suum firmiter impactum usq; ad uitalia deprimeret, ut facere inimici uel hostis est. Non enim ut sępe factum est tradidit populum suum in manus gentium ita ut in terra sua degentes uictorū ferrent imperiū, sed occidit om̄e quod pulchrū erat uisu in tabernaculo filiæ Syon, id est, omne quod delectabatur, & quo deum putabat, Lasciua iuuencula Syon. Et effudit quasi ignem indignationē suam: ut sic om̄ia tolleret indignatus sicut ignis totam deuorat stipulam.

Iacob. 4.

¶Q; non dixerit: factus est dominus inimicus, sed uelut inimicus: & quod nec res nec uocabulū inimici, in deum cadat. HE. Caput XL.

Factus est dominus velut inimic⁹: pręcipitauit Israhel, pręcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit omnes munitiones eius. & repleuit in filia Juda humiliatum & humiliatam.] Dominus (inquit) qui dicebat ad Pharaonem, filius primogenitus meus Israhel, dixi tibi, dimitte filium meū: ille pater & dominus, factus ē quasi inimicus. Notandum diligenter quia non dixit, factus est inimicus, sed factus est quasi inimicus. Nam inimici nec res nec uocabulum in deum cadit: Inimicus quippe is est qui iura uiolat, qui iusta tollit aut negat, cuius ex parte deficit aut perit fructus amicitiæ pax. Dominus igitur non inimicus, sed quasi inimicus factus est, tollendo siue occidendo om̄e quod pulchrum erat uisu in Syon: præcipitando Israhel, præcipitando omnia mœnia eius, dissipando munitiones eius, replendo in filia Iuda humiliatum & humiliatam, utpote inimicitias gerens, non aduersus homines, sed aduersus superbiam.

Exo. 4

Inimici, nec res, nec uocabulum in deū cadit.

¶Quomodo ciuitatem illam uel templum tentorium domini uocauerit.

VAV. Caput XLI.

Et dissipauit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum. Obliuioni tradidit dominus in Syon festiuitatem & sabbatum, & obprobrio in indignatione furoris sui regem & sacerdotem.] Tentorium siue tabernaculum domini erat templum illud angustissimum, nam in illo quasi in tabernaculo quod ad horam figi solet militabat nomini domini fides peregrinantium: manentem hic ciuitatem non habentium, sed futuram inquirentium. Hoc dissipauit quasi hortū: nec pluris fecit sanctum nominis sui locum quàm uilem hortum olerum. Festiuitatem & sabbatum quæ utiq; uisu pulchra erant, obliuioni tradidit: regem & sacerdotem in indignatione furoris sui obprobrio tradidit: Hoc deniq; non prætereundē quia probrose sic regem proiecit, ut in oculis eius occisis ipsius filijs: tunc demū oculos eius erueret rex Babylonis.

Tentoriū domini, templū fuit.

Hebr. 13

4. Reg. 25.

¶Quid sit, uocem dederunt in domo domini sicut in die solenni.

ZADI. Caput XLII.

Reppu-

REpulit dominus altare suum maledixit sanctificationi suę, tradidit in manus inimici muros currium eius, vocem dederunt in domo domini sicut in die solenni. ⌋Quærebas quid superius dixisset, & non est recordatus scabelli pedum suorum, in die furoris sui: ecce aperuit dicendo manifeste, reppulit altare suum, maledixit sanctificationi suæ. Porro magnitudinē doloris, & miseriarum tumultum q̄ hementer expressit, dicendo: Vocē dederunt in domo dn̄i, sicut in die solenni. Ac si diceret: Nunq̄ altius in gaudio solennitatis cecinerant q̄ nunc in angustia & dolore suo clamauerūt

¶ Quomodo tetenderit, super illam Syon funiculum tempus captiuitatis septuaginta annorum. HETH. Caput XLIIII

COgitauit dominus dissipare murum filię Syon, tetendit funiculum suum & non auertit manum suam a perditione. Luxitq; antemurale, & murus pariter dissipatus est. ⌋Non casu hæc acciderunt, sed dn̄s ista cogitauit, dn̄s cū consilio hæc egit poscente rōne utiliratis, illo cogitante, illo negotij summā in libra rationis apprehendente: placitū fuit ut dissiparet murus filiæ Syon, ut uanitas eius ex aduersis aliquod caperet instrumentū. Et ipse tetendit super eā funiculū suū longitudinis septuaginta annorum, & cogitauit nō auertere manū suā à perditione. i. captiuitatē finire ante cōsummationē tot annorum, nec ante reædificabitur antemurale & murus qui pariter dissipatus est.

¶ Quæ portæ eius, & qui uectes quos dominus contriuit, ut prophetæ eius, non inuenirent uisionem à domino. THETH. Ca. XLIIII

DEfixę sunt in terra portę eius, perdidit & contriuit vectes eius, regē eius, & principes eius in gentibus non est lex & prophetę eius non inuenerunt visionē a domino. ⌋Portarum quoq; altitudo, uectiumq; firmitas inter illa numerantur, quæ uisu pulchra erant, & istæ portæ ciuitatis cum uectibus suis contritis atq; perditis in terrā defixæ sunt, pro causa quā alius ꝓpheta cōgemit, quia cōuersum est retrorsum iudiciū & iustitia longe stetit, & quia corruit in platea ueritas, & æquitas non potuit ingredi. Metaphoricos tn̄ regē, & principes: Legē & ꝓphetas uult intelligi. Nā quasi quæreres quas portas in terrā defixit, quos uectes ꝑdidit & cōtriuit. Regē, inqt, & principes eius in gentibus, non est lex, & ꝓphetæ eius nō inuenerunt uisionē à dn̄o. Et congrua satis trāsformatio, quia uidelicet ubi nō est rex, neq; princeps, ubi authoritate sua nō utitur lex, quę in gentibus non est, ubi ꝓphetis oracula cœlestia clauduntur, & dei uisiones subtrahuntur, sic est populus quasi ciuitas patens absq; portis & uectibus. Esa. 59 Princeps & lex quasi mœnia sunt ciuitatis

¶ Quomodo sederint in terra & conticuerint senes, & cinere capita sua consperserunt uirgines. IOTH. Caput XLV.

SEderunt in terra, conticuerunt senes filię Syon, consperserunt cinere capita sua. Uirgines Hierusalem accincti sunt cilicijs abiecerunt in terra capita sua virgines Iuda. ⌋Erecti prius senes filiæ Syon, & multa loquētes, nunc præcipitati, & fracto superbiæ cornu mutilati sederunt taciturni in terra: tantum ab illa deturbati quā habebant cōfidentia tēpli dn̄i, quantū à cœlo distat terra. Virgines Hierusalem uirgines Iuda cinere quod insigne dolorum est, cōsperserunt capita sua, & nō habentes spōsos quibus pararētur abiecerūt capita sua in terra, & ita completū est qd aliꝰ ꝓpheta prædixerat. Propter hoc sup adolescētulas eius nō lætabit dn̄s, & pupillorum eius, & uiduarum nō miserebit. Esa. 9.

Qui nunc dicit: Defecerunt præ lachrymis oculi mei, anteq̄ dixerat. Propterea da filios eorum in famem &c. CAPH. Caput XLVI.

DEfecerunt pre lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum super contritionem filię populi mei, cum deficeret paruulus, & lactens in plateis oppidi. ⌋Cum (inquit) deficeret paruulus & lactens, tunc defecerunt præ lachrymis oculi mei, & uiscera mea imo pietatis tumultu cōturbata sunt, & iecur meū quod sanguinis est fons, in terra effusum est. Quid enī? Nunquid poterat naturalis affectus carnis & sanguinis rationē sequēdo iudicij persistere in altitudine cœli? Dicebā anteq̄ hæc fieret, ꝓpterea da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij. Fiant uxores eorum absque liberis, & uiduæ, & uiri earum interficiantur morte. Hæc (inquam) & his similia dicebam, concordando per spiritum iudicio & iustitiæ tuæ. Iecur fons sanguinis Hiere. 18

At ubi mala ipsa uenerunt, & res oculis exhibita est: uicit pietas, & à supernis iudicijs relapsa in semetipsam uulnerata ruit natura.

¶ Quomodo infantes ad ubera pendentes fame cruciati, animas exhalabant.

LAMECH. Caput XLVII.

MAtribus suis dixerunt, vbi est triticum & vinum, cum deficeret quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhilarent animas suas in sinu matrum suarum. Quomodo interea lachrymas tenerent oculi? Mixta angustiæ simplicitate uel simplicitati angustia mřibus suis tabidis & fame marcescẽtibus dicebãt paruuli, ubi est triticum, ubi est uinum, ꝑ ætate nõ discernentes utrũ per laborem acquirere, an ex natura sua ꝓferre solerẽt matres triticũ & uinũ, & hęc dicẽtes in ipo eiulatu quasi uulnerati, imo uere famis aculeo transuerberati deficiebant, & ꝙ humanitati uisu intolerabile erat in sinu matrum suarum à siccis uberibus decidentes animas suas exhalabant.

¶ Quomodo Hierusalem impœnitentia sua nulli potuerit assimilari: & idcirco dicat quis medebitur tui

MEM. Caput XLVIII.

CVi comparabo te vel cui assimilabo te filia Hierusalem? Cui exequabo te & consolabor te virgo filia Syon? Magna enim velut mare contritio tua, quis medebitur tui? Nunquid ait Niniuitis cõparabo te. Non utiq, nam pœ-

Matth. 12 nitentiam egerunt, ad prædicationẽ Ionæ. Nunquid Tyro aut Sydonijs exequa-

Ibidem. 11. bo te. Non utiq, nec enim facta & dicta sunt in illis quæ facta & dicta sunt in te. Si in illis facta fuissent olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent. Tui ergo quis medebitur? Non ꝓfecto ipe si de cœlo uenerit medicorum medicus. Magna est uelut mare contritio tua, & quocunq accedit ad medendum persecutionum, & ipsius mortis in te patitur naufragium

¶ Qualiter prophetas mendaces, & ipsam quòd eos audierit, increpet.

NVN. Caput XLIX.

PRophetę tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebãt iniquitatem tuam, vt te ad pęnitentiam prouocarent, viderunt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones. Vbi nunc ꝓpheta tuus ille Ananias filius Azur, qui tulit catenam de

Hiere. 28 collo meo, & confregit eam, dicens. Hæc dicit dominus: Sic confringam iugũ Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium? Et cæteri prophetæ tui ubi sunt, qui dicebant: non uidebitis gladium & fames nõ erit in uobis, sed pacẽ dabit uobis dñs in loco isto? Dicebam ego, falso ꝓphetæ isti uaticinantur uisionem mẽdacem, & diuinationẽ fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetant uobis, & non audistis me. Ecce res ipsa probat, quia uiderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatẽ tuam medici tam imperiti quàm infideles: ut te ad pœnitentiam prouocarẽt.

¶ Illud quoque ad cumulum miseriarum accessisse, quòd transeuntes insultando plauserunt super eam.

SAMECH. Caput L.

PLauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam, sibilauerunt & mouerunt caput suum super filiam Hierusalem. Heccine est vrbs (dicẽtes) perfecti decoris, gaudiũ vniuersę terrę? Hæccine est inquiunt? O quanta mutatio rerum. Vrbs perfecti decoris, uniuersæ terræ gaudiũ, cui de uniuersa terra conue-

3. Reg. 10 hebatur aurũ, cui non erat argentũ, nec alicuius pretij putabatur quia classes eius ibant ꝑ mare deferentes aurum, tantaque illi erat argenti abundantia quanta lapidum: hæccine illa est? Hæc dicentes manibus plauserunt, ore sibilauerunt, caput suum super te mouerunt.

¶ Quàm uere insultauerint, cum & post septuaginta annos soluta seruitute ne reædificaretur ciuitas uehementer obstiterint.

AIN Caput LI.

APeruerunt super te os suum omnes inimici tui, sibilauerunt & fremuerunt dentibus, & dixerunt: deuorabimus. En ista est dies quam expectabamus inuenimus, vidimus. Dolenda exprobratio: Lamentabilis insultatio. Nam qd putas, quantum insultauerunt, q̃ uolentibus animis expectatum desolationis tuæ

1. Esdræ. 4: diẽ uiderũt, qui & post septuaginta annos, tã diutino miseriarum tuarum nondũ satiati spectaculo cũ soluta eẽt captiuitas, & exisset sermo ut reædificaret ciuitas, totis conatibus impedierũt regi Artaxerxi scribẽtes epistolas, ut mutaret ædictũ, insup armis parati ad opus impediendũ.

Quomõ

¶Quomodo illud non tam per Nabuzardan quàm domini iudicio factum sit, qui & per Moysen talia prædixit. PHE. Cap.LII

FEcit dominus quę cogitauit, compleuit sermonem suum, quem pręceperat a diebus antiquis, destruxit & non pepercit, & lętificauit super te inimicum, exaltauit super te cornu hostium tuorum. ⌋ Non(inquit) Nabuzardan aut ipse Nabuchodonosor rex Babylonis hæc fecit tibi, sed dñs ipse cogitauit, & ipse fecit. Quid em̃? Nunquid noui aliquid cogitauit? Nunquid non hęc tibi facere, id fuit sermonem complere quem præceperat à diebus antiquis? Nunquid non antiquitus præcepit Moysi: quia si audire nolueris uocẽ dñi dei tui, hæc & hæc uenient tibi, & ducet dñs te, & regem tuũ quem constitueris super te, in gentem quam ignoras tu & patres tui, & seruies dijs alienis?

Domini iudicio, non hominis potentia Hierusalẽ euersa

¶Quid clamauerit cor prophetarum qui hæc prædixerunt, & auditi non sunt clamã tes super muros filiæ Syon. SADE. Caput LIII.

CLamauit cor eorum ad dominũ super muros filię Syon. Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem, non dies requiem tibi, neq; taceat pupilla oculi tui ⌋ Clamauit cor eorum. Quorũ eorum? Nunquid hostium, quorum super te cornu exaltauit, aut inimicorũ quos super te lætificauit? Imo eorũ ad quos uel p quos ille sermo dñi factus est, quẽ præceperat à diebus antiquis, & nunc ipleuit. Eorũ, id est, Moysi & prophetarũ cor clamauit ad dominũ super muros filiæ Syon, tanq̃ speculatores dati ad annuntiandum, clamauerunt, ut auertereris ab impietate tua, & clamando suas saluauerunt animas, tu autem o filia Syon, quia clamorem illorum nõ audisti, ecce mortua es in iniquitate tua. Quare autem nõ dictum est, clamauit os eorum, sed clamauit cor eorum? Nimirum quia non negligenter clamauerunt, non more salutantium uerba dederunt, sed uolenti animo toto cordis affectu, profundo charitatis sensu clamauerunt, annũtiauerũt pphetauerunt: adiuuare uolentes, ut nequaq̃ dormientem te comprehenderet uelociter accurrentis periculi malum. Quare autem non dictũ est: clamauit cor eorũ ad Syon, sed clamauit ad dñm. Videlicet quia cũ clamore annuntiatõis, quo citare uolebant Syon, orõne quoq; clamabãt ad dñm, & de hoc ipso quod clamassent ad Syon, licet nõ exauditi, testem sibi faciebãt dñm. Dicebãt tibi: Deduc quasi torrentẽ lachrymas per diem & noctẽ, quo restinguere ualeas ire, & furoris ignẽ imminentẽ, non des requiẽ tibi, ne tanq̃ fur te cõprehendat ira dñi, neq; taceat pupilla oculi tui, quia lachrymarũ magis q̃ labiorum clamorem altissimus audit.

Corde clamauerunt prophetæ

Lachrymarũ potius Deus clamorem audit.

¶Quid sit ꝙ clamauerunt: Consurge, lauda in nocte, in principio uigiliarũ. Ca.LIIII.

COnsurge, Lauda in nocte, in principio vigiliarum, effunde sicut aquã cor tuum ante conspectum domini. Leua ad eum manus tuas pro animabus paruulorum tuorum qui defecerunt in fame, & in capite omnium compeditorum. ⌋ Consurge(inquam) & arma tua corripe, arma laudum, arma uigiliarum arma lachrymarũ, quid est effundere sicut aquã cor tuũ, & hoc ante cõspectũ dñi, ut fortissimũ dñm ordinata fortitudine tenere, & pietati pronũ flectere possis. Memento interea: Leuare ad eũ manus tuas, parũ quippe fortitudinis est in laude, in uigilijs, in lachrymarũ effusione, nisi porrigendo eleemosynã & cætera faciendo pietatis opera leues ad deum, leuesq; usq; ad cœlum manus tuas pro uita paruulorum tuorum. Hæc tibi clamantes, dicebant.

Arma pœnitentiæ

¶Quid clamet, dicendo: Vide domine quem uindemiaueris. Ca. LV.

VIde domine & considera quem vindemiaueris ita. Ergo ne comedẽt mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmę? Si occiditur in sanctuario domini sacerdos & propheta. ⌋ Hoc illud est, quod clamabat cor eorum pro te ad dominum, clamando & ad te super muros tuos filia Syon. Clamauit & adhuc. Vide domine inquiunt: Quare faciem tuã auertis? Si oculos misericordiæ conuerteris huc, & quod facis ipse uideris, ipse uisu tuo uulneratus satis pœnarum esse sumptum æstimabis. Ergo ne comedent mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ, & tu qui pius es durare uidendo poteris? Si occiditur in sanctuario domini sacerdos & propheta, & tua uidendo se continebunt uiscera? Hoc & illud, id est, famem & gladium uide: uide(inquam) quem populum, quem locum uindemiaris ita: neque enim populus longinquus, & locus est ignotus, sed gens tua & ciuitas sancta,

¶Q2 ad misericordiam diuina multomagis q̃ humana trahatur natura. Ca.LVI.

Iacuerunt in terra foris, senex & puer, virgines meę, & iuuenes mei ceciderunt in gladio. Interfecisti in die furoris tui, percussisti nec misertus es. Hoc uide, quia puer & senex foris in terra iacuerunt. Nonne ipsa humana natura trahit ad misericordiam in his ætatibus puerorum & senum? Ergo uide quomodo iacuerint, quantũ percusseris, nec misertus sis, multomagis enim diuina quàm humana natura trahitur ad misericordiam, & sine dubio misereberis uidendo quid feceris.

¶Quomodo id quod accidit quasi deo imputat. Ca.LVII.

Vocasti quasi ad diem solennem qui terrerent de circuitu & non fuit in die furoris domini qui effugeret, & relinqueretur, quos educaui, & enutriui inimicus meus consumpsit eos. Hæc oĩa uide & considera quid fecisti, & uidendo mẽte cõuulneratus, sine dubio reliq̃s cõsolaberis, captiuos tuos reuocabis.

¶Q2 tertio alphabeto propriam causam Propheta lamentetur: & cur hic iam singula elementa triplicentur, cum in cæteris simpla sint, Ca.LVIII.

Post uniuersalem generis humani, post communem unius gentis lamentationem: tertio demum singularem hoc loco suam captiuitatem Propheta lamentatur lamentationibus proprijs. Singularis autem & sua cuiusq; captiuitas est proprij peccati modus, propriæ tribulationis pondus. Hoc animaduerso, iam & illud quod quæri poterat citius occurrit, scilicet cur cum cęterarum lamentationum singulis alphabetum simplum huic soli triplum ascriptum sit. Nam tripla uiro huic lamentandi causa extitit, prima, quod ipse æque ut omnes homines in Adam captiuatus est. Secunda, quod se uiuente, se uidente, quàmuis hostium gratia reseruato, patria combusta, & gens sua captiuata est. Tertia q propriam frugalitatem nouerat, proprijs calamitatibus & omnimoda inter suos & à suis affectus fuerat. Disponamur ergo ad hoc alphabetum dociles pueruli, & ab isto lamẽtatore docti, sciemus singuli de causa tam propria quàm uniuersali, q uere lamentabilis sit.

Tertij alphabeti, triplicatæ literæ cur.

¶Quæ sit illa paupertas, quæ tenebræ, & quæ sint illæ manus, de quibus dicit.

ALEPH. Caput LIX.

CAP.IIII

Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. Aleph, Meminauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem. Aleph Tantum in me vertit & conuertit manum suam tota die. Ego (inquit) uir uidens paupertatem meam. Non dixit, ego uir pauper, parum enim dixisset. Nam uere omnis homo pauper est: Omnis homo in primo parente pauper est, gloria sua spoliatus, gloria dei denudatus est. Sed non omnis homo uidet: non omnis homo intelligit hanc ipsam paupertatem suam. Igitur quod satis est, quodq; imitabile foret, dicere maluit. Ego uir uidens paupertatem meã, uidens (inquã) in uirga indignationis eius, id est, ad uidendum pœna corruptiõis, & mortalitatis cõmonitus, qua pcussi sumus oẽs hoĩes ut moriamur, & quia percussi sumus oẽs infirmamur: & tandem puluis in puluerem reuertimur. ALEPH. Meminauit & adduxit in tenebras & non in lucem. Hoc mihi malum alterum ad communem paupertatem accessit, quòd minauit me, & non in lucem, sed in tenebras adduxit, ut uiderem gentis meæ tenebras, tenebras miseriarum densas, & conuolutas, super quibus congemiscens, dixit supra. Quomodo obtexit caliginem in furore tuo, dominus filiam Syon, & cætera. ALEPH. Tantum in me uertit, & conuertit manum suam tota die. Quid (inquit) dicam de mea causa propria de propriæ conscientiæ miseria? Cæteri uiuunt, cæteri quos uideo homines sunt. Et quicquid de illis sit, tantum de me scio, quia manum suam in me uertit, & manum suam non ad horã sed tota die in me conuertit. Quot in aĩa mea peccati uulnera tot manus eius in me sunt uulnera. Quot menti & corpori meo aduersa, tot in me sæuiũt manus eius flagella.

Pauperes cũ simus omnes nõ oẽs paupertatem uidemus.

¶Quomodo se in Adam mortalem factum in exustione Hierusalem felle cibatum in proprijs culpis deploret obtenebratum. BETH. Ca.LX.

Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam contriuit ossa mea. Propter ueterẽ Adam, uetustã fecit pellẽ, uetustã fecit carnẽ meã. In q̃ pellẽ meã uetustã fecit? In cõditiõe mortalitatis. In quo carnẽ meã uetustam fecit? In concupiscentia, & passione desiderij. In quo cõtriuit ossa mea? In eo q̃d non q̃d uolo bonum hoc

Roma. 7

ago

ago, sed quod nolo malum illud facio. Ossea in me ratio est, & ossea, id est, bona uoluntas: uri de condelector legi dei secundũ interiorẽ hominẽ. Sed hæc eadẽ ossa mea contriuit, pugnaci lege peccati, quæ est in membris meis iuste superducta. BETH: **Aedificauit in gyro meo, & circundedit me felle & labore** Propter illam uetustatem & contritionem omi humano generi superductam, ædificauit ædificiũ calamitatis in gyro meo: in populo meo famem & gladium & ignẽ conuocauit, & stare fecit in circuitu meo. Et circundedit me felle & labore, felle amaritudinis & tristitiæ in mente, labore carceris & inediæ in carne. Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu, persequimini & persequamur eum. Cæsum etiam in carcerem miserunt me, in lacum in quo non erat aqua proiecerunt me, ut morerer ibi fame. Hiere.20 Hiere.37 BETH. **In tenebrosis collocauit me: quasi mortuos sempiternos.** Præterea in tenebrosis propriæ conscientiæ collocauit me, certũ enim de propria salute non sinit me esse, ut me arbitrer comprehendisse, semperq; suspectus sum in timore iudicij superuenturi, ut non magis præsumam de salute quàm præsumere possunt mortui sempiterni quos propria conscientia reatus quotidie morti sempiternæ addicit. Nullo enim iustior sum nisi per gratiam dei, nisi per gratuitam misericordiam uocantis & iustificantis quos uult. Roma.8

¶Q. in Adam in inimicitias dei ruens, in præsentibus malis ciuitatis desolatus, & in proprijs passionibus, quasi sagittis percussus sit. GIMEL. Caput LXI.

Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meam. Quid aduersum me circumædificauit? Vtique parietem inimicitiarum propter Adã æmulum suæ diuinitatis: sumus enim secundum illum ego & patres mei natura filij iræ sicut & cæteri. Non egrediar parietem istum, aggrauauit enim compedem meam, nec nisi in deo meo transgrediar murum. GIMEL. **Sed et cum clamauero & rogauero, excludet orationem meam.** Non solum illud cõmune habeo quod doleã, sed & hic dolor est recens dũ uideo gentis meæ captiuitatẽ pro qua clamare quidem & rogare possum, sed cũ clamauero non exaudiet, donec impleatur numerus septuaginta annorum: usque ad illum terminum exclusit orationem meam GIMEL. **Conclusit vias meas: lapidibus quadris semitas meas subuertit.** Præter illa quæ extrinsecus sunt, domi uias meas conclusit: in conscĩetia propria semitas meas subuertit. Volo in terra positus corpore conuersari in cœlis mente: cupio gustatam domini saturitatem plenius apprehendere. At ille admissis tentationibus, permissis cogitationum fluctibus, circumuallauit me, imo ut me potius accusem, peccata propria quasi quadros lapides peccatrici obducit conscientiæ, atque hoc modo uias meas conclusit, semitas meas subuertit, ut in cõtemplandam eius gloriam currere non possim.

¶Quomodo homini præuaricatori deus factus est ursus insidians, quomõ idcirco semitas eius subuertit pronas in malum. DALETH. Ca.LXII

Vrsus insidians factus est mihi: Leo in absconditis. Mira doloris acerbitas: mira lamentationis asperitas. Quis nam ursus insidians: quisnam leo in abscõditis tibi factus est? Deus fortissimus spirituum: deus cognitor omniũ. Quomodo ursus tibi aut leo factus est? Vbi uel quando insidiatus est? In paradiso, ubi mecum, id est, cum patre meo Adã loquebatur serpens: ubi Euã mittebat ad Adã diabolus qui ingressus fuerat serpentẽ. Tacuit dũ ille loqueretur, siluit dũ homo illi assentiretur: peractoq; sacrilegio, iratus uelut ursus ex insidijs, uelut leo prodijt de absconditis & dixit: Adam ubi es? & cætera. Nonne quasi insidias eius scriptura innuit per similitudinẽ meridianæ dormitionis? Ait enĩ: Et cũ audisset uocẽ dñi dei deambulantis in paradiso ad aurã post meridiẽ Ergo ne iniuste egit qui quasi toto meridie dormiens tacuit, & peracto crimine quasi tunc primum euigilans de absconditis suis ad interrogandum processit? Non utiq;, nam ante premonuerat, dicens: Quocunq; die comederitis ex eo morte moriemini. DALETH. **Semitas meas subuertit & confregit me: posuit me desolatam.** Propter illud uniuersale malum ecce hodie, meas, id est, gentis meæ semitas subuertit, semitas prauas, semitas in malum pronas: & in manu regis Babylonis, confregit me ferro, fame, & igne: Posuit me desolatam, uidelicet septuaginta annorum captiuitate. Desolatam cum dicit in persona. Gene.3. Gene.2.

Hierlm

Hierusalem præsens captiuitatis malū euidenter plangit. DALETH. [Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.] Hoc de propria persona loquitur, hoc de propria conscientia gemit. Nam & foris corporaliter ita passionibus expositus fuerat, ut recte quasi signum ad sagittam positum se esse gemat, & intus in anima, quamuis iustus esset multum erat, quod tentationum sagittis patebat. Vnde Psalmista. Quoniā sagittę tuæ infixæ sunt mihi. Et cætera.

Iustus tum foris, cum intus pugnas gerit

Psalm. 37.

¶Q̄uo in Adam sagittis libidinum conuulneratus, in prophetando imminentē captiuitatē à populo suo derisus, carceribus, & inedia amaricatus sit. HE. Cap. LXIII.

Misit in renibus meis filias pharetrę suę.] Certum catholicæ fidei tenet auctoritas, quia nisi admissa fuisset præuaricationis culpa, nō fuisset carni hominis rationalis inuecta bestialis uoluptas. Ita cōditus homo fuerat, ut spiritus carni dominaretur, si tamen spiritus ipse dominatori deo permaneret subditus, & perinde homo ad generādum nō libidine, sed ratione duceretur. Si enī spūs deo subditus esse renuit, & iccirco carni subditus est. Atq; ita homo comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Dicat ergo in persona generis humani. Misit in renibus meis filias pharetræ suæ, id est concupiscentiæ passionibus exposuit me, per ineuitabiles sententias iustitię suæ. HE. [Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die.] Videlicet dū dico, hæc dicit dominus, neniēt Chaldæi, ueniet Nabuchodonosor rex Babylonis, deriserūt me, cantantes cōtra me tota die ueritatem prophetiæ, quasi uerba deridentes insaniæ, erroris atq; amentiæ. HE. [Repleuit me amaritudinibus. inebriauit me absinthio.] Ipsis quidē ad publici mali cumulū profecit risisse cū malefecerint, & cātasse in rebus pessimis, sed & me repleuit amaritudinibus plagarum, & carceris atq; inediæ, & inebriauit me absinthio timoris & doloris atq; tristitiæ.

Psalm. 48.

¶Quomodo in morsu primi hominis dentes suos perdiderit in obsidione ciuitatis, dum loqueretur pro illa in conspectu domini anima eius repulsa sit, in propria conscientia de meritis suis timuerit. VAV Caput LXIIII.

Et confregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.] Notum est, quia dentes hominis propter peccatum deus confregit, mouentur enim & excidunt senibus curuis & aridis. Et siquidem in aliquo firmiores usq; ad terminū uitæ consistunt, ut in Moyse de quo scriptū est, qa dētes illius nō sunt moti, attñ in sepulchro confringuntur, ubi putredo ossa quoq; consumpserit. Sed nunquid sic deus solos hominis dentes confregit? Nonne & omnes artus & ossa omnia confregit, & in puluere redigit? Quare ergo de solis dentibus dixit? Nimirum quia dentibus homo primum peccatum perpetrauit, dum ligni uetiti fructum momordit. Igitur dentes meos (inquit) ad numerū confregit, & cinere me cibauit, quia propter morsum genus humanum morte confregit, & in cinerem redire iussit. VAV. [Et repulsa est anima mea, oblitus sum bonorum.] Præter illud uniuersale, malum ecce in præsentiarum ciuitate obsessa, inter famem & gladium pereuntibus & periclitantibus filiјs populi mei, dum starem in conspectu eius, ut loquerer pro eis bona, repulsa est anima mea, non exaudita est oratio mea. Multa patribus nostris præstitit bona, sed præ multitudine malorum præsentium oblitus sum bonorum præteritorum. VAV. [Et dixi: Periјt finis meus, & spes mea a domino.] Ad illa mala cōmunia metus mihi additur iuditiј & iustitiæ dei, quia uidelicet si absq; misericordia iudicer, periјt finis meus & spes mea a domino. Hoc ego dixi Psalmistę consentiens dicenti. Quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.

Dētes quoq; ob peccatū excidunt.

Deute. 34.

Psalm. 142.

¶Q̄uo deū rogat recordari primæ transgressionis, & qd pœnarū inde prouenerit, & q̄ ex eo speret sibi futura bona, qa p̄sentia mala recipit. ZADI Cap. LXV.

Recordare paupertatis & transgressionis meę absinthiј & fellis.] Postquā iratus es (inquit) peccāti homini misericordiæ recordare, quia pro peccato unius hominis multū est pœnarū, multū paupertatis & absinthiј & fellis. Paupertas mortalitas corporis est. Absinthium & fel mors animæ est. Horū si recordatus fueris multū pœnarū sumptū esse miscdia æstimabit. Qd sciens alius dicit. Vtinam appēderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas in statera. Quasi harena maris hæc grauior appare-

Iob. 6.

apparebit. ZADI. [Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.] Malorum quæ uidi, malorũ ciuitatis & populi, famis, gladij, atque ignis memoria memor ero ita ut nulla memoriã hanc deleat consolatio, & continuo dolore continua tristitiæ pœna tabescet in me anima mea. ZADI. [Hoc recolens in corde meo.] Subaudit afflictione diuina crutiabor, & iccirco cõsolationẽ sperabo in illa cęlesti pãtria, quia recipio mala in uita mea.

¶Quòd gratuletur nõ æque hominẽ ut diabolũ, propter pctm̃ suũ derelictũ, & quod post noctẽ Babyloniæ captiuitatis, mane libertatis futurum sit TETH. Ca. LXVI.

Misericordię domini, quia non sumus consumpti, quia nõ defecerũt miserationes eius.] Cũ (inquit) & angelus & homo peccauerint, angelus qui factus est diabolus, & cõplices eius angeli consumpti sunt, nec em̃ requirẽdi sunt in æternum, & om̃es ab illis miserationes domini defecerunt: nunquàm enim deus miserebit illorũ. Non ita nos hoĩes consumpti sumus, sed nobis deus in ira misericordiæ suæ recordabitur. Grates ergo misericordiæ domini, quia circa nos misericordia iudiciũ. Superexaltauit. TETH. [Nouę diluculo, multa est fides tua.] Nõ inquã defecerũt miserationes eius, sed quasi diluculo nouæ consurgẽt post exactã tenebrarũ præsentiũ noctẽ. Quã ob causam? Multa est fides tua. i. multi sunt quorũ fides meretur, ut post istam caliginẽ qua obtecta es in furore domini o filia Syon, nouarum tibi miserationum diluculum consurgat. TETH. [Pars mea dominus dixit anima mea, propterea expectabo eũ.] Nũc (inquit) ad me redeo, ad quem factum est uerbum domini dicẽs. Non accipies uxorem & non erunt tibi filij & filiæ in loco isto, & cætera. Hæc audiens anima mea, dixit: pars mea dominus, propterea expectabo eum, id est alij qui uolunt soliciti sint, & turbentur erga plurima, mihi est unum necessarium, propterea unum expectabo dominum, reiecta solicitudine terrenorũ, quæ multa sunt. Hiere. 16.

¶Quomodo qui seueritatẽ exercendo in Adam iustus sit bonus, sperantibus in eũ, & quomodo captiuis Babyloniæ bonũ sit non murmurare, sed expectare salutare domini cum silentio. TETH. Ca. LXVII.

Bonus est dominus sperantibus in eum, animę quęrenti eum.] Ne desperes o tu aliquis reputans seuerum nimis esse dominum, eo quòd tam uehementer primis hominibus fuerit iratus propter causam exiguam aut uilem, id est, propter uetiti ligni non grande pomũ, quia bonus dominus sperantibus in eũ, & sperando confitentibus reatum suum, quod illi primi homines non fecerunt, bonus inquã dominus animæ quærenti eum, quem non quæsierunt illi, quinimo fugientes faciem eius in medio ligni paradisi, sese absconderunt. Quid porro illis est qui sperant in eũ qui nõ quærunt, sed fugiunt eum. Nõne & illis est bonus? Imo iustus. Et quidem si iustus est & bonus ueruntamen aliud secundum quod bonus, aliud operatur secundum quod est iustus. Nam bonus & iustus hoc differunt, quòd misericordia & iudicium. Bonus quippe sperantes in se & quærentes se per misericordiã saluat, iustus desperantes, & se fugientes per iuditiũ damnat. Spera ergo in domino, & fac bonitatem, quia bonus dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. TETH. [Bonum est cum silentio pręstolari salutare domini.] O uos captiui, qui & iuxta præsentem hystoriam per annos septuaginta super flumina Babylonis, sedebitis & flebitis dum recordabimini Syon, quia bonũ est cum silentio expectare salutare domini. Nolite murmurare, quòd post illam uniuersalem generis humani captiuitatem, ista quoque uobis captiuitas accesserit, sed cum silentio & humilitate salutare domini Christum deum præstolamini, qui antequàm in carne ueniat Babylonia captiuitate uos absoluet, & cum in carne uenerit totius mundi huius captiuitatem in libertatem gloriæ filiorum dei conuertet. TETH. [Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.] Quod uniuersaliter de omni genere hominũ, in hoc mundo peregrinantiũ quod cõiter dico de præsenti captiuitate nostræ Syon, hoc & singulariter dixerim de unoquoque uirorum, quia bonum est ei cum portauerit iugum ab adolescẽtia sua, id est cum sese in omnibus humiliauerit, non reprehendendo dei iudicia. Cũ in multis alijs, tum maxime in istis cõcisionibus singulæ sententiæ proprijs præscriptionibus ipsa uoce congruunt. Nã Teth interpretatur bonũ, & singulæ sententiæ id pręedicant, quod uere sit bonum.

Bonus deus agnoscẽtibus peccatũ suũ. Gene. 3.

Psalm. 36.

¶Quo-

¶Quomodo diuersus sit a primo homine is, qui sedet solitarius, & leuat se super se, & quomodo in illa captiuitate sit tacendum, si forte sit spes ut reducatur quæ in Babylonem ducta est. IOD. Cap. LXVIII.

SEdebit solitarius & tacebit, quia leuabit se super se.] Talis utique ad nouũ pertinebit hominẽ, non ad illum ueterem qui noluit solitarius sedere & tacere, consilium ineundo cum illo susurratore & deceptore antiquo serpente. Nunquid eñ ille solitarius aut taciturnus sedit & leuauit se super se, ad deum qui super se erat tota suspensus mente? Non utique, nam econtra ad susurriũ bestiolę reptantis super terram, incliuauit se IOD. [Ponet in puluere os suũ, si forte sit spes.] Non in cælo, sed in puluere ponet os suũ, audiens dicentem sibi magistrũ bonum. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Hoc faciendo expectabit humiliter si forte sit spes. Dicet eñ: Quis scit si conuertatur & ignoscat deus, & relinquat post se benedictionem? Nimirũ hic ego sum. Ponam in puluere os meũ, dicendo: Iustus es domine, & rectum iudicium tuum, si forte sit spes, si forte reducatur captiuitas, eruta uelut torris de igne, quæ nũc in Babylonem ducta est. IOD. [Dabit percutienti se maxillã, saturabitur obprobrijs.] Se inquam percutienti dabit maxillã, nõ percutiens gentem suam, proprijs non alienis saturabitur obprobrijs. Nã hic laudabilis patientia, illic reprehensibilis est mẽtis duritia. Faciet hoc modo quicũque portauit iugũ ab adolescẽtia sua. Quis autẽ hominũ iugũ paratior homine illo portauit, qui cum in forma dei esset, nõ arbitratus est rapinam esse se æqualem deo. Sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens in similitudine factus est hominũ, & habitu inuẽtus est homo? Humiliauit seipsum factus obediens usque ad mortẽ, mortẽ autem crucis, Ille ergo singularis patientiæ, dabit percutienti se maxillã, imò & iuxta prophetã aliũ, dabit corpus suũ percutientibus, & genas suas uellentibus, faciem suã nõ auertet ab increpantibus & cõspuentibus, & eiusmodi saturabitur obprobrijs, nec enim in uitijs, sed præ nimia dilectione nostri, sic illa suscipiet tanquam panem saturitatis. Singuli quoque nostrũ persecutionẽ pro iustitia patientes, demus percutienti maxillã, & saturemur obprobrijs, uidelicet libenter accipiẽdo mala pręsentia, ut futuris saturemus bonis.

Matth. ij. Ione. 2. Psalm. 118. Phili. 2. Esaiæ. 50. Mala toleranda patienter.

¶Quõ q Adam de paradyso emisit nõ repellit in sempiternũ, sed iterũ miseret & reducit de Babylonia captiuitate, & qui quenque humiliat non ex toto abiecit, sed contra quẽ corripit, diligit, & quẽ flagellat, recipit. CAPH Ca. LXIX.

QUia non repellet in sempiternũ dñs.] Dixi supra, quia bonus est dominus sperantibus in eum & quo respectu dixerim si quæras: ecce nũc dico, quia nõ repellet in sempiternũ. Reppulit ad tẽpus, dicendo: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est sciens bonum & malũ, uidete ne forte sumat de ligno uitæ, & uiuat in æternum, sed nõ repellet in sempiternum. Adhuc requiret plasma suum, & omnia trahet ad seipsum. Gladium repellentẽ, gladiũ flammeũ, quẽ posuit ante paradysum quandoque uersabit & dabit nobis edere de ligno uitæ gratis. CAPH. [Quia si abiecit & miserebitur secundũ multitudinẽ misericordiarũ suarum.] Dixi, & uerũ dixi bonũ esse pręstolari cum silentio salutare domini, quia & si abiecit, & si altare suum reppulit, etiam miserebitur, ut soluta captiuitate Hierusalem reædificetur, templũ restituatur. CAPH. [Nõ enim humiliauit ex toto corde suo, & abiecit filios hominis.] Dixi inquam & uerũ dixi bonũ esse uiro cũ portauerit iugũ ab adolescẽtia sua, nã & si singulos filiorum hominis humiliauit, quorum primus in nũero ego sum, ex toto corde suo nõ humiliauit, nõ totũ ex ira prodijt, quod humiliauit uel abiecit, sed utiliter laboribus nos erudit, sicut scriptũ est. Quẽ enim elegit dominus corripit, flagellat autẽ omnẽ filiũ quẽ recipit.

Gene. 3. Hebr. 12.

Quomodo iustum cum impio conterere, iudicium uiri declinare, hominem in iuditio peruertere dominus ignoret. LAMED. Ca. LXX.

ET cõteret sub pedibus meis omnes vinctos terrę Lamed, vt declinaret iuditiũ viri in conspectu vultus altissimi, Lamed. Ut peruerterent hominẽ in iuditio suo dominus ignorauit.] Iccirco dixi dominus bonus est, quia hæc & hæc facere ignorauit. O laudabilis ignorantia, o pura simplicitas, & simplex diuinitatis puritas. Omes iunctos terræ sub pedibus suis indiscrete cõterere. Verbi gratia: Cain & Abel

& Abel, Iacob, & Esau ignorauit, & alios per gratiam saluare, alios per iustitiam conterere nouit. Declinare iudiciũ uiri ignorauit in conspectu uultus altissimi: & tres pueros in camino ignis illæsos conseruare sapiens iudex nouit. Peruertere hominẽ, id est de recto peruersum facere in iudicio suo ignorauit, & de peruerso rectũ & iustum facere nouit. Dani. 3.

¶ Quàm reprehensibile sit si dicat quis fieri aliquid, domino non iubente, Si dicat ex ore altissimi nec bona nec mala egredi, murmurans pro peccatis impudo fatali necessitati. MEM. Cap. LXXI.

Quis est iste qui dixit vt fieret domino non iubente? Mem. Ex ore altissimi non egredientur nec bona nec mala. Mem. Quid murmurauit homo, viuens vir pro peccatis suis? ⌋ Cum dominus tam bonus sit, quis est iste ponens fortunæ mensam, & dicens, hoc uel illud fiet domino non iubente? Cum eñ dicit casu uel fortuitu hæc uel illa contingere: aut certe stellis ascribit causas mortis uel uitæ humanæ, putatq́ horum quippiam fieri domino non iubente: quis est iste? Deniq́ nullus est, omnino quasi nõ sit ignorandus. Cum dicit, ex ore altissimi non egredientur, nec bona nec mala, sed casu reguntur omnia, quis illum scire dignetur, quis notũ habere debeat? Nullus quippe sensus aut rationis est, putare quòd altissimus nõ curet humana: pro eo maxime ꝙ hoc tempore templum tam pulchrũ destructũ est, & deserta facta est tanti nominis ciuitas. Præterea quid murmurauit homo, quid murmurauit uiuẽs uir pro peccatis suis, dicẽdo, cogi se ad peccatũ necessitate fatali. Fortunæ mẽsam ponere. Cogitur peccare nemo

¶ Quòd potius redeundum sit ad cordis discretum: & cum bonis operibus facienda confessio peccatorum. NVN. Cap. LXXII.

Scrutemur vias nostras, & queramus, & reuertamur ad dominum. ⌋ Anathematizemus pessimam hãc desperatoris sectam, potiusq́ uias nostras, id est sctãs scrutemur scripturas: & credentes illis testantibus quod deo cura sit de nobis. Quæramꝰ & reuertamur ad dominũ, quia sicut supra dixi, bonus est dominus sperãtibus in eũ, animæ quærẽti illũ. NVN. ⌊ Leuemus corda nostra cũ manibus ad dñm in cœlũ ⌋ Nõ inquã desperemus, sed leuemus corda cũ manibus. i. fidẽ habeamꝰ cũ bonis operibus. Ita fiet, ut ex ore altissimi, ex ore dñi q̃ est in cœlis, post mala nostra q̃ cõmeruimus bona eius egrediãtur, cõuertatq́ captiuitatẽ Syon: & nos simus sicut cõsolati, & de bonis oris eius gaudio os nostrũ repleat. NVN. ⌊ Nos inique egimus, & ad iracundiã prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es. ⌋ Nõ dicamus singuli, Fatũ me constringit, necessitas q̃ in stellis fixa est me cõpulit: nõ eñ creatura dei mala est, sed nos inique egimus: nostrũ quisq́ peccati dñm collo suo sponte adduxit. Atq́ hoc mõ te deus ad iracũdiã prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es, nec statim liberas liberari uolentes, & aduersus peccatũ pugnantes.

¶ Quomodo in primo hoĩe deus humanũ genus percusserit, & in manũ inimicorum traditos non exaudierit SAMECH. Cap. LXXIII.

Operuisti in furore, & percussisti nos: occidisti, nec pepercisti ⌋ Nõ ita est, ut dixit iste nescio quis, ex ore altissimi nõ egrediẽtur nec bona nec mala: sed egressa sunt ex ore tuo iudicia iusta, & pro causa uel ratiõe certa, tu in furore propter peccatũ Adæ operuisti, & ꝑcussisti nos: occidisti nec pepcisti. i. pariete inimicitiarũ opposito & in aĩa morte iusta & in corpore mortalitatis pena ꝑcussisti nos. Ita occidisti, nec pepercisti. SAMECH. ⌊ Opposuisti nubẽ, ne trãseat oratio. ⌋ Ecce & in afflictione pñsenti nubẽ peccatorũ nostrorũ tibi opposuisti, scelerũ nostrorũ dẽsitatẽ corã facie tua posuisti & idcirco fame uel gladio pereũtiũ post ignẽ q̃q́ Babyloniũ in captiuitatẽ migrantium, clamorẽ uel orationẽ nõ exaudisti. SAMECH. ⌊ Eradicationẽ & abiectionẽ posuisti me in medio populorũ. ⌋ Præter illa uniuersalia uel cõmunia mala illud mihi accessit, q̃d me cui dixeras, Priusq̃ te formarẽ in utero, noui te, & anteq̃ exires de uulua, sanctificaui te, posuisti in medio populorũ uelut eradicationẽ, & abiectionẽ, uelut uitiosum aut uenenatũ gramen, quod ne ipsam terram corrumpat, eradicatur & abijcitur. Ita me homines oderunt, exprobrauerunt & eiecerunt nomen meum tanquam malum. Orationẽ peccata non admittunt. Hiere. 1.

¶ Quod electis nunquam ab initio inimici defuerint, & ꝙ prophetis ipsa prophetia tribulationis causa fuerit. PHE. Cap. LXXIIII.

Inimicorum omnium capita.

APeruerunt super nos os suum omnes inimici. ⌋Ab initio seculi inimici nobis fuerunt diabolus & angeli eius inuisibiles: Cain & oẽs sequaces eius inimici uisibiles. Omnes undiq; super nos os suũ aperuerũt, sæpe nos expugnauerũt, sæpe supra dorsum nostrũ fabricauerunt. PHE.⌊Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio & contritio. ⌋Hoc est præsentis quoq; tẽporis lamẽtabile malũ, quod dũ uaticinamur, hæc dicit dñs, & hæc uerba mandauit dñs, & hæc ait dominus: Dabo Sedechiam regẽ Iuda & seruos eius, & populũ eius in manu regis Babylonis: propter huiusmodi uaticinationem formidamus, illaqueamur, cædimur, & in neruum mittimur atq; omnibus malis conterimur. PHE.⌊Diuisiones aquarum adduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei. ⌋Igitur mala undiq;, mala foris & intus. Foris formido & laqueus, & contritio pro uaticinatione: intus dolor & gemitus pro uaticinationis effectu & uerita te, pro filiæ populi mei contritione.

Hiere. 2j.

¶Q uniuersalẽ generis humani ruinã, in quã per Adã incidit, & p̃sentẽ gẽtis suæ captiuitatẽ, & propriã fleuerit fragilitatẽ. AIN. Cap. LXXV

OCulus meus afflictus est, nec tacuit, eo q non esset requies. ⌋Oculus meus oculus interioris hois, oculus cordis qui ad uidendũ deũ creatus est, uidens dolorẽ suũ afflictus est, nec tacuit: grandẽ quippe habet uocẽ, & disertã linguã rationis. Quare afflictus est? Eo q non esset requies: eo q propter culpã primæ præuaricationis ad laborẽ natus esset. AIN.⌊Donec respiceret & videret dñs de cœlis ⌋Nõ tacuit idẽ oculus meus donec dñs de cœlis respiceret & uideret, cuius respectus & uisus & antiquæ captiuitatis solutio, & p̃sentiũ captiuorũ qui in Babylonẽ ducti sunt consolatio est. AIN.⌊Oculus meus deprædatus est animã meã in cunctis filiabus vrbis meæ. ⌋Hoc maxime euidens proprij doloris lamentũ est. Nam quis oculus meus, nisi oculus cõcupiscentiæ deprædatus est animã meã? Subdendo quippe in cunctis filiabus urbis meæ, satis expressit oculum concupiscentiæ, oculum uagum, oculum captiuum, & captiuatorem infelicis animæ. Nam cum quinq; sint fenestræ nostræ per quas mors ingreditur, id est quinq; sensus corporis per quas mors in animam intus tanquã fur aut prædo ingreditur, omniũ ad eiusdẽ mortis opus uisus efficacissimus est. Notandũ duas hic literas, Phe & Ain, ordine p̃posteras esse. Prius nempe Ain, posterius Phe in ordine alphabeti esse debuit. Nec uero ab re factũ est. Nã Ain fons interpretatur siue oculus: & idcirco huic elemẽto magis cõgruit oculus meus afflictus est, oculus meus depredatus est animam meam.

¶Q primum hominem diabolus quasi auem uenatione ceperit, & q preterea intus in mente multos tentationũ fluctus ptulerit. ZADI. Cap. LXXVI.

VEnatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis. ⌋Inimici mei, diabolus & angeli eius gratis odientes me: in uno homine me & omne hominũ genus ceperunt uenatione, decipula ligni cõcupiscentiæ. ZADI.⌊Lapsa est in lacũ vita mea, & posuerũt lapidẽ super me. ⌋Præter illã uniuersalẽ mũdi captionẽ lapsa est in lacũ uita mea, summiserũt eñ in funibus me in lacũ, in quo nõ erat aqua sed lutũ & descendi in cœnũ, & quantũ in ipsis erat, posuerũt lapidem super me, præfinito cõsilio ut morerer ibi fame. ZADI.⌊Inundauerunt aquæ super caput meũ, dixi: perij. ⌋Præter illa quæ foris passus sum, intus in mente inundauerũt aquæ & fluctus tentationũ, & pene à spe decidens, dixi: perij, iuxta quod loquitur & alius: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

Hiere. 38

Roma. 7

¶Quomõ nõ desperãs inuocauerit, & qũo orare nõ desinat pro his q ducti erant captiui, & qualẽ consolationẽ diuino responso accepit. COPH. Cap. LXXVII

INuocaui nomen tuũ dñe de lacu nouissimo. ⌋Vere nõ desperantis, sed inter spem & metũ pugnantis est, dixisse, perij: & tamẽ inuocare nomen domini. Sane lacus nouissimus peccatũ originale est, quia quisquis illo tenetur sine dubio à deo separatus est, nec incerta dãnatione cõcluditur. Illo tã iste qui hæc loquitur, q̃ oẽs homines ante aduentũ Christi tenebantur: & idcirco de lacu nouissimo nomen domini se inuocare recte profitetur. COPH.⌊Vocẽ meã audisti, ne auertas aurẽ tuã a singultu meo, & clamoribus. ⌋Audisti inquã, sed iã audisse se, nõ statim exaudisse est. Nã per oĩa penetrantẽ scientiã audisti

ut per

ut per grām exaudias orandus es, esto exorabilis altissime cognitor, depressæ ac pene sepultę nostræ captiuitatis. COPH. [Appropinquasti in die, quando inuocaui te, dixisti, ne timeas.] Tuum quippe est appropinquare pro re, pro uniuersa quātitate calamitatis & miseriæ, propter quod & alius: Iuxta est (inquit) dñs his qui tribulato sunt corde. Dixisti, profunda uulneratus cōpassione, dixisti, inquā, ne timeas, quæ paternæ uel maternæ dulcedinis uox est consolatoria. Psal. 33.

¶Quomodo iudicium postulet, qui mala quæ pertulit se commeruisse conscius non est. RESCH. Cap. LXXVIII.

IUdicasti domine causam animę meę, redemptor vitę meę.] Iudicasti plane clementi iudicatiōe causam animæ meæ, quę iudicatio, redēptio est uitæ meę. Vnde Psalmista: Iudica me deus, & discerne causam meā, de gente nō sancta. RESCH. [Vidisti dñe iniquitatē aduersum me: iudica iudiciū meū.] Vidisti oculis qbus oīa uides, nec insinuatiōe tibi opus est, uidisti & scis iniquitatē aduersum me, illorum, pro qbus steti in cōspectu tuo, ut loquerer pro eis bona. Iudica ergo iudiciū meū, nec sine fructu perire patiaris laborē meū. RESCH. [Vidisti furorē omnē, vniuersas cogitationes eorum aduersum me.] Vt iā nō tantū de exterioribus loquar pressuris, omnē furorē cōtra q̄s postulo iudiciū, uniuersas cogitationes uisibiliū & inuisibiliū inimicorum meorum aduersum me tu uidisti, quia tu solus laborem & dolorem consideras, ut Psalmista dicit: Iudica ergo iudiciū meū, discerne causam meam. Psal. 47.

¶Aduersus eos qui malis studēt, & hostes sunt innocētiæ. SCHIN. Cap. LXXIX.

AUdisti obprobria eorum dñe, oēs cogitationes eorū in malū aduersum me.] Ex quo sanguis Abel iusti primā uocē clamoris ad te de terra emisit, cōtinuata generationis nequā aduersus generationē electorum tuorum obprobria tua audisti, nec opus est ut quis doceat te, q oīa scis. SCHIN. [Labia insurgentiū, & cogitationes eorū audisti aduersum me tota die.] Nō solū labia q̄ homo potuit audire, sed & cogitatiōes eorum audisti, imò & uidisti dñe, iuxta illud: Homo uidet in facie, deus aūt in corde. Tota die insurrexerūt: tota inquā die. i. nō ad horā, sed pseuerāter cogitauerūt, & locuti sunt aduersum me. SCHIN. [Sessionē eorū, & resurrectionē eorū vide.] Ego sum psalmus eorū. Vide inquā spectaculo dignā sessionē, & resurrectionē eorum, q̄ diuersa, q̄ dissimilis sit sessioni piorū, resurrectiōi iustorum. Nā pij uel iusti bene sedēt ut bene resurgāt. i. humiliantur ut exaltētur, iuxta illud: Surgite postq̄ sederitis q manducatis panē doloris: isti aūt nequissima sessione se summittūt in hypocrisi, ut decipiāt, & cū id effecerint, resurgūt atrociter, & tāquā pro uictoria in rebus pessimis exultāt. Nā cū ita resurrexerint, ego sum psalmus eorum. Vnde dicit caput omniū nostrū. Aduersum me loquebātur qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant uinum. j. Reg. 16 Psal. j. 36 Psal. 68.

¶Qꝫ non imprecando, sed cōcedendo dicit, Redde eis uicem. THAV. Ca. LXXX

REdde eis vicem dñe iuxta opera manuū suarū.] Non imprecantis animo, sed cōcedentis dico redde, sciens cōstantiā iustitiæ tuæ, de qua & Psalmista: Quia tu reddes, inquit, unicuiqꝫ iuxta opera sua. THAV. [Dabis eis scutum cordis laborē tuū.] Prima hæc erit redditio, ut obscures & claudas cordis eorū oculos, ne cognoscant te, quē cognoscere merces piorū est. Laborabis ipse, qui ad laborē misisti nos: laborabis inquā usqꝫ ad mortē in peccatis eorū: & hoc erit eis scutum cordis, ut nō credant in te, pro eo ꝙ te adeo laborasse audierūt. THAV. [Persequeris in furore, & conteres eos sub cœlis dñe.] Secūda hæc erit redditio, qua psequeris, & cōteres eos æterna contritione in nouissimo magni iudicij die. Psal. 61. Mat. 16.

¶Quomō omniū illorum q prophetas & iustos psecuti sunt crudelissimi ac pditissimi fuerint Iudæi, q Christū occiderūt, & qūo propter hoc obscurati & dispersi sunt. Cap. LXXXI.

HOrum omnium qui prophetas & sanctos omnes persecuti sunt, & incolatus eorū quo in hoc mundo peregrinantur, dolorem continuum persequendo auxerūt, eorum inquam omnium crudelissimi atqꝫ perditissimi Iudæi extiterunt, qui peregrinantem in hoc mundo dei filium pauperem & dolentem persecuti sunt, & percussum à patre obedientissimæ charitatis uulnere nequissima morte percusserunt, quemadmodum

dum ipse per prophetam iustam quærelam depromens, quoniam quem tu percussisti inquit persecuti sunt, & super dolorem uulnerum meorũ addiderunt. Damnationem illorum nouissime hic lamentator per iustitiam concesserat, dicẽs: Redde eis uicem domine, iuxta opera manuum suarũ: dabis eis scutum cordis laborẽ tuũ, persequeris in furore, & conteres eos sub cœlis domine: nunc iam per naturalẽ pietatis affectũ deplorat, sic incipiens. ALEPH.

Psal. 68.

CAP. IIII. ⌊Quomodo obscuratũ est aurũ, mutatus est color optimus: dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearũ.⌋ Dolentis pariter & admirantis est dicere, quomodo obscuratũ est aurũ: quomodo mutatus est color optimus. Aurũ coloris optimi, Iudæi erant, ex quibus salus est. Vnde aplus: Secundũ euangeliũ quidẽ inimici propter uos: secũdũ electionẽ aũt charissimi propter patres. Quomodo aurũ hoc mutato colore obscuratũ est? Quomodo cæcitas contigit in illis? Quomodo obscurati sunt oculi eorum ne uideant? Adhuc aũt cũ fuissent lapides sanctuarij, & ex illis ædificari cœpta fuisset domus dñi, quõ dispersi sunt in capite omniũ platearũ? Perdiderũt quippe suũ & locũ & gentem, & proiecti spiritualiter foras de sanctuario domini, ita ut sint dispersi in capite omniũ platearũ, id est principes uagantiũ, uel terrena quærentiũ, & cupidissimi omnium cupidorũ: corporaliter quoque in omnes gentes dispersi sunt, & captiui in singulis ciuitatibus, paruas plateas ad habitandum sibi locauerunt.

Roma. 11

Aurũ quõ mutatum Iudæis

¶ Quomodo Iudæi primo inclyti, & quo auro fuerint amicti, & quomodo nũc uasa testea sunt. BETH. Cap. LXXXII.

F Ilij Syon inclyti & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuũ figuli.⌋ Inclyti, inquam, filij Syon, & amicti auro primo erant. Quomõ, uel q̃ inclyti? Multũ inclyti, queãdmodũ aplus dicit: Quorũ adoptio est filiorũ, & gloria & testamentũ, & legislatio, & obsequiũ, & promissa: quorum patres ex qbus Christus secundũ carnẽ, qui est super oĩa deus benedictus in secula. Multũ ergo inclyti. Quomõ amicti auro primo? Nimirũ qa primũ credita sunt illis eloquia dei. Denique aurũ primũ lex & prophetæ sunt, quo uidelicet auro tantũ exterius amicti erãt: nõ eñ in dilectione cordis, sed in ostẽtatiõe oris illud habuerũt. Ecce ergo reputati sunt ut uasa testea opus manuũ figuli, confracti uirga ferrea regis à deo patre cõstituti, quia noluerunt eundem audire prædicantem præceptum domini.

Roma. 9

Roma. 3

Aurum primum quid

Psal. 2

¶ De crudelitate Lamiæ, id est gentis illius in cõparatiõe Lamiæ, qa filios suos occidit, dicẽdo, Sanguis eius super nos & sup, &c̃. GIMEL. Ca. LXXXIII.

S Ed & Lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos. Filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.⌋ Lamia monstrum animalis est, à laniãdo dictum. Attamen naturalem erga fœtus suos habet affectum. Idcirco nunc ait. Sed & Lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos. Et est sensus, Omes naturæ animantiũ omnium iumentorũ, & reptiliũ, & bestiarũ terræ, sed & Lamiæ, quæ nõ tã bestiæ q̃ mõstra sunt, naturalẽ erga fœtus suos habẽt affectũ. At uero filia populi mei nimium crudelis, ne saltem mammam nudauit infelicissimis catulis suis. Cui ergo poterit comparari? Vnũ est animal strutio, quod in similitudinem auis pennas habet, non tamen altius leuatur à terra, tantæ tamque obliuiosæ crudelitatis, ut proiecta in puluere oua sua derelinquat Huic similis est filia populi mei, speciem quidem uirtutis habens, sed uirtutem uolandi in altum nõ habens: crudeli animo plebeculam simplicẽ, quam ad æternã debuerat fouere salutem, in puluere perditionis obliuiscens. Parũ pro similitudine dictum est, sed non erat aliud monstrũ siue animal quod totius crudelitatis eius similitudinẽ exhiberet. Neque eñ filia populi mei posteros suos, ut struthio oua sua solũmodo derelinquit, sed isuper & occidit: dicẽdo: Sanguis eius super nos & super filios nostros. DALETH. ⌊Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. PHE. ⌊Qui vescebantur voluptuose, interierunt in vijs: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.⌋ Hæc tam corporaliter q̃ spiritualiter miseris acciderunt Iudæis, quibus nondũ natis, ut ante dictũ est, hæreditarius à crudeli matre sua synagoga derelictus est sanguis Christi. Legamus excidiũ miseræ Hierusalẽ, & uidemus parũ hic dictũ esse pro magnitudine famis & sitis. Porrò spiritualiter extunc usque hodie lingua lactentis

Lamiæ quid sint.

Struthio.

Mat. 27.

ctentis adhæret palato eius in siti, & non est qui panem frangat petentibus paruulis, nimiam quippe habent famem, & sitim audiendi uerbum dei, non ꝙ desiderent uerbum dei, sed qa malunt interire, q̃ frangere sibimet panem scripturarũ, ut uiuant ex medulla intelligẽtiæ spiritualis. Olim uescebantur uoluptuose, & nutriebantur in croceis, utpote filij regni, & propter fidẽ patrũ charissimi, nũc aũt intereunt in uijs malignis spiritibus oppositi, dũ amplexãtur stercora, id est, confidunt in carnalibus cerimonijs, quas & apostolus detrimẽtum facit, & arbitratur ut stercora.

¶ Quomodo maior effecta est iniquitas populi illius peccato Sodomorũ, & q̃modo dictum sit, & non ceperunt in ea manus. VAV. Cap. LXXXIIII.

ET maior effecta est iniquitas filię populi mei peccato Sodomorũ, quę subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus.⌋ Plane maior effecta est, maior culpa, maior pœna. Nã iniquitas Sodomorum quousq; progressa est? Et nõ ceperũt in ea, inquit, manus. Legimus ꝙ in ea dũ apud iustũ Loth hospitaret dñs, uallauerunt domũ à puero usq; ad senẽ, oĩs populus simul, & dixerũt: Educ uiros huc, ut cognoscamus eos. Magna iniquitas, sed nõ cœperũt in ea manus. i. nõ usq; ad effectũ opis progressum est scelus. Iniquitas aũt populi ciuitatis meæ quousq; progressa est? Cũ hospitaret in ea, & pascha celebrasset dñs, uallauerũt eũ, exeuntes cũ gladijs & fustibus, & cœperũt in ea manus: uidelicet eũ quem in Sodoma non cœperunt manus: cœperunt in quã, cõprehẽderunt, illuserũt, flagellauerunt, occiderunt. Ergo maior populi mei iniquitas peccato Sodomorũ, & idcirco maior & pœna. Nã Sodoma subuersa est in momẽto sine manibus, pplus aũt meus diu cruciatus, tandẽ subuersus est, tã suis q̃ Romanorũ manibus. Gene. 19. Mat. 26.

¶ Quomodo Nazarei gentis illius cãdidiores niue, nitidiores lacte, &c. fuerint & quorum facies modo denigrata sit. ZAIN. Cap. LXXXV.

CAndidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphyro pulchriores. CHETH. Denigrata est super carbones facies eorũ, & non sunt cogniti in plateis, adhesit cutis eorũ ossibus, aruit, & facta est quasi lignũ.⌋ Vere ergo mutatus est color optimus. Quãti eñ q̃ pulchri fuerũt, populi huius Nazarei? Nazarei, id est sancti eius, fuerũt Abrahã, Isaac, Iacob, Ioseph, Moyses, Samuel, & Dauid, & cæteri omnes sancti, qui per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiã, adepti sunt promissiones. Isti Nazarei candidiores niue, nitidiores lacte fuerunt. In niue sola est candoris pulchritudo: in lacte cum nitore est & saporis dulcedo. Parum ergo erat fuisse candidiores niue: nisi fuissent & nitidiores lacte, id est, parum fuisset propria sibimet mundicia candidos fuisse, nisi uenientibus ad se per sermonem suũ gustum præbuissent dulcedinis æternæ. Sed & cũ candidi & nitidi essent passionibus superadditis, quendã purpureũ traxerunt ruborẽ. Nam ludibria, & uerbera experti sunt, insuper & uincula & carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Ergo rubicundiores ebore antiquo, quod uidelicet os casti animalis est, & cũ fuerit candidum maiorem ex rubore pulchritudinem habet. Tandem saphyro pulchriores, id est cœlestibus mansionibus non indecentes. Nam saphyrus cœli sereni speciem habet, & ipsa specie bene cœlestes designat mansiones. Nunc autẽ denigrata est super carbonem facies eorũ. Quorũ eorum? Videlicet filiorum, qui de Nazareis patribus cum nati fuerint, & ipsi per fidem Nazarei esse debuerunt. Super carbones inquam denigrati sunt, id est omni gratia perdita, qua quondam uiuebant, extincti & obscura mentis cæcitate denigrati sunt. ¶ Et non sunt inquit cogniti in plateis. Quis eñ eos dignetur cognoscere, ꝙ semen Abrahæ sint? Dicitur in plateis, cantitatur eis in triuijs, semen Chanaan & non Iuda, pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa. Adhæsit cutis eorum ossibus, id est dediti sunt carnis sensibus. Cutis eñ, id est, exterior religio, quæ candere ut nix, nitere debuerat ut lac: aruit & facta est quasi lignum perdita uenustate fructuum delapsa pulchritudine foliorum. TETH. Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame, quoniam isti extabuerunt, consumpti a sterilitate terrę.⌋ Heb. 11. Nazarei denigrati. Ezech. 16.

¶ De horrenda Iudaicæ obsidionis fame, ubi manus inquit mulierum misericordium coxerunt filios suos. IOD. Cap. LXXXVI.

Manus mulierum misericordiũ coxerunt filios suos: facti sunt cibus eaꝶ in contritionem filię populi mei. Plane & absq; cunctatiōe melius, id est leuius fuit occisis gladio, q̃ interfectis fame. Nō modo qa cōpendiosius mortē perpessi sunt, uerũ qa plurimã ad augēdoꝶ sceleꝶ necessitatē euaserũt. Quantũ eñ fuit, quod dũ paulatim fame extabescũt, inter ipsos diræ cōsumptionis moras manus mulierũ misericordiũ coxerũt filios suos, & facti sunt cibus eaꝶ? Hoc eñ fecisse legit̃ mulier q̃dã Maria noĩe, genere & facultate nobilis: q̃ cũ reliqua multitudine Hierosolymis reperta cōmunē cũ omnibus obsidionis casum ferebat. Dolenda uere & lamētationi cōgruens ironia qua mulieres eiusmodi p̃ fame in insaniã atrociter cōuersas misericordes appellat. CAPH.

Compleuit dñs furorē suũ, effudit irã indignationis suę, & succendit ignē in Syō & deuorauit fundamenta eius. Vbi hæc secundũ furorem suũ dominus locutus est? In Moyse, inter multas & horrendas maledictiōes, quas utiq; prophetica ueritate cōminatus

Deut. 28 est. Homo inquit delicatus uita & luxuriosus ualde inuidebit fratri suo, & uxori q̃ cubat in sinu suo, ne det ei de carnibus filiorũ suoꝶ quas comedet, eo q̄ nihil habeat aliud in obsidione & penuria, q̃ uastauerint te inimici tui, intra oẽs portas tuas, &c.

¶ Quomodo nō crediderint prædicenti, q̄ hæc mala uentura essent eis, & ap̃lis eis clamauerũt, recedite, recedite, abite: & illi ad gētes cōuersi sunt. LAMED. Ca. LXXXVII.

Non crediderunt reges terrę, & uniuersi habitatores orbis, quoniã ingrederetur hostis inimicus per portas Hierusalē. MEM. Propter peccata prophetarũ eius, & iniquitates sacerdotũ eius qui effuderũt in medio eius sanguinē iustoꝶ. NVN. Errauerunt cęci in plateis, polluti

Psal. 2 sunt in sanguine. Cumq; non possent intrare, tenuerunt lacinias suas. Reges terræ & principes qui astiterũt & cōuenerũt aduersus dñm, & aduersus Christũ eius, imò & habitatores urbis, nō crediderũt q̄ propter pc̃ã prophetarũ eius, & iniquitates sacerdotũ eius, q effuderũt in medio eius sanguinē iustorũ, ingrederet̃ hostis inimicus p portas Hierl̃m. Non

Mat. 23. inquã crediderũt, cũ audirēt sibi p̄dicentē: Vt ueniat sup uos oĩs sanguis iustus, q effusus est sup terrã à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiæ, quē occidistis in-

Lucæ. 19 ter tēplũ & altare. Amē dico uobis: uenient hæc oĩa sup generationē istã. Itē: Cũ illũ fleuisse sup ciuitatē audissent, & dixisse, qa ueniēt dies in te, & circũdabũt te inimici tui uallo, &c. nō crediderũt. Parũ est nō crediderũt, insuper & ipsum occiderũt: & occidēdo mēsurã pa-

Gene 19 trũ suorũ impleuerũt. Idcirco errauerũt cæci in plateis, ita ut exēplo Sodomoꝶ, non possint

Iohan. 10 inuenire ostiũ, qa polluti sunt sanguine eius, q dicit, ego sum ostiũ. Cũq; nō possent, subauditur, tenere eum, tenuerũt lacinias suas, id est cũ uerã nō apprehenderint iustitiã, inanes cerimonias, uanas & pannosas sectati sunt carnis iustitias. SAMECH. Recedite polluti clamauerũt eis, recedite, abite, nolite tangere. Iurgati quippe sunt, & commoti dixerunt, inter gentes non addet ultra ut habitet in eis. Idcirco cęci in plateis sanguine polluti errauerũt, qa postq̃ prophetarũ, & ipsius prophetaꝶ dñi sanguinē fuderunt: clamauerũt prophetis, sapiētibus, & scribis, quos misit ad eos: clamauerũt inquã p̃sequendo

[...]dæi uanas [...]ctantur iu[...]stitias.

Mat. 23. de ciuitate in ciuitatē, & iurgati sunt, atq; cōmoti seditiones excitando in ap̃los Chr̃i, & dixerunt: recedite polluti, recedite, abite, nolite tangere, nolite loqui nobis in isto noĩe. Hoc dixerunt inter gētes, & hæc dicēdo fecerũt, ut abirēt ad gentes, & dicerēt eis: Vobis quidē opor-

Act. 13 tebat primũ loqui uerbũ dei, sed qm̃ repulistis illud, & indignos uos iudicastis æternæ uitæ, ecce cōuertimur ad gentes. Ergo nō addet, inqt, ultrà ut habitet in eis: ita ut recedens dicat:

Mat. 23. Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.

¶ Q̃uo facies dñi diuiserit eos in ipsa obsidiōe p̃ intestina discordia, qa Barrabã seditiōis authorē elegerãt sibi: Christũ crucifigētes, quē tandē reliqæ Israhel cognoscētes, dicēt, lubricauerũt uestigia nr̃a, sp̃us oris nr̃i Chr̃s dñs captus ē in pc̃is nr̃is. PHE. Ca. LXXXVIII.

Facies dñi diuisit eos, non addet ut respiciat eos. Facies sacerdotũ nō erubuerunt, neq; senũ miserti sunt. Propter hæc facies dñi, facies irata, qualis iuxta

Psal. 33. Psalmistã est uultus dñi sup facientes mala: diuisit eos, diuisit inquã multiplici diuisione aduersum semetipsos. Anteq̃ ingrederet̃ hostis Romanus p portas Hierusalē, cũ adhuc clausi eēnt, triplici (ut Iosephus refert) semetipsos int⁹ bello dilacerabãt, & illã le

genti

genti miserabilē tragœdiā satis claret, q̄ uere hic dictū sit, facies sacerdotū nō erubuerunt neq; senū miserti sunt. Nō inqt addet, subauditur, deus ut respiciat eos: sed proprijs seditionib⁹ diuisos, interire permittet eos. Et merito, qa data sibi optione, Barrabā seditiōis authorē dimitti sibi petierūt, regē aūt suū pacificū occiderūt. AIN. Cum adhuc subsisteremus defecerunt oculi nostri ad auxiliū nostrū vanū, cū respiceremus attenti ad gentem, quę saluare nos non poterat. ZADI. Lubricauerūt vestigia nostra, in itinere plateaꝝ nostrarū: appropinquauit finis noster, completi sunt dies nostri, qz venit finis noster. Dicāt hoc saltē reliquiæ Israhel: dicāt ut cōuertant & saluētur. Quid mirū, si postq̄ in occidēdo Chr̄o dn̄o cecidimus, ita facies dn̄i diuisit nos? Nēpe & cū adhuc subsisterem⁹, anteq̄ in morte eius ruinā nostrā ꝑpetrassem⁹, defecerūt multotiēs à dn̄o deo nr̄o oculi nr̄i cōuersi ad auxiliū nr̄m uanū, respiciētes attēti ad gentē, q̄ saluare nō poterat, uerbi grā: sperātes in Aegypto, in equis & equitibus fiduciā hn̄tes, Baal q̄q; & uitulos pro deo colētes Hoc mō lubricauerūt uestigia nr̄a, & claudicauim⁹ in duas partes, in itinere plateaꝝ nostrarū. i. in idolatria licētiosa, & plena sceleꝝ. Plateæ nāq; latæ uiæ sunt, & uagū atq; licētiosum designāt idolatriæ ritū. Idcirco appropinquauit finis noster, idcirco cōpleti sunt dies nr̄i, & iustus est dn̄s q hæc fecit nobis. COPH. Velociores fuerūt ꝑsecutores nr̄i aquilis cœli, sup montes ꝑsecuti sunt nos: in deserto insidiati sunt nobis. Venit, inquā, & cito uenit finis noster, nec in tēpora lōga factū est istud. Velociores em̄ fuerūt ꝑsecutores nr̄i aquilis cœli. Qui em̄ fuerūt ꝑsecutores nr̄i, nisi pc̄tā nr̄a? Porrò de uelocitate peccati ꝑsequētis loquitur deus ad Cain. Nōne si bn̄ egeris recipies? Sin autē male, statim in foribus peccatū aderit. Igitur persecutores. i. pc̄tā nostra ueloctores fuerūt aquilis cœli, qa ubi pacta sunt, statim in forib⁹ affuerūt, ut nullū usquā pateret effugiū. Sup montes ꝑsecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis. Idcirco Psalmista dicit: Quia neq; ab oriēte, neq; ab occidēte, neq; à desertis montibus, subauditur, patet locus effugij, qm̄ deus iudex est. Metaphoricos per montes superbiā peccantiū, ꝑ desertū desertionē à deo significat, iuxta qd̄ ipse: Ecce, inqt, relinquet uobis dom⁹ uestra deserta. RESCH. Spūs oris nr̄i Chrūs dn̄s captus est in peccatis nr̄is, cui diximus. In vmbra tua viuemus in gētibus. Quæ tandē uelociū ꝑsecutorū nr̄oꝝ, q̄ pc̄tōꝝ nr̄oꝝ uelociter nos ꝑsequētiū summa ē? Nimiꝝ mors Chri dn̄i, qa captus est in pc̄tis nr̄is, qa scelere nr̄o ad mortē ductus est, & eū cui diximus, anteq̄ ueniret, in umbra tua uiuemus in gētibus. i. in gratia tua saluabimur, & ab omni gēte nō sancta discernemur, hæc em̄ & hmōi de illo in scripturis legebam⁹: eū inq̄ in pc̄tis nr̄is cœpim⁹ & in mortē tradidim⁹. Hoc facto nosipsos occidim⁹, nā spūs oris nr̄i ipse Chrūs dn̄s. Spiritus inquā, sine quo nusq̄ uita est, nusq̄ salus, & sine quo mortuū, ac sine aīa est quicquid ore nostro ex lege, aut prophetis legimus, uel scire nos arbitramur.

Peccatata ꝑsequuntur nos. Gene. 4.

Psalm. 74.

Mat. 23

Christū occidētes, seipsos occiderūt.

¶ Qūo lamētationes oēs, consolationis bona spe concludat, dicendo cū ironia, Gaude & lætare filia Edom, completa est, &c̄. per Edom om̄es terrenos qui persecutionē inferunt, per Syon omnes electos, qui persecutionem sustinent significans. SCHIN. Ca. LXXXIX.

Gaude & lętare filia Edom, quę habitas in terra Hus. Ad te quoq; perueniet calix, inebriaberis atq; nudaberis. THAV. Completa est iniquitas tua filia Syon, non addet vltra vt transmigret te. Visitauit iniquitatē tuā filia Edom, discooperuit pc̄tā tua. Lamētationū cōclusio bona, cōsolationis spe lamētatorē recreat, tū de imminēte, & certissima hostiū uindicta, tū de sanctę Syon, q̄ captiua fuerat, uisitatiōe & liberatiōe æterna. Gaude inqt & lætare filia Edom, q̄ habitas in terra Hus. Nomine Edom, qd̄ interpretat̄ terrenus siue sanguineus, uniuersos hostes cœlestis Hierusalē, quia uere terreni sunt, significat. Sic Psalmista cū eodē quo & iste spiritu lamētando dixisset: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuim⁹, dū recordaremur Syon, &c. hostes eiusdē Syon hoc eodē significās noīe, dixit ad dn̄m: Memor esto domine filiorū Edom in die Hierusalē Qui dicūt, exinanite, exinanite usq; ad fundamentū in ea. Gaude inquit & lætare filia Edom q̄ habitas in terra Hus, id est quę terrenum habes fundamētum, quæ hic recipis consolationem tuam. Hus quippe consolator interpretatur. Grauis ironia. Vnde enim gaudeas, & læteris filia Edom? Quia ad te quoque perueniet calix iræ dei, quo inebriaberis, & nudaberis, Bibes enim fel sempiternæ amaritudinis, & æterna

Psalm. 136

 cōfusiōe

confusione ignominiosa eris. Tua autē iniquitas cōpleta est o filia Syon, id est, pœna uel captiuitas tua temporalis est: non addet ultrà, ut trāsmigret te, finita hac præsentis seculi trāsmigratione, uel captiuitate. Visitauit iniquitatem tuā, scilicet deus, o filia Edom: discooperuit peccata tua. Repetitio, confirmatio damnationis & confusionis Edom. Hic quidē propheta hostes supernæ Hierusalē, semel & iterū designat per Edom, cū si solam attēderet historiam, potius nominare debuisset Babylonē: Psalmista uero primo quidem per Edom significat eosdem hostes Hierusalē, dicendo: Memor esto domine filiorū Edom: deinde autem per Babylonem, dicendo: Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam.

¶Finis libri commentariorum in Hieremiam prophetam.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN EZECIELEM Prophetam, Commentariorum, Liber primus.

¶Quomodo in afflictiōe ciuitatis, sanctis prophetis increbuerunt consolatoriæ uisiones futuri regni dei. Capitulum primum.



HAC mundi ætate quinta, quam præcedenti uolumine sumus ingressi, sanctis in Babylone captiuis, prophetice crebrescunt uisiones regni dei: quarum claritas sic illud citius affuturū denunciat, quomodo albescente aurora solem in proximo adesse nemo qui ambigat. Nec enī solis iam, ut ante, uerbis spūs sanctus in aurē loquitur prophetarū, sed & quasdā imagines quibus oculos uidentiū familiarius instruat digito dei, qđ est ipse præpingit. Verbi gratia: Vbi ante captiuitatem istā uisus est filius hominis ueniens in nubibus cœli, ut daretur ei regnū & honor, & oīs populus trib⁹ & linguæ seruirēt ei. O uenerabilis ordo regni dei, o rationabilis & opportuna cōsolatio regis dei. Nō uenit hoc regnū cū festinatione, queādmodū regnū huius mū-
Psalm. 20. di, de quo rectissime dictū sit: Hæreditas ad quā festinatur in principio, in nouissimis suis benedictione carebit. Festinauit Cain terræ ambitor ædificare ciuitatem, & uocare nomē ei⁹,
Regnorū mūdi principes Cain, Nemroth. ex nomine filij sui Enoch, occiso Abel fratre suo. Extunc à filijs huius seculi festinatum est ad regnandū, usq; dum uenit diluuium, & perdidit omnes. Post hoc surrexit Nemroth potens in terra, & robustus uenator coram domino, & hic festinus regnauit. Fuit autem principium regni eius hæc ipsa, de qua nunc loquimur, Babylon. In ista regnabatur, & iugū ferre-
Hiere. 28 um regis eius Nabuchodonosor, posuerat nunc dominus super collum cunctarū gentium Porrò regnum dei ueniebat interim, cum dilatione, & ciues eius propter spem illius de terra,
Heb. ij. & de cognatione sua egrediebantur, non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terrā. Nunc maxime confortato regno mundi peregrinabantur, & hospites erant, imò & captiui ciues regni dei,
Psal. 1j1. & dicebant præsenti captiuitatis loco commoniti. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur Syon. In salicib⁹ in medio eius suspēdim⁹ organa nr̄a, &c.

¶Q; Ezechiel propheta difficilis sit, & q̄ in prima uisione recte quæri debeat, quomodo quatuor animalia unum animal sint. Cap. II.

Ezechiel propheta difficil. IGitur reuelationes regni dei debita cum ueneratione suscipientes: ad prophetam Ezechiel accedamus, cuius difficultatem (ut ait beatus Hieronymus) Hebræorum probat traditio. Nam nisi quis apud eos ætatē sacerdotalis ministerij, i. tricesimū annū impleuerit, nec principia libri Geneseos, nec Canticū Canticorū, nec huius uoluminis exordiū, & finē legere permittitur, ut ad pfectā scientiā & mysticos intellectus plenū humanæ naturæ tēpus accedat. Itē dicit: De hac uisiōe prolixius dixim⁹, qa & obscura est, & à multis uarie exponitur. Sed & beatus papa Gregorius secūdū dulcedinem gratiæ sibi collatæ, ple-
Ezech. 4. nissime dixit, de prophetia p̄scripti, id est tricesimi anni usq; ad illū locū. Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eā murum ferreum inter te & inter ciuitatē. Cum ergo de hac uisione tanti uiri dixerint, & ante ipsos à multis uarie exposita sit, & ut fatentur ipsi, multum habebat

habeat obscuritatis: nos quid faciemus? Tenemur quippe nostri uoluptate propositi, ut ne in isto quidem propheta tā arduo, tamq; difficili tædeat nos immorari, quærēdo testimonia gloriæ Christi filij dei. Fatemur em̄ aliquid nō paruū de obscuro superesse: quod adhuc studiosius elucidandū sit. Quid est illud? Nimirū similitudo quatuor animaliū. In quo hæc similitudo quicq̄ adhuc obscuritatis aut difficultatis habet? In eo uidelicet, ꝙ & quatuor animalia dicunt, & aīal unū. Nā sic in prophetia anni sexti post multa legimus. Ipm est animal, qđ uiderā iuxta fluuium Chobar. Cunq; ambularent Cherubin, ibant & pariter rotæ iuxta ea. Ac deinceps. Ipsum est animal quod uidi subter deū Israhel iuxta fluuiū Chobar. Et intellexi quia Cherubin essent. Quatuor per quatuor uult⁹ uni, & quatuor alæ uni, & similitudo manus hominis sub alis eorū, & similitudo uultuū eorū, ipsi uultus quos uideram, iuxta fluuiū Chobar. Igitur animalia ipsa, quæ & quatuor sunt, & unū, duce spū sancto, quærere cupimus: nihil metuentes quod in uisione à multis propter suimet obscuritatē uarie exposita, uarietatem seu multitudinē expositionū auxerimus. Nā ipsum animal quod quærimus, cū inuentū fuerit, tale ac tantū est, ut solo nomine, uel authoritate sua paruitatē nostrā si opus sit, ab omniū qui hæc uisuri sunt cōtemptu uel indignatiōe defendere possit. Ezec. 10

¶ De ipso propheta quomodo eiusdem cuius uisionem uidit typum gesserit filij dei, quid uentus turbinis, & quid nubes magna, & quid inuoluens ignis, & cætera quæ adiecta sunt, quid sint Cap. III. CAP. I.

ET uidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius. Et de medio eius quasi spēs electri, id est, de medio ignis. Et ex medio eoꝝ similitudo quatuor animalium. Et hic aspectus eorū, similitudo hominis in eis, & quatuor facies vni, & quatuor pennę vni, & pedes eorū pedes recti, & planta eorum quasi planta pedis vituli & scintillę quasi aspectus ęris candentis. ⌋ Videns iste, q in propria uel prima persona nūc dicit, & uidi, p̄misit secūdū tertiā personā de semetipso loquēs, & facta est super eum ibi manus dn̄i. At idē & ante hoc per primā personā dixit. Aperti sunt cœli & uidit uisiōes dei. Itaq; ueritatē seruat coniunctā humilitati, ut pro humilitate dicat, facta est super eū man⁹ domini, & pro necessaria rei ueritate dicat, & uidi uisiones dei. Porrò cū dicit, uisiones dei, pulchre & recte subintelleximus filij, de deo dei, qa nihil melius occurrere potest intellectui q̄ ad propriā uisiones istas ptinere psonā filij dei, quē & noīe significat, Ezechiel nāq; interpretatur fortitudo dei. Porrò Buzi cōtēptus siue spretus interpretatur. Et recte dei filius p Ezechiel filiū Buzi sacerdotē designat, qa cū sit fortitudo dei, sacerdos in æternū secūdū ordinē Melchisedech, secūdū carnē filius est populi cōtēptibilis, populi Iudaici ex eo cōtēpti, quod eūdē filiū suū cōtēpsit. Itaq; uisiones istæ dei, reuelatiōes sunt aduētus Chri filij dei, q rectissime in isto propheta, alibi unū animal dr̄, alibi q̄tuor animalia, uidelicet propter q̄tuor necessaria nobis euangelij sui sacramēta, q̄ postmodū singula proprijs speciebus agnoscēda sunt. Visuro aūt aduētū huius filij dei pulchre & causa pōstēditur, propter quā illū nobis aduenire necessariū fuit. Et ecce inqt uētus turbinis ueniebat ab aqlone, &c. Vētus turbinis ab aqlone uenit, quando frigidus à charitate dei, diabolus flauit, & turbine tentatiōis gen⁹ humanū in primis parentibus à beatitudinis statu deiecit. Tūc uenit & nubes magna, id est, eiusdē generis humani cæcitas, qua conuolutus homo, & inimicus deo factus, à uisione faciei ei⁹ exciderat. Post hæc & ignis inuoluens, id est, dānatio post hanc uitā peccatores excipiēs, & sempiterno horrore conuoluēs. Attamen in circuitu eius splendor inqt, qa uidelicet in ipsa ira iuste illata, diuinitas splendere non desiit, creaturam suā prosequens, multisq; monitis & signis reuocans ad cognitionē sui. Propter hæc utiq; meditatorē dei & hominū, deū & hominē Iesum Christū aduenire nobis necessariū fuit. Seqtur ergo: De medio aūt eius q̄si spēs electri, id est de medio ignis. Electrū pretiosissimū, ex auro argentoq; cōfectū, una eademq; persona iam dicti mediatoris dei & hominū: in quo pretiosa diuinitas ut aurum, nostra uero humanitas mundissima in illo uelut argentum est. Talis species electri de medio ignis, quia nimirum propter nos damnatus & mortuus, mediator dei & hominum, talis ab inferis uictor ascendit. Et ex medio eorum, scilicet uenti, uel turbinis, nubes & ignis, & splendoris in circuitu micantis, similitudo quatuor animalium. O uisor uisionum dei, si ut ipse

Christi personā gerit Ezechiel.

Ezechiel Buzi

Psal. 109

Ventus turbinis.

Ignis inuoluēs.

1. Timo. 2

Electrum

post

post multa dicturus es, unũ est animal, quomõ quatuor numeras? Ait, Et hic aspectus eorũ Similitudo hominis in eis. Et quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni. Ac si dicat. Vnius quidẽ erat similitudo hominis, Iesu Christi filij dei: similitudo inquã, & nondũ res: nondum enĩ natura erat filius hominis, sed huic uni quatuor facies, & huic uni quatuor pennæ, quas utiq; facies, & pennas uisionẽ dei sperãti nescire nõ licet. Quæ porrò illæ sunt? Prima est incarnatio uel natiuitas eiusdẽ hominis Iesu Christi filij dei. Secũda passio. Tertia resurrectio Quarta ascensio, uel sessio ad dextrã patris. Facies istas non uidisse nobis non licet, sicut apostolicum catholicæ confessionis symbolum docet. Credo (inquit) in deũ patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Sequitur continuo, Et in Iesum Christum filium eius unicũ dominũ nostrũ. Hoc est unũ animal, hic est unus homo, de quo nũc dicit, similitudo hominis in eis. Qui cõcœptus est de spũ sancto, natus ex Maria uirgine. Hæc est facies prima Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus, descendit ad inferna. Hæc est secũda facies. Tertia die resurrexit à mortuis. Hæc est facies tertia. Ascendit in cœlum, sedet ad dextram dei patris omnipotentis, inde uenturus iudicare uiuos & mortuos. Hæc est facies quarta: Tot facies, & totidẽ pennæ huic uni. Verũ quæ facies eædem & pennæ. Sed facies, quia per fidem cognosci possunt, & cognitu necessarie sunt: pennæ autẽ, quia ratiõe humana cõprehendi non possunt. Pedes eorum, pedes recti, quia uidelicet processus eorum iustitia sunt dei, & ad iustitiam ualent omni credenti. Quid enĩ rectius aut iustius, q̃ obedientẽ fuisse Christum patri in omnibus his? Idcirco continuo subiungit. Et planta pedis eorũ, quasi planta pedis uituli. Vitulus ex præcepto legis solebat pro peccato offerri multitudinis, siue sacerdotis & multitudinis simul. Ergo plãta pedis eorum, ut plãta pedis uituli, id est finalis utilitas eorum, remissio est peccatorum totius mundi. Et scintillæ quasi aspectus æris candẽtis. Recolamus quia redemptor noster incarnatus & passus, postquã resurrexit, & in cœlum ascendit: magnifica hominibus dona scintillauit, quando factus est repente de cœlo sonus, tãquam aduenientis spiritus uehemẽtis, & repleuit totam domum ubi erant sedẽtes apostoli, & apparuerũt illis dispartitæ linguæ tãquam ignis. Hæc inquam recolamus, & sciem⁹ quid dixerit, & scintillæ quasi aspectus æris candentis. Nam dona illa scintillæ fuerunt quasi aspectus æris candentis, utpote cum feruore charitatis igneæ, longe audibilem reddentia tinnitum euangelicæ prædicationis.

[Margin notes: ...cies q̃tuor ...imalis, my...ce. — ...dem uituli ...buit Chrs. — Act. 2]

¶ Quid facies sit et pẽnas per quatuor partes habere, ipsasq; inuicem iunctas esse & quid q̃ ait, non reuertebantur cum incederent. Cap. IIII.

ET manus hominis sub pennis eorũ, in quatuor partibus. Et facies & pennas per quatuor partes habebant, iunctæq; erant pennę eorũ alterius ad alterũ. Non reuertebantur cũ incederent, sed unũquodq; ante faciẽ suã gradiebatur. Facies eorũ nũc ex parte cognoscimus, pẽnas eorũ per spem sequimur, speramus enĩ, q̃a quod nũc per speculũ in ænigmate uidemus, tandẽ facie ad faciẽ uisuri sumus. Manus enĩ per familiaritatẽ charitatis cõtingimus, q̃bus & trahimur, uti per fidem, & spem eadẽ charitate opifice, post facies & pẽnas curramus. Sub pẽnis, inq̃t, manus hominis in quatuor partibus, quia nimirum in iam dictis quatuor euangelij sacramẽtis, altitudinem consilij diuini per fidẽ aspicere non possemus, nisi inclinata ad nos charitas, familiari nobis tactu blandiretur. Et iunctæ erant pennę eorum alterius ad alterum, quia uidelicet sic sibi cõiuncta illa, & consociata sunt, ut nihil prosit fidem alterius habere, nisi credas & alterum. Verbi gratia: Quid prodest credere Christum pro salute generis humani passum, nisi credas & de incorrupta uirgine natum? ¶ Non reuertebantur ait cum incederent, sed unumquodq; ante faciem suam gradiebatur. Verum est, & sana fide credendum, quia postquam semel incesserunt, non reuertentur amplius, neque enim fiet, quod impijssima hæresis delirare ausa est: ut iterum CHRISTVS nascatur, iterumq; patiatur, iterum resurgat, iterumq; in cœlum ascendat, sed sicut Apostolus ait: Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultrà non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: q̃ autem uiuit, uiuit deo. Item: Neq; ut sæpe offerat semetipsum, quemadmodũ pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno: alioquin oportebat eũ freq̃uẽter pati ab origine mũdi. Nũc autẽ semel in cõsummationẽ seculorũ, ad destructionẽ p̃cti per hostiam

[Margin notes: Roma. 6 — Heb. 9.]

hostiã suã apparuit: & quẽadmodũ statutũ est hominibus semel mori, post hoc autem iudi-dicium. Sic & Christus semel oblatus est, ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit, expectantibus se in salutem per fidem. Igitur unumquodq; coram facie sua gradiebatur, & non reuertebantur, quia nimirum singula eorũ, quae diximus facta sunt semel, & non iterabantur.

¶ Quid sit in uno Chr̃o facies hoĩs, facies leonis, facies uituli, facies aquilę uolãtis, cur facies leonis à dextris, cur facies uituli à sinistris, & cur facies aquilæ desuper. Cap. V.

Similitudo aũt vultus eorum, facies hominis, & facies leonis, a dextris ipsorum quatuor: facies ãt bouis a sinistris ipsorũ quatuor, & facies aquilę desup ipsorũ quatuor. Et facies eorũ, & pennę eorũ extentę desuper. Hoc est quod paulo ante diximus, quia cũ credidimus propter quod & locuti sumus, Iesum Christũ filiũ dei unicũ de spũ sancto cõcœptũ, & ex Maria uirgine natũ faciem utiq; ueri intuemur hoĩs, nõ in phantasmate, sed in ueritate carnis absq; peccato cõcœpti & nati. Cũ aũt itidẽ passum sub Pontio Pilato, crucifixũ, mortuũ, & sepultũ, ad inferna descẽdisse credentes cõfitemur. Proculdubio faciẽ uituli cõtẽplamur, uituli immaculati, qualẽ nõ in litera, sed in spũ legis intelligimus, dicẽte dño ad Moysen: Si sacerdos q unctus est, peccauerit, delinquere faciens populũ, offeret pro peccato suo uitulũ immaculatũ dño, &c̃, de qbus suo loco plenius pro posse diximus. Cum nihilominus credimus, & cõfitemur, qa tertia die resurrexit à mortuis: nimirũ cum tremula fide, & fideli tremore faciẽ sumpsimus leonis fortissimi, de q̃ patriarcha Iacob: Catulus leonis Iuda, ad p̃dã fili mi ascẽdisti, Requiescẽs accubuisti ut leo, & quasi leæna. Quis suscitabit eũ? Ad summũ cũ credimus & cõfitemur, quia ascendit in cœlũ, sedet ad dextram dei patris omnipotentis, inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos: ecce ista est nobis facies aquilæ, quam nubes suscepit ab oculis humanis, quemadmodũ ipse dixit. Et nemo ascendit in cœlũ, nisi q descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.

Leuit. 4

Gene. 4

Facies aquilę

Iohan. 3

¶ Notandũ interea q̃ faciẽ leonis à dextris, faciẽ aũt bouis intuetur à sinistris ipsorũ quatuor, id est unius mediatoris dei, & hominũ, in quẽ dicuntur ista quatuor. Nam per dexteram felicitas, per sinistrã designari solet aduersitas. Facies ergo leonis à dextris: quia nimirũ magna illi est felicitas resurrectionis: facies autem bouis à sinistris, quia dura & laboriosa fuit illi humilitas passionis, quemadmodum dicebat: Tristis est anima mea usq; ad mortem: & spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Porrò q̃ facies aquilæ desuper sit, quia in cœlum ascendit, gaudentes uidemus, quemadmodũ dicit apostolus: Videmus dominũ Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, &c̃. Sed & q̃ inde uẽturus iudicare uiuos & mortuos, faciem aquilæ respicit, quæ ut Physici perhibent, pullos suos iudicare solet. Singulos quippe radijs solis obijcit, & eũ qui libero aspectu solem intuetur, ut p̃prium genus agnoscit, eum aũt qui reuerberatis & palpantibus oculis solem non sustinet uelut adulterinam sui generis maculam damnat atq; abijcit. Sic nimirũ iste qui ascendit in cœlũ, cũ inde ueneritiudicare uiuos & mortuos, singlos & om̃es nos examinabit, adductos ante terribile illud tribunal suæ uel paternæ maiestatis: & quẽ gloria diuinitatis pro conscientia reuerberauerit, tradet igni inextinguibili: quã aũt illa suo intuitu dignũ iudicabit, componet in illum gloriosum & felicem cœtum filiorum dei.

Mat. 26

Heb. 2.

Aquilæ natura iudicare pullos.

¶ Cur in Apocalypsi nõ idẽ animaliũ ordo, & quo respiciens Iohãnes, illic post faciem leonis, hic aũt quo intẽdens propheta prius posuerit faciẽ hoĩs, & quo sensu iste quatuor pẽnas uni, hic aũt singula animalia senas alas habere dixerit. Cap. VI.

Hic iam recte quæritur, cur in Apocalypsi istorum quatuor animalium non idẽ ordo sit? Sic em̃ scriptura illa dicit: Et animal primũ simile leoni. Et secũdũ animal simile uitulo. Et tertiũ animal habẽs faciẽ quasi hoĩs. Et quartũ animal simile aquilę uolanti. Hoc ergo quæritur, qd sibi uelit ordo tã diuersus. Primoq; dicimus, qa nihil contrariũ resonat in eo qd dicit, primũ, secundũ, & tertiũ animal. Nã hic propheta hm̃oi nomini nihil apposuit: sed hoc tm̃, similitudo inqt uult⁹ eorũ facies hoĩs, & facies leonis à dextris, &c. Attamẽ quoniã pri⁹ similitudinem posuit hoĩs, esto ut idẽ ualeat, ac si dicat: prima facies hoĩs, & secũda facies leonis, aut uituli. Vterq; ordo ratus, neq; alter alteri cõtrarius ẽ, diuerso tñ respectu. Ille uidelicet ueteris istrumẽti, hic ãt noui: Ille cõsideratõe scripturę ueteris, hic

Apo. 4.

ris: hic autem rei gerendæ respectu ordinem suum tenuit. Etenim unus idemq; mediator dei & hominum in scriptura legislatoris Moysi, prius leo, quàm homo dictus est. Prius, inquã, leo, & inde uitulus, deinde homo, deinde aquila, per Moysen dicitur. Nam apud illũ in libro
Gene.49 Genesis, Iacob patriarcha dicit: Catulus leonis Iuda ad prędam fili mi ascendisti. Requiescẽs accubuisti ut leo, & quasi leæna. In libro autem Leuitici, per uitulum sine dubio figuratur,
Leuit.9 qui ꝑ pctõ iubetur immolari, & extra castra efferri, atq; incendi. In Deuteronomio ꝓmittitur homo in ueritate carnis, & omnis naturæ hominis, dum idem Moyses dicit: Prophetam
Deut.18 de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies ut petisti à domino deo tuo in Oreb. Nam qui causas petitionis ueraciter attendit, in libro Exodi, plane intelligit illud dictum, & hoc promissum, quod deus homo fieret, cui posset ho
Deut.32 mo loqui. Tandem in Cantico Deuteronomij aquilæ assimilatur, cum dicitur. Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans: expandit alas suas, & assumpsit
Iohan.3 eos, atq; portauit in humeris suis. ¶ Quod ita recte intelligitur, ut dum dicit: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo, subaudiamus, expedire nobis, ut sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans, sic ille faciat nobis, & quo ascendere non possumus, portet nos in humeris suis, portet nos super alas suæ diuinitatis. Igitur & ille qui dixit, animal primum simile leoni, uerum dixit, quia sic res prænuntiata fuerat, & iste qui primam posuit faciem hominis, recte nihilominus fecit, quia sic res adimplenda erat. Et si rite perpendas pulchra est contentio, quasi duorum hominum honore se inuicem præuenientium, dum & ille de nouo testamento sacrum seruat ordinem scripturæ ueteris, & hic de ueteri testamento sacro sanctũ obseruat effectũ, ordinemq; euãgelicæ nouitatis. ¶ Sed & illud quæritur: Quomodo hic dicat: quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni: ille autem, & quatuor animalia singula eorũ habebant alas senas. Ad quod breuiter dicendum, quia singulæ facies singulas, & eodem sensu senas habent alas, quia uidelicet in singulis sacramentis Christi filij dei, una eademq; excellentia, unus uolatus, unus spiritus, una diuinitas est, unum uerbum per quod in sex diebus om̃ia facta sunt.

¶ Quòd recte sancta ecclesia, non nisi quatuor Euangelistas recipere uoluerit & quæ facies cui Euangelistæ maxime congruit. Ca. VII.

IGitur ut superius quærendum proposuimus inuenisse nos arbitramur, quia & animal unum, & quatuor animalia sunt, id est, unus Christus, & quatuor principalia Christi sacramenta sunt, quorum facies nulli licet ignorare Christianorum, licet comprehendere non possit uolatum. Vnde uere laudabilis, & ueneratione digna sanctæ ecclesiæ studiositas, atq; diligentia, quæ plures hoc numero habere noluit euangelistas. Siquidẽ & ꝑter
In Procœmio euangelij Lucæ. istos, multi euangelia scripserunt, sicut & Lucas testatur, dicens: Quandoquidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt rerum sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt: uisum est, & mihi assecuto à principio omnia, diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile ut cognoscas eorum uerborum de quibus eruditus es, ueritatem. Bene ergo ne tantæ maiestatis materiam turba scriptorum, suo id est, humano sensu scribentium, uilem redderet, atq; multitudine dictorum siue rerum mentes atq; aures humani generis usq; ad fastidium implendo oneraret: terminum posuit magistra discretio, sedentis in ecclesia spiritus sancti, sufficere iudicans, quadrigam euãgelistarum,
Anĩalia quatuor numerũ scribẽtiũ euãgelia posuerunt cursuro per mundum uerbo euangelij Christi dei & hominis, sacerdotis & regis. Istos enim non hominis ordinatio, sed dei uocatio præparauit, & quasi in speculis gratiæ, quatuor facies huius propheticæ ueritatis in eis expressit. Deniq; in Matthæo facies hominis, in Marco facies leonis, in Luca facies uituli, in Iohanne facies agnoscitur aquilæ uolantis. Hoc pene cunctis notum est, licet de Matthæo & Marco diuersa dixerint magni doctores. Alij in Matthæo faciem hominis, & in Marco faciem leonis, atq; alij econtra in Matthæo faciem leonis, & in Marco suscipientibus faciem hominis. Nec uero soli euangelistæ, sed & quiq; fidelium singuli pro modulo suo facies istas imitari possunt, sectando cum fide, prudentiã, temperantiam, fortitudinem, iustitiam. Christianũ quippe prudentẽ esse, id est, hominis Christi faciẽ habere, temperantẽ esse, crucifigẽdo carnẽ suã cũ uitijs, & cõcupiscẽtijs, id plane est faciẽ uituli hr̃e, fortẽ esse in aduersis, i. faciẽ leonis, iustitiã tenere, i. faciẽ hr̃e aquilæ uolantis.

Qũo

¶ Quomodo facies & pennæ animaliũ desuper extentæ sint, quæ duæ pennæ
& quomodo iungi, quomõ corpora eorũ tegere, & ipsa animalia quõ ubi erat
spũs impetus, illuc isse uel ire, & non reuerti dicantur Cap. VIII.

ET facies eorũ, & pennę eorũ extentę desuper. Duę pennę singulorũ iunge-
bantur, & duę tegebant corpora eorũ. Facies animaliũ, & pennæ eorũ desup
extentę sunt: quia de terra sunt, neq; de terra loquũtur, sed de sursum sunt, & sursum
tendunt, sursum uocant rationalis hominis animũ, ut contẽnat quicqd in imo est, di- Philip.3
catq;: nostra aũt cõuersatio in cœlis est. Porrò duæ pennæ singulorũ quæ coniunguntur, & Pennę animalium mystice quid.
duæ quæ tegũt corpora eorũ, eædẽ sunt: omnes scripturæ altisonę duũ testamentorũ euan-
gelicæ fidei testimoniũ perhibentiũ, omnes istæ iunguntur & cõcorditer sonãt ad aperien-
dũ fidelibus. Iunguntur nihilominus ad tegendũ & claudendũ infidelibus, queadmodũ di-
cit apostolus: Q̃ si etiã opertũ est euangeliũ nostrũ in his qui pereunt est opertũ: in quibus 2.Cor.4
deus huius seculi excæcauit mentes infideliũ, ut non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ
Christi, qui est imago dei. Et vnũquodq; eorũ corã facie sua ambulabat. Ubi erat
impetus spũs, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cũ ambularent. Et supra dixit
quia nõ reuertebantur cũ incederẽt: sed unũquodq; ante faciẽ suã gradiebatur. Possemus ar-
bitrari, quod tantũ pro firmamento rei repetitio facta sit, nisi qa interpositũ est, quod nõ oti-
osum existimamus: ubi erat impetus spũs, illuc gradiebantur. Quandã utiq;, id quod dicitur
gradientiũ sonat acrimoniã, pugnantiũ constantiã, uincentiũ triumphalem gloriã. Quis eñ
nesciat quia sacramenta euangelij per mundũ gradi cœperũt duce sancto spũ: & illuc tãtum
gradi potuerunt euangelij præcones, ubi erat spũs impetus? Alioquin nisi fortissimo ferren-
tur spũs impetu, tanta fuerũt obstacula contradicentiũ: ut inaniter graderentur, & ambulan-
tia in uacuum reuerterentur. Sed dicit ipse homo & deus, sacerdos & rex, suis quadrigis, suis Mat.10.
animalibus. Cum autem inducẽt uos in synagogas, & ad magistratus, & potestates, nolite so- Mar.13.
liciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus, docebit uos Luc.12.
in illa hora, quæ oporteat dicere. Item: Non eñ uos estis qui loquimini, sed spiritus sanctus.
Igitur ubi erat spũs ĩpetus, illuc gradiebantur, & nõ reuertebantur, cũ ambularẽt: id est, duce
ac principe belli sancto spiritu sine uictoriæ effectu nõ reuertebantur, cum aduersus princi-
pem mundi diabolum dimicarẽt. Nempe hoc est quod per alium prophetam de uerbo suo Esa.55
loquens deus, non reuertetur inquit ad me uacuũ, sed faciet quæcunq; uolui & prosperabi-
tur in his ad quæ misi illud.

¶ Quomodo aspectus animaliũ quasi carbonũ ignis ardentiũ aspectus sit: & qs
ille ignis: & q̃ de igne fulgur egrediens erat. Cap. IX.

ET similitudo animaliũ aspectus eorũ quasi carbonũ ignis ardentiũ: & quasi
aspectus lampadarũ. Hec erat visio discurrens in medio animaliũ, splẽdor
ignis, & de igne fulgur egrediens. Bona similitudo animaliũ, bonũ utrobique
habens effectũ, hinc cõburens quasi aspectus carbonũ ardentiũ, illinc illuminans, q̃
si aspectus lampadarũ. Nihil uerius, nihil Christianæ fidei certius atq; cõstantius. Quid eñ Aspectus animalium mystice quid
cõsequimur, tẽdẽdo in aspectus hmõi animaliũ? Quid accipimus credẽdo in unum Iesum
Christũ dei filiũ de spũ sancto ex Maria uirgine cõcœptũ & natũ, deinde passum, crucifi-
xum, mortuũ ac sepultũ, deinde à mortuis tertia die propria uirtute suscitatũ, deinde sup cœ-
los eleuatũ usq; ad paternæ maiestatis cõsessum? Quid inquã uultus istos aspiciẽtes, ista cre-
dẽtes & cõfitentes cõsequimur, uel accipimus? Nimirũ geminũ spũs sancti donũ, quorũ alte- Geminũ spũs donũ accipiunt credẽtes.
rũ & primũ remissio est peccatorũ, alterũ & secũdum diuersarũ est distributio gratiarũ. Pri-
mo nãq; uultuũ istorũ intuitu id est, prima Christi cõfessione, dũ baptizamur, remissionem
pc̃tõrũ accipimus: & illic aspectus animaliũ sic nobis est, q̃si carbonũ ignis ardẽtiũ: cõburunt
eñ atq; cõsumũtur illic oẽs sordes præcedentiũ delictorũ. Deinde secũdo uultuũ eorũdem
intuitu, cũ impositionẽ manuũ accipimus, diuisiua singulis gratia tribuitur, prout uult spiritus
sanctus, atq; illic nobis sunt quasi aspectus lampadarũ. Lucet eñ proximis quisq; nostrũ in
gratia quã accepit: alius in fide, alius in sermone sapiẽtiæ uel sciẽtiæ, alius in operatione uir- 1.Cor.12
tutũ. Bona igitur & operosa similitudo aspectus animaliũ. ¶ Quid porrò, uel quõ erat, imò
est hæc uisio discurrẽs in medio quatuor animaliũ splẽdor ignis, & de igne fulgur egrediẽs?

Profecto splendor serenam lucis pulchritudinem: fulgor egrediẽs molestũ affert timorem. Ergo splendor ignis lucida est serenitas charitatis: fulgur egrediens seueritas est timoris dei. Et ordine quidem uel actu prior est amor, posterior uero timori. Igitur quia ex uno eodẽq; animaliũ istorũ cõtuitu & ignis splendet charitatis, & pœnalis egreditur fulgur timoris, quẽ
j. Ioh. 4 perfecta charitas foras mittit: recte dictũ est: hæc erat uisio discurrẽs in medio quatuor animalium? Nam quandiu in hoc mortali corpore sumus, singulis nostrum uisio talis discurrit dum anima dei, & supernæ gloriæ cõtemplatrix, nũc amore dilatatur, nũc timore cõstringitur ex uno eodemq; igne cœlestis desiderij. Nam etsi multũ in charitate profecit, quæ pfecta seruilem timorem foras mittit, attamen illo timore nõ caret, de quo scriptũ est: Timor
Psal. 18 domini sanctus permanẽs in seculum seculi. Hic timor diligẽtẽ, etiã reuerẽtẽ, & religiosum facit, nõ iã quidẽ seruientẽ in timore, attamẽ exultantẽ cũ tremore: qa quãuis diligat & dili-
Eccl's. 9. Roma. 8. gendo exultet, nemo tamẽ scit utrũ amore an odio dignus sit. Et siquidẽ scit, iuxta illud, Ipse spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro quod sumus filij dei: nõ tamẽ scire præsumit, sed sciens quodãmodo nescit, & nesciẽs aliquo modo scit.

¶ Quando animalia reuertantur in similitudinẽ fulguris coruscãtis, cũ supra dictum sit, quia non reuertebantur. Cap. X.

ET animalia ibant, & reuertebantur in similitudine fulguris coruscantis. Reuertebãtur inquit, At idẽ supra semel atq; iterũ dixit, quia nõ reuertebantur. Nũ idem affirmat quod negauit? Nõ utiq;, sed diuersi sunt modi reuersionis. De duob' modis quibus nõ reuertuntur, supra diximus: nũc dicere oportebat, quonã modo, uel quibus modis reuertãtur. Primo fideliũ neminẽ latet, q animalia hæc tũc reuersura sint,
Luc. 21. in similitudinẽ fulguris coruscantis: quãdo cũ potestate magna & maiestate ueniet iudicare mundũ, queãdmodũ dicit: Sicut enĩ fulgur exit ab oriẽte, & pariet usq; in occidẽtem: ita erit
Mat. 24. aduẽtus filij hominis. Tũc inquã hæc animalia reuertẽtur, tũc enĩ ad cõuincendũ impios, & lætificandũ pios, palã omnibus fiet, q̃ uere unus idẽq; mediator dei & hominũ Christus, ho
j. Timo. 2. mo & uitulus, & leo, & aquila sit: id est, q̃ uere cũ deus esset, carnẽ assumpserit, & pro omni mũdo passus sit, & resurrexerit, atq; in cœlũ ascenderit. Deinde sciẽdũ, quia cũ baptizamur, uel baptizamus in noĩe Christi Iesu, Itemq; cũ sacrosanctũ corporis ac sanguinis eius mysteriũ in sancto altari celebramus, hæc animalia sine dubio præsentia inuisibili ad nos reuer-
Roma. 6 tuntur. Nã de reuersione illorũ, secũdum baptismi sacramẽtũ aplus loquitur: Omnes quicũq; in Christo Iesu baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus. Cõsepulti enĩ sumus cũ illo per baptismũ in mortẽ, ut qũo surrexit Christus à mortuis, per gloriã patris, ita & nos in
j. Cor. 11. nouitate uitæ ambulemus. Porrò de reuersiõe secũdũ corporis & sanguinis eius sacramẽtũ, idẽ dicit: Quotienscũq; enĩ mãducabitis panẽ hũc, & calicẽ bibetis, mortẽ dñi annũciabitis, donec ueniat. Igitur & reuertũtur animalia hæc reuersiõe quidẽ uel præsentia inuisibili, sed
Mat. 18. actu uel sacramẽto uisibili, unde & dicit: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usq; ad cõsummationem seculi.

¶ Quid sit rota una apparens iuxta animalia, quæ eius quatuor facies, quid sit, quod dictum est, quasi uisio maris, quomodo una similitudo ipsarum quatuor, quomodo rota in medio rotæ Cap. XI.

CUnq; aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram, iuxta animalia, habens quatuor facies, & aspectus rotarum & opus earũ, quasi visio maris. Et vna similitudo ipsarũ quatuor & aspectus earũ, & opera quasi si sit rota in medio rotę. Rota una hoc loco est oĩs sancta ueteris instrumẽti scri-
Psal. 76. ptura, de qua ueraciter iuxta Psalmistã dicere liceat: Vox tonitrui tui in rota. Nã reuera exinde deus tonat, cõtestans omni mũdo, nec latere sinit, quãta sit quatuor animaliũ authoritas Ergo cũ aspicerẽ inquit animalia, apparuit rota una super terrã iuxta animalia. Nihil uerius, Nã uerissime aspiciẽtibus nobis hæc animalia, id est fideliter credẽtibus, ea quæ iã diximus, quatuor euãgelicæ fidei sacramẽta: apparet atq; intelligibilis fit sancta legis & prophetarũ scriptura, tota in modũ rotæ perfecta, ueluti si cuipiã rei obscuræ, clarissimũ candelabrũ admoueas. Quãto enim propius legẽ & prophetas intelligere uolẽs, facies istas, facies Christi adhibueris: tãto pulchriorẽ, tãtoq; perfectiorẽ rotã istã cõsiderãdo admiraberis, & admirando gau-

do gaudebis. Et ecõtrario: quãto neglegẽtius uel tardius animalia hæc aspexeris, tãto segniorẽ, & tanto magis sine sensu uitali, rotã istã esse suspicaberis. Proinde Iudæi qa hæc animalia nõ aspiciũt rotã istã quasi mortuã, & ignobilẽ sibi reddũt, nõ qa sic est, sed qa nõ nisi in Christo secũdũ animalia hæc uideri uel inueniri potest uita, q̃ in illa est. Vnde aplus: Vsq; in hodiernũ em̃ diẽ idipsum uelamẽ in lectiõe ueteris testamẽti manet nõ reuelatũ, qm̃ in Chro euacuat. Ita nimirũ dũ hic dicit, cũq; aspicerẽ animalia, apparuit rota una, idẽ est, acsi dicat, nisi aspicerẽ animalia, nõ apparuisset mihi rota illa. Apparuit aũt sup terrã iuxta animalia: tanq̃ diceret: Nõ aspiciet me aliquis, nisi aspiciat hæc animalia, nõ apparebo cuiq̃, nisi cui apparuerint hæc animalia. Quare aũt additũ est sup terrã, nisi qa prius latuerãt, & adhuc ubi hæc aĩalia nõ aspiciũtur, latẽt subtus terrã, subtus terrenitatẽ Iudaicã? Vel sup terrã, subaudit omnẽ nunc apparet rota: q̃ prius ne curreret, in sola coercebatur Iudæa, fitq; qđ dixit Psalmista: Exaltare sup cœlos deus, & sup omnẽ terrã gloria tua. ¶ Habens inqt quatuor facies. Quæ animaliũ, imò unius animalis, ut superius dictũ est, ipsæ & nõ alię sunt unius rotæ quatuor facies. Nõ quidẽ hic ipsarũ in rota exprimit proprietates facierũ: sed eædẽ ipsæ sunt. Omis em̃ scriptura sancta, scriptura uetus, tã legalis, q̃ prophetica quatuor istis faciebus. s. hoĩs, uituli, leonis, atq; aquilæ uolãtis est distincta: qa quicquid ad docendũ, ad instruendũ, ad erudiendũ omnẽ hominẽ utile sonat, eo tendit, eo spectat, ut mediatorẽ dei & hominũ, Iesum Chrm̃ uere hominẽ, uere passum & mortuũ, uere resurrexisse à mortuis, uere ascẽdisse in cœlũ, secũdũ euangelij fidẽ testetur atq; defendat. ¶ Et aspectus ait rotarũ, & opus earũ q̃si uisio maris. Quæ putas uel qualis est uisio maris? Vtiq; inexpertis, & corde pauidis tremenda est, & desperabilis: expertis aũt & animo cõstãtibus, adeo tolerabilis, ut nõ dubitẽt fragili ligno cõmittere se ad uincendã altitudinẽ fluctuũ, uiolentiãq; abyssi uehemẽtis. Tunc si flauerit aura placida, uelociter atq; delectabiliter, optatam deferuntur in patriã: si autem uentum sequãtur contrarium, & sydera errantia, non perueniunt ad portum, sed in fluctibus res pariter amittunt & uitam. Talis nimirum rotarũ, siue rotæ quatuor facies habentis uisio est, Inertibus & ueram fidei uirtutem non habentibus, tremenda & inaccessibilis est: studiosis autẽ & bonam spem habentibus adeo tractabilis, ut non dubitent se nauiculæ ecclesiæ, & arbori crucis cõmittere, ad transmeandam altitudinem dictorũ, & sensuum, qui multiplices sunt in lege, & prophetis & psalmis. Tunc si aspirauerit gratia spiritus sancti, isto quasi delectabili nauigio currunt in illam cœlestem patriam: si autem spiritum erroris & uanitatem sectent hæreticam, peius in hoc profundo pereunt, q̃ si paupertatem propriam confitentes, nunq̃ nauigandi sumpsissent audaciam. ¶ Et una inquit similitudo ipsarum quatuor. Vere una similitudo, nam si quis in una facie errauerit: nunquam in cæteris ueritatis notitiam tenebit. Verbi gratia: Qui illud non bene perspexerit, q̃ facies leonis in eo sit, quod resurrexit à mortuis, iuxta quod rota ista loco illo testatur, catulus leonis Iuda, ad prędam fili me ascendisti, requiescens accubuisti ut leo, & quasi leæna, quis suscitabit eũ, nunquam faciem aquilæ uolantis in eo perspiciet, q̃ in cœlum ascendit, ubi nos iuxta testimonium rotæ huius: nos inquã pullos suos portare possit in humeris suis. Sic & qui faciem hominis non perspicit, in eo ut credat q̃ deus & homo sit: non est illi unde sciat, q̃ passione sua mundum redimere potuerit. Sic una est similitudo ipsarum quatuor, ut nimirum qui in una facie fallitur, consequenter fallatur & in omnibus. ¶ Et aspectus earũ & opera quasi si sit rota in medio rotæ. Hoc pingendo potius, q̃ scribendo, hoc agendo melius, q̃ colloquendo ostẽditur, uidelicet quomodo rota in medio rotæ, quasi per centrum ducatur, & quantũ alterius continet, tanta sui parte ab altera contineatur. Cæterũ iuxta sensum spiritualẽ uel mysticũ, rota est in medio rotæ, id est sensus spũalis in medio literæ. Cũ em̃ utrunq;. s. ueritatẽ historiæ & intelligentiã suscipiamus allegoriæ, rotã ueraciter habemus in medio rotæ.

2. Cor. 3.
Psal. 107.
I. Timo. 2.
Inertibus, sacræ lr̃æ intractabiles sunt.
Vnum discredens fidei articulũ, nec alios credit uere.
Gene. 49.

¶ Quomodo per quatuor partes euntes eant, quomodo uel quibus aspectus sit horribilis, & quõ totũ corpus sit plenum oculis. Cap. XII.

PEr quatuor partes earũ euntes ibant, & non reuertebantur cũ ambularẽt. Statura quoq; erat in rotis, & altitudo, & horribilis aspectus, & totũ corpus plenũ oculis in circuitu ipsarũ quatuor. ⌋ Quomõ inquam fieri potuerit, uel possit, ut rotæ corporales, aut uisibiles p quatuor partes euntes eant, & non reuertãtur

uertantur cū ambulauerint, ꝑsertim cū aspectus earū & opera sic sint, quasi si sit rota in medio rotæ: uideat q potest. Cæterū qa uisio est, intelligi potest, ꝙ simul oēs & eædē in diuersas quatuor partes abirent, & nō reuerterētur cū ambularēt: In re quæ significabatur, nō dubiū est, quō factū sit aut fiat, quia uidelicet sancta scriptura sæpedictas habēs q̄tuor facies, ꝑ quatuor facies suas eundo iuit, id est quadrifidum cōtinens sensum incarnationis, passionis, resurrectionis, & ascensionis Christi filij dei, quatuor mundi partes occupauit. Q, non reuertebantur cū ambularent, ita intelligendū, ut supra. ¶ Quomō autē, uel quibus statura, & altitudo rotarū uel aspectus earū est, aut erat horribilis? Nimirum male uidentibus, & inuidentibus Iudæis est horribilis: eo ꝙ animalia hæc, iuxta quæ cōstiterunt rotæ istæ, non aspexerint & aspicere noluerint. Idcirco altitudo uel aspectus rotarū horribilis est illis: maxime, quia totū corpus illarū plenū est oculis. Sic illis quondā cornutus, id est radiosus Moyses, ex consortio sermonis dei fuit horribilis: cū eis potius dulcis esse debuisset atq; uenerabilis & timebat prope accedere. Quod faciei splendidę radijs in Moyse, hoc tam multis oculis significatur in corpore rotarum in hac uisione. Quicquid loquitur Moyses remoto uelamine splendidum est, quicquid sanctæ scripturæ rota continet, credentibus in Christum altum & luminosum est. Verū Iudæis Christū non recipientibus, & de illo scripturas loqui nō cōsentientibus, quicquid exinde illis ingeritur, quo magis altū, eo magis horribile: & quo magis luminosum, eo magis intolerabile est. Fugiunt ut quondā Moysen fugerūt, & lippientibus oculis uelamē ꝑfidiæ pertinaciter obstringunt.

Iudęis animarū aspectus horribilis, quēadmodū & Moysi.

¶ Quomō cū ambulantibus animalibus rotæ ambulent, & cū eleuatis eleuētur, & quomodo spiritum sequantur, uel spiritus uitæ in illis sit. Cap. XIII.

Cumq; ambularent animalia, ambulabant pariter & rotę iuxta ea: & cū eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotę. Quocunq; ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotę pariter leuabantur sequentes eū. Spūs enim vitę erat in rotis. Animalia ambulare, est euāgeliū Christi de loco ad locū, & de gente in gentē transire: ipsaq; de terra eleuari est, sublimiter intelligi, qa scriptū est: De Syon exibit lex, & uerbū dñi de Hierusalē. Deniq; quādo in noīe Christi pœnitētiā & remissionē peccatorū ꝑdicari cœptū est ab Hierl'm: extūc animalia hæc ambulare cœperūt, & extunc de terra eleuata, id est sublimiter intellecta sunt, & toti mūdo in tanta ueneratione habita, ut nō minus hominis aut uituli faciē mūdus adoret, iuxta ꝑscriptā rationē, q̄ hominis ac uituli creatorem, deum patrem: non, inquam, minus leonis aut aquilæ uolantis, q̄ totius mundi creatricem trinitatem. Ita ambulantibus, & ita eleuatis animalibus, pariter & rotæ ambulabant, & pariter eleuantur, quia uidelicet quocunq; pergit euangeliū Christi, lex & prophetæ comitantur, neutrū quippe sine altero cuiq̄ suscipere conceditur, & quantumlibet uilem habeat corticē literæ, lex æquali cū euangelio maiestate honoratur & glorificatur in uno eodemq; spū. Quare? Spiritus enim uitæ erat in rotis, Ac si dicat: Nam extrinsecus quidem hispida legis litera occidit, sed spūs uiuificans intus est suauis & dulcis. Verum ergo est, quia quocunq; ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter leuabantur sequentes eum. Quod est dicere. Apud quemcunq; est spūs sanctus, apud illū aperiente sensum ad intelligendum scripturas spū sancto, scripturæ ipsæ in magno honore habentur, in magna æque ut euangelium Christi maiestate adoratur & suscipitur. Quis em̄ digne suscipiens illud de uerbo dei dictum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: non statim intelligens, eadem ueneratione suscipiat illud de psalmo: Quia ip̄e dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Itemq; illud de Moyse: Dixit deus, fiat lux, & facta est lux, dixit deus, fiat hoc uel illud, & factum est ita? Ergo cum euntibus ibant, & cum stantibus stabāt, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur, & rotæ sequentes ea, quia spiritus uitæ erat in rotis. Proinde non putent Iudæi, quod cum animalia hæc abire, & ad gentes ire fecerunt, lex & prophetæ apud illos remanserint, uel quod cum hæc animalia foris stent extra synagogam ipsorum, lex & prophetæ intus sint, quia si uerus est hic propheta ipsorū, cum euntibus abierunt, & cum foris stantibus animalibus nostris rotæ istæ de synagoga illa egressæ stant foris: stant, inquam, foris spiritus uitæ, qui est in rotis, & intra synagoga abdita sola est litera, quæ occidit.

Esa. 2

Iohan. j.
Psal. j48
Gene. j.

¶ Quid

¶ Quid sit sup capita animaliũ similitudo firmamẽti, quasi aspectus cristalli horribilis. & qd sub firmamẽto pẽnæ extẽtæ alterius ad alterũ, & quõ unũquodq; uelet corpus suũ. XIIII.

ET similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti super capita eorũ desuper. Sub firmamento autẽ pennę eorũ rectę alterius ad alterũ: Unumquodq; duabus alis velabat corp⁹ suũ, & alterũ similiter velabatur.] Similitudo firmamẽti super capita animaliũ, regnũ imortalitatis est, pro mercede paratũ euãgelizãtibus, & suscipiẽtibus Christi euãgeliũ. Hoc firmamentũ quasi aspectus est crystalli horribilis, uidelicet quia crystallum forte qdẽ nimis est, sed ex aqua solidatur: recte p crystallũ regnũ illud intelligitur, ubi & angelica natura ex mutabili immutabilis facta, & ita solidata est, ut iã solui uel in uitiũ labi nõ possit, pro eo q apostatis sponte labentibus angelis, pars illa lapsum humiliter cauit, & cũ superbientibus pedẽ mouere noluit. Et hũana quoq; natura itidẽ remunerãda est, ut post resurrectionẽ solidata, iã ultrã neq; mori, neq; peccare possit. Quod crystallũ horribile, & extẽsum sup capita animaliũ dicitur, qa illę potestates angelicæ, q̃ omnipotẽtis dei cõspectui assistũt: nobis adhuc in hac corruptiõe positis, terribiles atq; pauẽdæ sunt. Vnde Daniel, cũ quasdã regni illius uidisset imagines: horruit inqt spũs meus. Ego Daniel territus sum nimis, & uisiones capitis mei cõturbauerũt me. Sub hoc firmamẽto ait pẽnæ eorũ rectæ alterius ad alterũ, uerũtamẽ unũquodq; duab⁹ alis uelabat corp⁹ suũ. Nã q̃diu in hoc mortali corpore sum⁹, ubi quidẽ gratiaꝝ cœlestiũ sese nobis alæ aperiũt, quicqd illud est, rectũ & rationabile sonat in toto euãgelio sanctoꝝ animaliũ, summáq; cõcordia est alterius ad alteꝝ. Nã sibi bene cõsonant, & bene cõueniũt Christũ nõ hoĩem tm̃, sed & ueꝝ esse deũ, atq; idcirco digne hoĩem unũ potuisse passiõe sua totũ redimere mũdũ. Idcirco nihilominus, qa deus ẽ potuisse resurgere à mortuis, & ascẽdere in cœlũ. Verũ hæc ipsa nũc ex parte nobis uelãtur, neq; ad plenũ ea cognoscere possumus, queãdmodũ dicit aplus: Ex parte em̃ cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum aũt uenerit qd̃ pfectũ est, euacuabitur qd̃ ex parte est. Amplius autẽ infidelibus totũ uelatur, quorũ, ut superius dictũ est, qa infideles sunt mẽtes excæcauit deus. Igit sub firmamẽto pẽnæ eoꝝ recte quidẽ alterius ad alteꝝ, sed unũquodq; duabus alis uelabat corpus suũ, qa quãdiu in hac mortalitate uiuitur, ipsum quod credimus non parua nobis ex parte abscõditur. ¶ Et alteꝝ inqt similiter uelabat: Similiter inquam, nã pro quanta parte cuiq; nostrum abscõditum est unũquodlibet eoꝝ quæ credidimus, pro tãta parte & alterum uelatur: nec maiore quispiam mẽsura mysterium sacrosanctæ incarnatiõis, q̃ passiõis aut resurrectionis comprehẽdere meretur. Danie.7 J.Corin.13

¶ Quid sit audire sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, & in quo q̃si sonum sublimis dei, quid sonus castrorum, & quid sit stantibus eis, dimitti pennas eorum. Cap. XV.

ET audiebam sonum alarũ, quasi sonũ aquarũ multarũ, quasi sonũ sublimis dei. Cũ ambularent quasi sonus erat multitudinis, vt sonus castroꝝ. Cũq; starent, dimittebantur pennę eoꝝ. Nã cũ fieret vox supra firmamentũ quod erat super caput eorũ: stabant & submittebãt alas suas.] Vbi factus est repente de cœlo sonus tanq̃ aduenietis spũs uehemẽtis, repleuit totam domũ ubi erãt sedẽtes apostoli: illic & extũc audiri cœpit sonus alarum animaliũ cœlestium, ita ut facta hac uoce conueniret multitudo, quę et mẽte cõfusa est, quoniã audiebat unusquisq; lingua sua illos loquẽtes. Tũc inquã cœpit audiri sonus alarũ sicut sonus aquarum multarũ. Multæ siquidẽ gratiæ cœlestes, multa charismatũ tũc dona cõfluxerunt, multa uiuæ aquæ flumina, de uentre credentiũ fluere cœperũt, multis sermonibus, multis loquelis, & omniũ gẽtium linguis, cõpletumq; est illud. fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Item: Cœli enarrãt gloriam dei & opera manuum eius annunciãt firmamẽtum Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat sciẽtiam. Nõ sunt loquelæ neq; sermones, quorũ nõ audiantur uoces eorum. In omnẽ terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terræ uerba eorũ. Igitur audiebã inquit sonũ alarũ quasi sonũ aquaꝝ multaꝝ, quẽ uidelicet sonũ maiorẽ faciebat motus aquarum aliaꝝ motus aquarum repugnãtium, secũdum alterius quoq; psalmi testimonium: Eleuauerunt, inquit, flumina domine, eleuauerũt flumina uocẽ suã, eleuauerũt flumina fluctus suos, à uocibus Acto.2. Psalm.45. Psalm.18.

Psalm.92. busaquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dñs. Cuius eñ hoc, nisi mi-
Lucæ.21. rabilis dñi miraculũ fuit? Fuerãt eñ hoĩes idiotæ & sine literis, qbus nũc datum est os & sapi
entia, cui nõ poterant resistere, & cõtradicere omnes aduersarij sui. Propterea cũ dixisset, q̃si
sonũ aquarum multarum, cõtinuo subiunxit. Quasi sonũ sublimis dei. Hoc & ipsi fatẽtur cũ di-
2.Corin.4 cũt, ut sublimitas sit uirtutis dei, & nõ ex nobis. Nã reuera neq; ab hoĩe, neq; per hominẽ ta
lem sonũ, siue tantas uoces acceperũt, sed per reuelationẽ Iesu Christi, utiq; sublimis dei sedẽ
tis sublimi solio ad dextrã patris. ¶ Cũ (inqt) ambularent quasi sonus erat multitudinis, ut so
nus castrorum. Cũ ambularẽt. i. prædicarẽt. Nã ad sonũ prædicationis sonus ecõtrario fiebat
contradictionis, iuxta quod ante dictũ est. Eleuauerũt flumina fluctus suos, à uocibus aqua
rũ multarũ, & hinc erat quasi sonus multitudinis atq; castrorũ. ¶ Et cũ starẽt dimittebantur
pennæ eorum. Cum starent. i. cum nõ prædicarent. Stabant eñ aliquando prohibente ne
Acto.16. ambularent deo, uetante spiritu sancto, iuxta illud in actibus apostolorũ. Transeuntes autẽ
Phrygiam & Galaciæ regionem uetiti sunt à spiritu sancto loqui uerbum in Asia. Cum ue
nissent autem in Misiam, tentabant ire in Bithiniã, & nõ permisit eos spũ Iesu. Igitur cũ fie
ret uox super firmamentum, cum audirent sublimis dei, uel spiritus sancti prohibentis impe
rium, quod imminebat capiti eorum, cui subiecti erant, & parati ad obediendũ stabãt, id est
non prædicabant & tunc dimittebantur pennæ eorum, nec erat ut sonus multitudinis atq;
castrorum, quia non erat contradictio, aut bellum, nisi ad eum, qui ex parte ipsorũ erat præ-
dicationis sonum.

¶ Quid sit similitudo throni super firmamentũ, & quid sit aspectus hominis su
per thronum sedentis. Cap. XVI

ET sup firmamẽtũ q̃d erat imminẽs capiti eorum quasi aspect⁹ lapidis saphy-
ri similitudo throni, & sup similitudinẽ throni, similitudo quasi aspect⁹ hoĩs
desup. Et vidi quasi speciẽ electri, velut aspectũ ignis intrinsecus eius per
circuitũ a lũbis eius & desup, & a lũbis eius vsq; ad dorsum vidi quasi spe-
ciẽ ignis splendentis in circuitu, velut aspectum arcus cũ fuerit in nube in die plu
uię. Hic erat aspectus splendoris p gyrũ. Hęc erat visio similitudinis glorię dñi.
Quod super firmamentũ, i. nullo mortalitatis regno supra omnẽ principatũ & potestatẽ &
uirtutẽ, nõ iam similitudo, sed ueritas throni sit, & nõ iam similitudo quasi aspectus hominis,
sed uerus aspectus ueri hominis Iesu Christi, sedeat desup assertione nostra nõ indiget. Cer
tũ quippe habet catholica fides, & de hoc dubitare cuipiã sacrilegiũ est, qa quod tũc in ima-
Acto.1. gine ostendebatur ex tũc in rei ueritate perfectũ est, ex quo uidentibus Apostolis, eleuatus
Psalm.109. est, & nubes suscepit eũ ab oculis eorũ, & sedit a dextris dei, iuxta illud: Dixit dominus dño
meo, sede à dextris meis. Sedis illius firmitatẽ & gloriã designat cum dicit, quasi aspectus la
pidis saphyri. Nam in lapide firmitas, in saphyro sereni cœli pulchritudo est. ¶ Quare autẽ
in illa similitudine throni solum uidet quasi aspectum hominis, cum hactenus quatuor fa-
cies numerauerit, faciem hominis, faciem leonis, faciem uituli, faciem aquilæ uolantis? Vi-
delicet quia sedens ille, leo, uitulus, aquila dicitur, tñ pro similitudine uel parabolica transla-
tione, homo aũt est & esse permanet in ueritate naturæ. Et hũc hominẽ uidi (inqt) quasi spe
ciẽ electri. Nã q̃uo electrũ nõ ex una tantũ specie, sed ex duabus constat speciebus, auri atq;
argenti, sic homo ille, non ex una tantum, sed ex duabus consistit naturis, deus ex sua, uel ex
dei patris, homo ex nostra substantia quam assumpsit. Nec tantũ quasi speciẽ electri, sed ue
lut aspectum ignis ait intrinsecus eius per circuitum à lumbis eius & desuper. Ignis intrinse
cus eius, ignea diuinitatis uirtus est, quæ intrinsecus habitans, carne uestita est. Nã deus no-
Hebr.12. ster ignis consumens est. A lumbis inquam desuper tantum ignis, nam a lumbis eius usque
ad dorsum. Vidi (inqt) quasi speciẽ ignis splendentis in circuitu, simulq; uelut aspectũ ar-
cus cum fuerit in nube, in die pluuiæ. Quid est hoc, nisi quia ante carnis assumptionem, quę
per lumbos recte exprimitur, deus generi humano iratus, tantũmodo ignis consumẽs erat,
postq̃ aũt carnẽ assumpsit, iam nõ solũmodo ignis, sed & inclinatio nobis est propitiationis
Gene.9. Arcus quippe in die pluuiæ signũ est fœderis & pacis, sicut ipse deus Noe promisit. Igitur
à lumbis eius usq; deorsum, simul species ignis & aspectus arcus q̃d est signũ propitiationis
quia postquam homo factus est, sic ignem iustitiæ, uel iudicij sui placida miserationis aura
contẽ-

contemperauit, ut neminem ignis ille iudicaturus sit, qui nunc interim per fidem ad misericordiam eius cõfugere uoluerit. Hic talis aspectus tã temperatus splendoris per gyrũ, omnibus nimirũ paratus qui in circuitu eius sunt, qui in ipsum credũt, qui ad ipsum respiciunt. Hæc uisio similitudinis gloriæ dñi, id est dignã & congruã præferens similitudinẽ eius, quę nũc est gloriæ domini, gloriæ filij dei: eius quidẽ filij hominis gloria & honore coronati, & cõstituti super opera manuum patris.

¶ Quorũ in hoc propheta typũ gesserit, ꝙ ait: Et uidi, & cecidi i faciẽ meã, &c. & quomodo ad gentes apostatrices missus sit Cap. XVII.

CAP. II.

Et uidi, & cecidi in faciem meam. Et audiui uocem loquentis, & dixit a me: Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecũ. Et ingressus est in me spiritus, Postq̃ locut⁹ est & mihi, statuit me supra pedes meos. ⌋ Post reuelatã euangelij Christi gloriã, quæ deinceps cõsecuta sint, uel consequantur, prophetica uisio demõstrare hinc incipit, clauso quidẽ sermone, sed tali sermonis uel reuelatiõis ordine, ut collata cũ rebus, deinde gestis prope quasi historica narratio sit. Propheta ipse postq̃ euãgelij figuras siue imagines tã mirabiles peruidit: iã nũc pdicatoris eiusdẽ euãgelij. i. aploꝝ uel discipuloꝝ Christi typũ gerit. Et uidi inquit, & cecidi in faciẽ meã. Non statim ut uidit similitudinem quatuor animalium, uel cætera quæ cõsecuta sunt, cecidit in faciem suã: sed post q̃ uidit similitudinem throni, & desuper similitudieem quasi aspectus hominis, cecidi ait, in faciem meam. Sic nimirum apostoli non statim ut Christũ dominum cœperunt sequi, & uidere gloriam euangelij eius, ita cognouerunt eum, uel ita crediderunt ut adorarent eum: sed postq̃ resurrexit à mortuis, & in cœlum ascendit, adorauerunt, & adorandum illum esse prędicauerunt. Et audiui (ait) uocem loquentis, & ait ad me, Fili hominis sta super pedes tuos. Dicendo fili hominis, ammonebat eũ propriæ conditionis, ne nesciret, ꝙ cœlesti admissus esset uisioni, gratiæ magis esse q̃ meriti. Et apostolis utiq; quodãmodo dictũ est, state super pedes uestros, & reuera ingressus est in eos spũs, & statuit eos supra pedes suos, quando qui prius erant infirmi & timidi, induti sunt uirtute ex alto, cõfirmati spiritu sancto, ita ut (uerbi gratia) Petrus qui Christũ dominũ & magistrũ suũ, confiteri timuerat corã una ancilla ostiaria: iam confiteri nõ dubitaret in plena synagoga, imò coram uniuersa Roma mũdi domina tot fascibus, tot potestatibus, totq; gladijs armata. ¶ L Et audiui loquentem ad me & dicentem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israhel ad gentes apostatrices, quę recesserunt a me. Patres eorũ preuaricati sunt pactum meũ usq; ad diem hanc, & filij dura facie & indomabili corde sunt ⌋ Quid aliud dictũ putamus apostolis, nisi ut confirmati spiritu sancto, irent ad filios Israhel, non iam dei populũ, sed plurali numero gentes, gẽtes apostatrices, quæ à domino recesserunt, gentibus quibuslibet deteriores: quorum patres præuaricati fuerint pactum domini usq; ad diem illũ, & ipsi malorum patrum filij pessimi, dura facie & indomabili corde erãt? Neq; eñ tũc tẽporis sine authoritate scripturæ diceret illis Stephanus prothomarty, Dura ceruice & incircuncisis cordibus & auribus, uos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres uestri & uos. L Et dices ad eos: Hec dicit dominus deus: Si forte uel ipsi audiant, & si forte quiescant, quia domus exasperans est. Et scient quia propheta fuerit in medio eorum. ⌋ Non ignorabat dñs deus, ꝙ nec ipsi audirent, neq; quiescerent, sicut nec patres eorum audierant, aut quieuerant, sed illis oportebat primũ loqui uerbũ dei, ut essent inexcusabiles, scire nolentes, ꝙ propheta ille, de quo prædixerat Moyses, fuerit in medio eorum.

Fili hois cu ad Ezechie. dictum.

Act. 7

Act. 13

Deut. 18

¶ Quid sit librũ corã illo expãdi q erat inuolutus, & scriptus intus & foris, & qd in eo scriptas esse lamentationes & carmen, & uæ. Cap. XVIII.

Aperi os tuũ, & comede quęcũq; ego do tibi Et uidi, & ecce manus missa ad me in qua erat inuolutus liber. Et expandit illũ corã me, qui erat scriptus intus & foris Et scriptę erant in eo lamentationes, & carmen, & uę ⌋ Liber iste inuolutus ipse est q in Apoca. memorat septẽ sigillis signat⁹. Int⁹ & foris scriptus ẽ, int⁹ uidelicet p allegoriã, foris p historiã. Intus p spiritualẽ intellectũ: foris per sensum literæ simplicẽ. Hic deniq; liber, omnis sanctuarij scriptura est. Hunc manus missa coram apostolis expandit: quando dextra patris filius dei, scripturarum illis intelligentiam

Apo. 5

Intus & foris scriptus liber quid.



Lucæ. 24. dedit, sicut ait Lucas, quia tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Lamentationes in hoc libro scriptę sunt, & carmen, & uæ. Prius lamẽtationes, deinde carmen, quia qui
Psalm. 125 seminant in lachrymis, in gaudio metent, qui aũt nũc lamẽtari, id est, pœnitentiã agere nolunt, illis uæ, quia mittentur in ignem æternũ. Quid aliud totus liber, quid inq̃ aliud omnis sacra scriptura cõtinet? Et recte dicitur, aperi os tuũ, & comede quæcunq; ego do tibi. qa ni-
Verbũ dei as de sumẽdũ mirũ oportet ut ad comedendũ uerbi dei cibum, pia auiditate summissi disponamur, iuxta quòd in Psalmo dicitur: Dilata os tuũ, & implebo illud. Comedere quippe est scripturã in-
Psalm. 80. telligere, q̃d dei donũ est, propter quod dicit, & comede quæcũq; ego do tibi. Ergo nostrũ quidem est os aperire, id est, scripturæ intellectum quærere, dei autem implere, id est, uerum scripturæ sensum aperire. Hunc librũ, nisi manus missa expandisset, hodie non legeremus, id est, sanctã scripturã, nisi Chrũs dei filius in semetipso opere adimplesset, nõ intelligeremus

CAP. III. [**Et comedi illud, & factũ est in ore meo sicut mel dulce.**] Qui exptus est, ipse nouit q̃
psalm. 118. uere dulcis sit scripturaꝝ cibus. i. sensus spũalis. Propter q̃d dicit. Quàm dulcia faucib⁹ meis eloquia tua, super mel & fauũ ori meo. [**Et dixit ad me: Fili hominis vade ad domum Israbel, & loqueris verba mea ad eos. Non enim ad populũ profundi sermonis, & ignotę linguę tu mitteris, quoꝝ non possis audire sermones. Et si ad illos mitteretis, ipsi audirent te. Domus aũt Israbel noluit audire te, quia nolunt audire me.**] Quàm uere hæc dicta sint, effectus probauit. Si (inqt) ad populos multos profundi sermonis, & ignotæ linguæ mitteris, ipsi audirẽt te, q̃d & factũ est. Domus aũt Israhel noluit audire te. Quod & factũ est. Nos em̃ populi multi, populi profundi sermonis, græci & latini, missos ad nos audiuimus Apostolos Christi, domus aũt Israhel eos audire noluit. ¶ Manifesta trãscurrimus, imò & quædã transilimus, quia uidelicet iam ostio patente si semper ad apostolica respicias tempora fere nihil est quod gressus intelligentiæ retardet.

¶ Q̃uo Apostoli Christi, q̃s ut spũs iste assumpserit, audierint post se uocẽ cõmotiõis magnę, benedicta gloria domini de loco sancto suo. Caput. XIX

Et assumpsit me spũs, & audiui post me vocẽ cõmotionis magnę, benedicta gloria dñi de loco sancto suo. Et vocẽ alarũ animaliũ, percutientiũ alterã ad alterã, & vocẽ rotarũ sequentiũ animalia, & vocẽ cõmotionis magnę.] Hoc dicere primũ utiq; apostolico cõgruit ordini. Et assumpsit me (inquit) spũs,
Assumpti sũt Apli in ministeriũ uerbi. subauditur in opus uel ministeriũ suũ. Sic em̃ dicit in actib⁹ Aploꝝ idẽ spũs sanctus. Segregate mihi Barnaban & Saulũ in opus quo assumpsi eos. Quid aũt est, q̃ assumẽte se spiritu,
Acto. 13. audiui (inqt) post me uocẽ cõmotionis magnę, benedicta gloria dñi de loco sancto suo? Nimirũ cũ hinc plura recte & utiliter dicã illud cũ auctoritate scripturæ fidẽter dicamus, quia
Lucæ. 19. omĩ habẽti dabit. i. euãgelizãti cuiq; quãtũ accepit, gr̃a sciẽtiæ uel sapientiæ magis ac magis augebit. Ergo assumpsit me spũs, & audiui post me uocẽ cõmotionis magnæ, & uocẽ alaꝝ animaliũ percutientiũ alterã ad alterã, & uocẽ rotarũ sequẽtiũ animalia, idem est ac si dicat: Vbi ad imperiũ sancti spũs, obedienter euãgelij ministeriũ ingressus sum, creditũq; mihi talentũ cœpi expẽdere, magis ac magis sensu ditescere, atq; aures audiẽdi cœpi habere, & interno auditu audire uocẽ cõmotionis magnæ, uocẽ & lamentationẽ supnæ patriæ, totiusq; angelicæ curiæ, & in cœlis cõuersari, suspẽsa mẽte, cũ adhuc in terris peregrinarer corpore, & intelligere p̃clarius euãgeliorũ alas sacramẽtorũ adinuicẽ percutientiũ. i. cõsona ueritatis testimonia reddentiũ, intelligere nihilominus uocẽ rotarũ sequẽtiũ animalia. i. legis & prophetarũ testimonia Christi euãgelio cõsonãtia. Hæc omĩa post me audiui. i. de preterito recollegi. Verbi gr̃a: Petrus corã se nõ audiebat, p̃ntis qppe dñi facta uel dicta non intellige-
Iohan. 13. bat. Propterea dictũ est illi. Q̃d ego facio tu nescis mõ, scies autẽ postea. Et alibi, tã Petro q̃
Matth. 15. cæteris. Adhuc & uos sine intellectu estis? Nec mirũ. Erãt em̃ homines idiotę & sine literis
Iohan. 16. At ubi eũ. s. Petrũ assumpsit spũs promissus, ab eodẽ dño dicẽte, cũ aũt uenerit ille spũs ueritatis, docebit uos omnẽ ueritatẽ, præteritũ Chri euãgeliũ, sensu & intellectu recollegit, præ
Acto. 2. teritas quoq; prophetaꝝ uoces intus audiuit, foris enũciauit, dixit em̃: Viri Iudæi & q habitatis Hierlm̃ uniuersi, nõ sicut uos æstimatis hi ebrij sunt cũ sit hora diei tertia. Sed hoc ẽ q̃d
Iohel. 2. dictũ est per prophetam Iohel. Et erit in nouissimis diebus dicit dñs, effundã de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij uestri & filiæ uestræ, & cætera, Et subinde

Dauid eñ dicit in eũ: Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne cõmouear. Propter hoc lætatũ est cor meũ, & exaltauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniã nõ derelinques animã meã in inferno, nec dabis sanctũ tuũ uidere corruptionẽ. Igitur qui ante me, ne saltẽ alarũ animaliũ uocẽ audire potui, iam assumptus à spiritu, nõ solum animaliũ, sed & rotarum animalia sequentium uocem post me audiui magna cõmotione, id est, qui cũ in præsenti haberem deũ, ne saltẽ incarnationis eius causam, passionis utilitatem, resurrectionis ueritatẽ, ascensionis gloriam intelligere potui, iã misso de cœlis spũ sancto, non solũ hæc, sed & legis & prophetarũ arcana de præterito ualui percipere, magna interim auditus certitudine. ¶ Et quasi quæreres, qualẽ uocem audierit, uel ne dubitares utrum articulatam, an inarticulatam uocem audierit, in illa magnitudine cõmotionis: pulchre ait, Benedicta gloria domini de loco sancto suo, non ꝙ sola, sed ꝙ prima hæc uox laudis in cõmotione animaliũ audita sit. Nam ubi prima facies hominis alã suã mouit, id est, ubi primũ deus homo factus in carne apparuit, audita est bene hæc eadem angelicæ laudis uox, Gloria in excelsis deo. Proinde si quæras, de quo loco sancto suo benedicta sit gloria domini? Ecce locus eius excelsum solium paternę maiestatis, cuius ad dextram consedit gloriosus uictor, quod præoptantes simul & prænunciantes, dicebant, Gloria in excelsis deo. Lucæ. 2

¶ Qũo apostoli accepto spũ sancto amari & indignãtes facti sint, & ad quẽ aceruum nouarũ frugũ uenerint, sederint, & mœrentes manserint Cap. XX.

Spiritus quoq; leuauit me, ꝛ assumpsit me, ꝛ abij amarus, in indignatione spũs mei. Manus enim domini erat mecũ confortans me. ⌋Bene & cõpetenter. Parum quippe fuerat sanctis apostolis per assumptionem spũs uocẽ audisse post se, id est facta ꝑterita, & antiquas scripturas intellexisse, nisi per eundẽ spm̃ leuati, & cõpetenti fiducia sublimes facti, auderẽt amari indignãtesq; incedere spũali indignatiõe & sæuera amaritudine, qualẽ utiq; indignationẽ siue amaritudinẽ, spũs sanctus sese illis cõferre significans, apparere uoluit in igne. Nã apparuerũt illis dispertitæ linguæ tanq̃ ignis. Proinde quasi quæreres, qũo amarus, uel quali indignatiõe? addit continuo, Manus eñ dñi erat mecũ cõfortãs me. Ergo fortitudo zeli, qua fortes facti sunt apostoli, ipsa est amaritudo, dulcedini uitiorũ contraria, ipsa est indignatio quæ pro causa dei, quãlibet altos hoĩes despicere nõ dubitat. ¶ L Et veni ad transmig rationẽ ad aceruũ nouarũ frugũ ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar, ꝛ sedi vbi illi sedebãt, ꝛ mansi diebus septẽ mœrẽs in medio eorũ. ⌋Miro mõ prophetica hæc scriptura, tẽpus q̊q; insinuat, q̃ Chri aplos uirtute armatos, ad ꝑdicãdũ misit spũs sancti grã, dicẽdo: Et ueni ad trãsmigrationẽ, ad aceruũ nouarũ frugũ. Quo eñ anni tpe sint aceruí nouarũ frugũ in terris illis, testãtur duo panes primitiarũ, q in solẽnitate Penthecostes, ex lege iubebãtur offerri. Ergo nõ ab re ad aceruũ nouarũ frugũ se uenisse dicit, spũaliter pro ratiõe tpis nouas fruges, eos appellãs, q per ꝑdicationẽ aplorũ ad Christũ collecti sunt, ipsa die aduẽtus spũs sancti. Spũaliter inquã ipsos transmigrationẽ, ipsos aceruũ appellat nouarũ frugũ: ipsos habitare dicit iuxta fluuiũ Chobar. Trãsmigrationẽ, qa nimirũ credẽdo in Christũ, captiuos se esse cõfitebãtur, & transmigratos in Adã ab illa superna Hierusalẽ. Aceruũ nouarũ frugũ, qa cõsepulti grano frumẽti Christo ꝑ baptismũ in mortẽ, deinceps in nouitate uitæ ambulare cœperunt. Iuxta fluuiũ Chobar, quod nostra lingua graue sonat, habitabãt, qa quotquot supnę Hierusalẽ ũeraciter meminerunt, grauitatẽ miseræ mortalitatis tristes præ oculis habebãt & flebãt, iuxta illud Dauidicũ Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dũ recordaremur tui Syon. Sedi inquit ubi illi sedebãt, & mãsi septẽ diebꝰ mœrẽs in medio eorũ. Et apostoli utiq; in medio prædictorum mœrentes sederunt: mœrentes, inquam, non modo ꝙ in mundi huius Babylone captiui essent, uerum & ꝙ nimium paucos ex cognatis suis Iudæis ad memoriam supernæ Hierusalem reuocare possent: insuper & multas persecutiones ab eis illatas sustinerent. Septem dies quibus in medio eorum sedisse dicitur, post hæc egressurus in campum ad imperium domini, totũ significant tempus, quo Iudæam non reliquerũt apostoli. s. ferè bis septẽ annos. usq; ad quartũ Claudij annũ, quo Paulus & Barnabas à spũ sancto ad ꝑdicãdũ gentibus sunt missi, & Petrus Romam ingressus est.

Act. 2
Colos. 2
Roma. 6
Psal. 136.
Mœrẽtes apostoli in mũdo

¶ Quãta sit euãgelizandi necessitas eis quibus dispensatio credita est, secundũ id ꝙ ait, Speculatorẽ dedi te domui Israhel, & ꝙ per hæc subuersio prænuncietur Hierosolymorũ quæ subsecuta est passionẽ dñi, & ꝑdicatiõẽ apostoloꝝ. Cap. XXI.

Cum aũt pertransissent septẽ dies, factũ est verbũ dñi ad me, dicẽs: Fili hominis, speculatorẽ dedi te domui Israhel, & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impiũ, morte morieris, non annunciaueris ei, neq; locutus fueris vt auertatur a via pessima, & viuat: ipse impius in impietate sua morietur, sanguinẽ autẽ eius de manu tua requirã. ⌋ Magna & formidabilis necessitas speculatoꝝ eiusmodi, quã sciens unus illoꝝ, Paulus dicit: Nã si euãgelizauero, nõ est mihi glĩa. Necessitas eñ incũbit mihi. Væ eñ mihi ẽ, si nõ euãgelizauero. Si eñ uolẽs hoc ago, mercedẽ habeo: si aũt inuitus, dispẽsatio mihi credita est. Magna itidẽ, et iusta dãnatio Iudææ, q̃ speculatorũ uigilãtiã clamãtẽ, quãtũ potuit audire noluit sed & ꝑsecuta est, & lõge à se repulit. Seqtur eñ. ⌊ Si aũt tu annũciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & a via sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu aũt animã tuã liberasti. ⌋ Liberationẽ huiuscemodi qũo agnoscerent, uel qualiter assererẽt apostoli: dñs ipse in euãgelio sic ꝑdocuit: Et quicũq; nõ receperint uos, exeuntes inde, excutite puluerẽ de pedibus uestris in testimoniũ illis. Hoc fecisse illos apostoloꝝ actuũ scriptura nõ tacuit: qñ Iudæoꝝ seditiõibus defessi, trãsierũt ad gẽtes, bona cõsciã liberati. De q̊ illoꝝ trãsitu seqtur hic. ⌊ Et facta est super me manus dñi, & dixit ad me. Surgens egredere in campũ, & ibi loquar tecũ. Et surgens egressus sum in cãpũ ⌋ Mystice quippe cãpus latitudo est gẽtiũ. Ibi ingt loquar tecũ, subaudit, cũ multo maiore fructũ audiẽtiũ. ⌊ Ecce ibi gloria dñi stabat, quasi gloria quã viderã iuxta fluuiũ Chobar. ⌋ Et est sensus, In cãpo in latitudine gentiũ, nõ minus q̃ in ecclesia eoꝝ, q ex Iudæis crediderũt euãgelij glĩa claruit in omni grã, in prodigijs, uirtutibus, et signis, primo extũc ubi loquẽte Petro ad eos, q de gẽtibus ueniebãt: cecidit spũs sanctus sup eos, q audiebãt uerbũ, & erãt loquẽtes linguis, & magnificãtes deũ. Vnde Petrus: Si ergo eãdẽ grãm deus dedit illis, sicut & nobis q credimus in dñm nostꝝ Iesum Chr̃m, ego qs erã q possem prohibere deũ. Et alibi: Et q nouit corda deus testimoniũ ꝑhibuit, dans illis spiritũ sanctũ sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos fide purificãs corda eoꝝ. Igitur q̃ primũ iuxta fluuium Chobar, eadem deinde in cãpo stetit gloria dñi: qa sicut & Paulus ait: Nõ est distinctio Iudæi & Græci, & per indebitã grãm, primũ Iudæo, deinde Græco eadẽ se exhibuit gloria dñi, ut iustificaret utrunq; p fidẽ Iesu Christi. ⌊ Et cecidi in faciẽ meã, & ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos ⌋ Cur hoc in cãpo ut supra iuxta fluuiũ Chobar de propheta agitur: nisi ut specialr̃ designetur, qa etiã electis gentiũ, dandus eẽt spũs sanctus, q eos quos assumeret, prius à superbiæ suæ statu deijceret, & postmodũ sup pedes suos. i. sup bona opa sua solidaret: Et nũc quidẽ Israhelitico populo ablata, in altitudinẽ gentiũ gloria dñi sparsa est, sed in fine mũdi, ad illos reuertet, sicut scriptũ est: Donec plenitudo gentiũ introiret, & sic oĩs Israhel saluus fieret. Seqtur ergo. ⌊ Et locutus est mihi, & dixit ad me: Ingredere & includere in medio domus tuę. ⌋ Includi in medio domus suæ ꝑcipit, qa Antichristi tẽpore ab eis gẽtibus, q̃ in infidelitate remãserint cõuersa plebs Iudæoꝝ dura, ꝑsecutionibus angustat. Vnde subditur adhuc. ⌊ Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eoꝝ, & linguã tuam adhærescere faciã palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgãs, q: domus exasperãs est. ⌋ Propheta in domo sua uincula suscipit, & ligatur, qa in extremis cũ Iudæa crediderit, grauissimas Antichristi ꝑsecutiões patietur. Et in medio eoꝝ nõ egredietur, qa ad corda prauoꝝ ꝑdicatio nõ peruenit, dũ tacet lingua bonoꝝ ligata tribulationibus.

¶ De ciuitatis obsidiõe qũo portẽtũ eius fuerit ꝙ dormire iussus ẽ ꝓpheta sup latus suũ sinistrũ, & portare iniquitates dom⁹ Israhel trecẽtos & nonaginta dies, & dormire in lat⁹ suũ dextrũ, & portare iniqtates dom⁹ Iuda quadraginta diebus. Cap. XXII.

CAP. IIII. Et tu fili hoĩs sume tibi laterẽ, & describes in eo ciuitatẽ Hierusalẽ, & ordinabis aduersus eã obsidionẽ &c. ⌋ Iuxta reꝝ gerẽdoꝝ ordinẽ, sensumq; propheticũ eoꝝ q̃ tũc gerẽda, nõ aũt gesta sunt, hoc prophetiæ capitulũ ei loco iungẽdum est, ubi

[Margin notes: Speculatorũ, ꝑdicatorũ ...ũ periculũ. j. Cor. 9 | Mat. jo. Mar. 6. Lucæ. 9 | Act. 8. jo | Act. jj. | Act. j5 | Roma. jo Gala. 2. | Roma. jj.]

ubi paulò ante dixit: Et surgens egressus sum in campũ, & ecce gloria domini stabat quasi gloria quã uiderã iuxta fluuiũ Chobar. Postquã eñ repulsa à Iudæis ad Gentes exiuit gloria domini, notũ omni mundo illud miseræ ciuitatis Hierusalẽ excidiũ successit quod nõ dubitamus hic prophetice præmonstrari. Sequitur eñ. [Et tu dormies super latus tuum sinistrũ, & pones iniquitates domus Israhel, super eo numero dierũ, quibus dormies super illud, & assumes iniquitates eorũ. Ego aũt dedi tibi annos iniquitatis eorũ, numero dierũ trecentos & nonaginta dies, & portabis iniquitatẽ domus Israhel. Et cũ compleueris hec, dormies super latus tuũ dextrũ secundo, & assumes iniquitatẽ domus Iuda quadraginta diebus. Diẽ pro anno, diẽ inquã pro anno dedi tibi.] Cũ dixisset, dormies sup latus tuũ dextrũ secũdo, & assumes iniquitatẽ domus Iuda quadraginta diebus, tũc demũ subiunxit: Diẽ pro anno dedi tibi. Notandũ, ꝙ nõ itidẽ cũ dixisset, ego autẽ dedi tibi annos iniquitatis eorꝝ, numero dierꝝ trecẽtos & nonaginta dies, & portabis iniquitatẽ domus Israhel: nõ inquã itidẽ subiũxit, diẽ pro anno dedi tibi. Hęc dicimus, ut longissimã, & q̃ longe ante hanc prophetiã cœpta est, annorꝝ prolixitatẽ euadamus, & ad id quo tẽdimus, secundũ certũ rerꝝ gestarꝝ euentũ liberius accedamus. Nã à Facee rege Israhel, sub quo Salmanasar Israhelitici populi uastauit milia multa, usq; ad quadragesimũ annũ Assueri, supputamus quidẽ annos trecẽtos nonaginta, quãdo uniuersa Iudaici populi persecutio est mitigata, sed hæc supputatio, cæteræq; expositiões, quas alij atq; alij super hoc loco senserũt, scrupulose sunt, atq; rei de qua nũc agitur, minus ut arbitramur cõueniunt. Igitur quia nec litera p̃sens nos cogit suscipere utrobiq; .i. tã in sinistri q̃ in dexteri lateris dormitiõe, diẽ pro anno dari: iã nũc ad illud, de quo supra cœpimus, extremũ Hierosolymorꝝ excidiũ accedamus, & historiæ ueritate p̃specta, uidebimur q̃ recte in signũ eius, uinctus atq; cõstrictus propheta sit, & sic dormire iussus.

4. Reg. 18 2. Para. 29

Literã hic relinquere ut lius putat.

¶ De misera obsidione Hierusalẽ facta à passione Christi anno quadragesimo primo sub Tito & Vespasiano imperatoribus. Cap. XXIII.

Anno primo delati imperij Vespasiano, qui erat à passione dñi nostri Iesu Christi, quadragesimus prim⁹, Titus paterni executor electus triũphi cũ electa manu Hierosolymã dirigitur, post tres annos susceptæ expeditiõis, nã hic erat annus quart⁹. Pater qppe Vespasianus ut uictis post cõmemorat filius Titus, cũ potuisset ĩprouisus in imperatos se effundere, Galilæã circuibat, lõginqua exurebat, ut uos inqt deponere tis insolẽtiã, ueniã postularetis. Virtutẽ ostendit, & cũ uniuersos teneret, Aegyptũ petijt, ut inducias resipiscẽdi daret. Insolẽtiores uos nostra fecit absentia, quia nos occupatos putastis &c. Quarto itaq; expeditionis, primo (ut iã dictũ est) imperij Vespasiani anno, repletis infra paucos dies ordinibus militarium numerorũ, de quibus lecta manus missa fuerat in Italiam uentum est, ad urbem, quæ ferebatur latronũ armis premi, & factionũ stipamine circũueniri, quippe cui tertius tyrãnus Eleazarus accesserat, occupatis templi interioribus, & circuitu omni, supra fores quoq; in uestibuli ipsius fronte armis constitutis. Symon uero, quem sibi tyrannum populus introduxerat, superiora urbis tenebat, inferiora quoq; populo ipsius replebantur. Inter tres medius erat Iohannes, inferior Eleazaro, superior sermone instructior tamen cæteris subsidijs machinarum, & omni genere telorum, bellum æquabat. Instabat aũt paschalis celebritas, & quemadmodum Moyses tanto tempore ante cecinerat, foris uastabit eos gladius, & intus pauor: & ubi primum forense prælium commissum est, & paulisper quieuit, internum successit. Nanque paschalis (ut iam dictum est) interuẽtu celebritatis, subornatis plerisque, Iohannes quasi obseruationis gratia, templum adiret, quippe cum ipsi factionũ uiri nunc se cohortati fuissent inuicem, ut in unum conspirantibus studijs patriam defensarent, ne eorum discordia incruentam Romanis uictoriam daret, ita tanquam socijs data ingrediendi copia dolum patrauit. Ingressi eñ specie ciuili, sed interius armati, reiectis exuuijs, gladios attollunt, loricato pectore, & præliari accincti munimine. His malorum habitis initijs, totus exactus est annus miserabilis, palámqúe fuit miseris, tunc Barrabam seditionis authorem uiuere: IESVM autem pacis principem sibi mortuum esse. Hostis extra murum pacem offerebat: seditionis authores intra murum præliabantur. Cogebat fames egredi, quibus beneficium erat ferro perire, ieiunij comparatione.

Iosephus de bel. Iud. loci uarijs.

Deut. 32

Mat. 27 Lu. 24. Ioh. 18

Furebat

Furebat intus Symon, furebat Iohannes, insidiabantur singulis per ministros suos. Si quis fugere tentaret, tractus per humũ discerpebatur. Eorũ quoq; qui abierant proximi trucidabantur, aut cruci affixa plerorũq; cadauera, suis qui lapsi fuerant, ostentabantur. Eo usq; fames grassata est, ut mulier quædã Maria nomine, de locupletissimis regionis Pereæ, infantulum quem genuerat, gladio occisum, atq; igni appositũ, pietatis genitalis usu obliterato comederet. Quid multa? Reuertentis anni mense quinto, decima mensis, templum, cuius iamdudũ, nuda facies remanserat, exustũ est: quo die quondam Babylonijs ingruentibus fuerat incensum. Verũ ante hoc muris dirutis patuerat excessus clausis ad Romanos confugiẽdi, tanta inedia confectis, ut appositis cibis, pleriq; cũ quid absorbuissent mollioris alimoniæ, interclusis iam faucium meatibus strangularentur. ¶ Quis igitur non uideat historiam tam atrocis tragœdiæ, cum numero conuenire dierũ huius propheticæ dormitionis in sinistro latere? Nempe & si paulo plures uideantur miseræ obsidionis, q̃ tricenti nonaginta dies, usq; ad id, quo clausis ad Romanos cõfugiendi facultas facta est, quod tamẽ probare difficile est: attamen ad laborẽ prophetæ pro tota parte anni secũdi, quantulacunq; fuerit, sufficiunt. XXV. dies. Nunc ad ipsa prophetiæ uerba reuertamur.

¶ Quomodo passio & carceres euangelij prædicatorum erundem abiectio quoq; præsignata sit in propheta isto: & q̃ pessima, q̃q; horrenda fames obsessorum præsignetur, in eiusmodi pane quem propheta sibi coquere in stercore, & comedere iubetur. Cap. XXIIII.

POstquam gloria domini in campũ exijt, quo significabatur euangelica prædicatio, ad gentes exitura, relictis Iudæis, loquitur spũs ad prophetã: Ingredere, & includere in medio domus tuæ, & tu fili hominis, ecce data sunt super te uincula, & ligabũt te in eis, & non egredieris in medio eorũ. Et linguã tuã adhære faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi uir obiurgans, quia domus exasperans est. Hoc portento euangelij prædicatores à domesticis & contribulibus suis uincula & carceres passuri, & ob hoc ora sua illis clausuri significantur: donec circa finem seculi iterum illis prædicatio reddatur, & saltem reliquiæ ex illis conuertantur. Sequitur em̃. [Cum autẽ locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos. Hec dicit dominus deus. Qui audit audit, & qui quiescit quiescat, quia domus exasperans est.] Ait autem dominus eis, qui prophetas occiderant, & apostolos sicut per prædicta uincula significatur, persecuturi erant. Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico uobis, uenient hæc omnia super generationem istam. ¶ Sequitur ergo: Et tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Hæc est Romanorum obsidio, quam præuidens dominus, flebat super eam, dicens, Quia si cognouisses, & tu. Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eum murũ ferreum inter te & inter ciuitatem, & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem, & circũdabis eam. Signum est domui Israhel. Hæc est ira dei, de qua idẽ qui supra domin9 dicit. Erit em̃ pressura magna super terram, & ira populo huic. Sartago quippe ferrea, quæ & murus ferreus cœlestis iræ nimietatem significat, cuius seueritatem excurrere non possit misericordia, ut ad clausos uel obsessos perueniat. Et ut sciat propheta, quanta obsidionis futura sit mora: & tu inquit dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israhel super eo numero dierum, quibus dormies sup illud, & assumes iniquitatem eorum. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum numero dierum tricentos nonaginta dies, & portabis iniquitatem domus Israhel. Annos ait, uidelicet plusq̃ unum, minus tamẽ q̃ duos. Item ut sciat, quantis temporũ à perpetrato sacrilegio dominicæ mortis, usq; ad eandem obsidionem futurum sit, & cum inquit compleueris hęc dormies super latus tuum dextrum secundo, & assumes iniquitatem domus Iuda quadragĩta diebus. Diem pro anno: diem inquã pro anno dedi tibi. Deniq; à passione domini, usq; ad obsidionem ciuitatis, quæ (ut supra dictum est) cœpta est quarto anno expeditionis. XL anni fuerunt, Bene ergo, quia nimium & importabile fuisset prophetæ, tanto tempore dormire,

Mat.23. Luc.19. Mat.24 Mar.13. Luc.21.

Numer9 dierũ dormitionis prophetæ qd significet.

mire super latus unũ, diem ait pro anno dedi tibi. Tum ne ignoret, q̃ pessima, q̃ horrenda in ipsa obsidione futura sit famis rabies. Et tu (inquit) sume tibi frumentum, & ordeum, & fabam, & lentem, & milium, & viciam, & mittes ea in vas vnum, & facies tibi panes numero dierum quibus dormies super latus vnũ trecentis nonaginta diebus comedes illud. Cibus aũt tuus quo vesceris, erit in pondere viginti stateres in die. A tempore vsq; ad tempus comedes illud, & aquam in mensura bibes, sextam partem hin, a tempore vsq; ad tempus bibes illud, & quasi subcinericiũ panem ordeaceũ comedes illud, & stercore quod egredietur de homine, operies illud in oculis eorum. Et dixit dominus: Sic comedent filij Israhel panem suum pollutum inter gentes, ad quas eijciam eos. Inter gentes, id est Romanos obsidentes, ad quas eijciam eos ait, cũ præualens subegerit illos fames. Et bene pollutũ panem dixit. Quid eñ pane illo pollutius, quem ut comederent parricidiali sanguine polluebant? Insidiabantur inuicem, qs cui rapiet. Vbi alimenti suspitio, ibi bellum inter domesticos, pugnabatur pro cibo, necabãtur charissimi, discutiebantur defuncti, ne quis inter amictus eorũ cibus lateret. Simulare se aliqui mortuos existimabantur, ne uiuentes aliquid alimenti suspectarentur. Sed ne uiuentes quidem aut uitæ fungi munere, aut mortẽ simulare poterant, uerũ aperto ore, sicut rabidi canes, aurarum captantes spiramina, huc atq; illuc circunferebantur. Insidiabantur iumẽtis aluum purgantibus, & uetusta rimabãtur boum stercora, ut quod uisu erat horribile, hoc fieret esca esurientibus. Recte igitur operies, inquit, illud stercore, quod egreditur de homine: quia cibum suum polluere habebant homines mutuo sanguine, licet prophetæ hoc exhorrescenti moderatius cõcessum sit, ut fimũ boum acciperet pro stercoribus humanis. ¶ Notandum sane, q̃ de quadraginta dierũ dormitionis in dextro latere, panibus omnino taceat: quia uidelicet per iam dictos quadraginta annos Iudæi scelera sua non sanguine aut fame uapulauerunt, quinimò luxurius cumulauerũt, sicut testatur fremebundo spũ loquens illis Iacobus apl's: Agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs uestris, q̃ aduenient uobis. Et post pauca: Epulati estis super terrã, & in luxurijs enutristis corda uestra. In die occisiõis adduxistis, occidistis iustũ, & non restitit uobis.

Horrendã famẽ Iudæorũ in obsidione prænunciat.

Pollutũ panẽ ederũt Iudæi

Iaco. 5.

¶ Quomodo Iudæi reliqui tanq̃ pili capitis aut barbæ, gladio acutissimo abrasi sint, Hierosolymis à tribus tyrannis crudelissimis funditus destructa. Cap. XXV.

CAP. V.

Et tu fili hominis sume tibi gladiũ acutũ, radentem pilos, & assumes eum, & duces per caput tuũ & barbam tuã. Et assumes tibi stateram ponderis, & diuides eos. Tertiã partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta completionem dierũ obsidionis. Et assumes tibi tertiã partem, & concides gladio in circuitu eius. Tertiã vero aliã disperges in ventũ & gladiũ nudabo post eos. Et sumes inde paruũ numerũ, & ligabis eos in summitate pallij tui, & ex eis rursum tolles, & proijcies in medio ignis, & combures igni. Ex eis egredietur ignis in omnem domũ Israhel. Miseriarũ prędictæ obsidiõis, uel excidij Hierosolymorũ recapitulatio hæc & breuis cõplexio est. Sume inquit tibi gladiũ acutũ, radentem pilos. Gladius acutus radens pilos, sæuera scelerum ultrix sententia est, superfluos exterminatura Iudæos. Sicut eñ pili capitis aut barbæ corpori adhærent, sed corporis partes aut membra non sunt: sic Iudæi, de quibus uel contra quos sermo est, deo patrum suorũ nomine quidem uel professione adhærebant, sed nullo ueritatis timore uel amoris affectu ad eum pertinebant. Vnde est illud: Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longe est à me. ¶ Assumes inquit eum & duces per caput tuũ & per barbam tuam, atq; diuides eos in statera ponderis, ut uidelicet cadant in ore gladij, & captiui ducantur in omnes gentes, prout se habent mensuræ, uel pondera peccati. Nam tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta cõpletionem dierum obsidionis. Isti sunt, quos trium latronum Iohãnis, Symonis, atq; Eleazari gladius discors intra ciuitatem trucidauit, simulq; fames indefessa plebiũ populatrix, tanta multitudine, ut cum sepeliri nequirent de muro defunctorum reliquiæ in profunda præcipitia deijcerentur. Deniq; aspiciens titus præruptos specus cadauerum saniem dilaceratis uisceribus innatantem, alte ingemuit, & manus ad cœlum eleuans: testatur haudquaq̃ illud sibi ascribendum, qui uoluisset ueniam dare si deditio procederet, expectasse se, ut pacem ro-

Esa. 29.
Mat. 15.

garent paratum se ut incolumes seruaret, si bellum deposuissent. Et assumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu eius. Isti sunt quos foris consertis prælijs Romanus mucro concidit. Tertiam uero aliam disperges in uentum. Isti sunt qui uenditi & captiui in omnes gentes abducti sunt. Plurimi uenales, sed pauci emptores, quia & Romani habere in seruitutem Iudæos dedignabantur. Et gladiū inquit nudabo post eos. Isti sunt qui Tito procedente, & per singulas urbes pompam celebrante uictoriæ, perimebantur in harena, quicunque pergebant, ac dilacerati à bestijs pendebant merita rebellionis. Et sumes inde paruum numerum, & ligabis eos in summitate pallij tui. Isti sunt qui uitæ reseruati, uitā hactenus agūt sub iugo ligatam extrema seruitute, conditione uectigali. Sed nunquid isti uindictam euadunt sanguinis Christi? Non utiq;, nam quia increduli sunt, & in incredulitate permanēt, ex eis inquit rursum tolles, & projcies in medio ignis, & combures eos igni. Et ex eis inquam, non omnes, nam aliqui ex eis conuertentur, & in nouissimo reliquiæ saluabuntur, quos ignis gehennæ non suscipiet. Ex eis egredietur ignis in domum Israhel, nā reuera ex eis tēpore Antichristi, conflabitur persecutio in omnes: qui ueraciter erunt domus Israhel.

Paruus numerus Iudæorū reseruatus.

¶ Mala omnia quæ Hierosolymis acciderunt maxime pro culpa accidisse sacerdotum, scribarum & pharisæorum, & ergo consequenter nunc dici, Hæc dicit dominus montibus & uallibus: Ecce ego inducā super uos gladiū. Cap. XXVI.

CAP.VI.

Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis pone faciem tuā ad montes Israhel, & prophetabis ad eos, & dices: Montes Israhel audite verbum domini. Hęc dicit dominus deus montibus, & collibus, rupibus, & vallibus: Ecce ego inducam super vos gladium, & disperdam excelsa vestra, & demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra, & dejciam interfectos vestros ante idola vestra. &c. Malorum omnium quæ hic dicta sunt, maxime principes sacerdotū, & scribas ac pharisæos causa premit. Idcirco & dominus postquam fleuit super ciuitatem & hæc omnia mala illi uentura prædixit, continuo ingressus in templum cœpit ejcere uendētes in illo & ementes, corripiens sacerdotes, eo q́ de domo orationis fecissent speluncam latronū: & hic sermo propheticus per metaphoram sub nomine montiū & colliū, rupium, & uallium, cōtra eosdē sacerdotes inuehitur. Tres erant ordines orbi eminentes, sacerdotum, scribarū, & pharisæorū: alij quidem omnes æstimatiōe propria uel gradibus suis, ut montes, & colles, atq; rupes, sed reuera per hypocrisin, atq; profundam uoracitatem, cuncti imæ ualles, omnes auaritiæ sentinam trahētes, sicut & dominus in euāgelio, semel & iterum, imò sexies aut septies acri inuectione improperat illis ut dignū est: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui mentam & anetum decimatis relinquētes quæ grauiora sunt legis: uæ uobis hypocritæ qui hæc & illa facitis. Et bene ad ignominiam illorū, nō ait: Ecce ego disperdā templum meū propter uos & altare, & sancta sanctorū, quibus uestra inhianter incubat auaritia: sed, disperdā (inquit) excelsa uestra, & demoliar aras uestras, & confringētur simulachra uestra, & dejciam interfectos uestros ante idola uestra, nomine excelsorū simulachrorum siue idolorū, suū infamans templum propter illos, & altare suū, quia nō tam ipse in illo tēplo suo colebatur ab eis, q̄ turpe lucrū, uel turpis lucri deus Mammon: Attamen & propter excelsa uetera simulachra siue idola, quæ patres eorū coluerūt, & propter quæ sanguinē prophetarū fuderūt, mala omnia super generationē illā uenerūt, idcirco qa dominū prophetarum occidendo, & apostolos eius persequendo, mensuram patrum suorum impleuerunt.

Lucæ. 19

Mat. 23.

Domū suam deus ob sacerdotū auaritiā idoli & simulachri infamatione execrat.

¶ De horrore & magnitudine iudicij diei in quo maiora cūctis p̄teritis malis recipiēt impij, & hoc esse quod dixit, finis uenit, uenit finis super quatuor plagas terræ. Cap. XXVII.

CAP.VII.

Et factus est sermo domini ad me, dicens: Et tu fili hominis, hęc dicit dominus deus terrę Israhel: Finis venit, venit finis super quatuor plagas terrę: nunc finis super te, & emittā furorem meū in te, & iudicabo te iuxta vias tuas, & ponā contra te omnes abominationes tuas, & non parcet oculus meus super te, & non miserebor, sed vias tuas ponā super te, & abominationes tuę in medio tui erunt, & scietis quia ego dñs. Hęc dicit dñs deus: Afflictio vna, afflictio ecce venit, finis venit, venit finis, euigilauit aduersum te, ecce venit, venit

contractio

contractio super te, q̄ habitas in terra. Venit tēpus, prope est dies occisionis, & non gloriæ montiū.⌋ Et si illis quibus tunc tēporis Babylonia captiuitas imminebat, quasi digito uidebatur ostendi finis ille, & illa afflictio, & dies ille occisionis: nobis tamen qui adhuc ista legimus, finis ille, & ille dies afflictionis, dies occisionis sine dubio declamatur, qui nō iā ut tūc super unā gentē, sed super quatuor plagas terræ, & super omnē qui habitat in terra, uenturus est: uere finis, uere dies afflictionis, uere dies occisiōis, cuius magnitudini exprimēdæ, nec ista præsens, nec ulla cuiusq̄ declamatio sufficit: Nam ut cœptum iam compleamus ordinem, illa est dies uniuersalis iudicij, quod uere tempus erit occisionis, & non gloriæ mōtium, id est superborum, sicut & propheta alius cū de prædicta tantū Babylonia captiuitate dicere uideretur, simili declamatione de illo nouissimo die dicebat. Iuxta est dies domini magnus, iuxta & uelox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis, &c̄. Etenim quia euangelicæ fidei finis hic est, ut is qui propter nos homo factus & passus est, resurrexit, & in cœlum ascendit, inde ad iudicandos uiuos & mortuos uenturus esse credatur: recte sicut in initio prophetiæ huius anni qui erat quintus annus transmigrationis, per quatuor facies animalium quadrifidum Christi intelligimus euangeliū, sic in fine, id est ab hoc loco, usq; ad id quod dicit postmodū, secundum uiam eorū faciam eis, & secundū iudicia eorum iudicabo eos, futurum illud denunciari intelligimus uniuersale iudicium. Et non dicat malus seruus in corde suo, in tempora longa fiet istud, uel moram facit dominus meus uenire, & hac præsumptione securior factus, incipiat percutere seruos suos, manducare autem & bibere cum ebrijs. Nā reuera, & si illud non crediderit, q illud iudiciū tā prope sit, ut digito possit ostēdi dicēdo: ecce finis, ecce afflictio, ecce dies occisiōis, ecce uenit finis, nunc uenit finis, uel iuxta illum alium: iuxta est dies domini, iuxta & uelox nimis, at saltem illud dissimulare nō potest, quoniā propria uel singulari morte cito moriturus, & in illa iam secundū animam iudicandus sit: Veniet dominus serui illius, in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis

Sopho. 1. Lucæ. 12 Lucæ. 12

¶ De uisione anni sexti q ad eadem pertineant sacramenta Christi filij dei, q uidelicet per quatuor abominationum incrementa causæ redduntur, cur dominus Iudæos reliquerit & in campum gentium exierit. Cap. XXVIII.

POst unius, id est quinti anni transmigratiōis prophetiā, sequentis quoq;, id est sexti nō pretereūdā arbitramur: qa nimirū usq; ad id qd ait, & spūs leuauit me, adduxitq; in Chaldæā, ad transmigrationē in uisione spūs dei, & sublata est à me uisio quā uiderā: ad idē mysteriū Christi, ad eadē spectat sacramēta euangelij Christi filij dei.

⌊ Et factū est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis, ego sedebam in domo mea, & senes Juda sedebant corā me, & cecidit ibi super me manus domini dei. Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis, ab aspectu lumborū eius, & deorsum ignis, & a lumbis eius, & sursum quasi aspectus splendoris, vt visio electri. Et emissa similitudo manus apprehendit me, in cicinno capitis mei, & eleuauit me spūs inter terrā & cœlū, & adduxit me in Hierusalem in visione dei, iuxta ostiū interius, quod respiciebat ad aquilonem vbi erat statutum idolū zeli ad prouocandam æmulationem. Et ecce ibi gloria dei Israhel, secundum visionem quā videram in campo.⌋ Quinto anno transmigratiōis Iechoniæ, quarto mense, quinta mensis, superiorē uisionē factā ad prophetā legimus: hæc aūt quā nunc exponere uolumus, sexto anno eiusdē regis, sexto mense, quinta mensis facta memoratur. Ex quo perspicuū est, post annū & duos mēses hæc facta quæ scripta sunt, & uel intermissam per annū & duos menses prophetiā, uel p totos quatuordecim menses gesta, quæ superior sermo contexuit. ⌊ Et dixit ad me: Fili hominis, leua oculos tuos ad viā aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viā aquilonis & ecce ab aquilonari parte altaris idolū zeli in ipso introitu, &c.⌋ Quatuor abominationū incrementa, quæ prophetæ in hac uisione ostenduntur diligenter consideranda sunt. Nam quasi causas iustitiæ quæreres, cur secundum præcedentis anni prophetiā gloria domini, relictis Iudæis in campum gentiū exierit, atq; ipsi Iudæi, postmodū obsessi, & fame pditi ceciderint in ore gladij, atq; in oēs gētes captiui ducti sint: ecce altius repetit, & quatuor abominatiōes gentis gradatim in peius proficiētes, ostēdēs, deinde sub eadem pene imagine

CAP. VIII.

Cap. 9. gentis eiusdẽ destructionẽ representat atq; confirmat, incipiendo sic: Appropinquauerunt
Cap. 10 uisitationes urbis. Et deinceps: Et uidi, & ecce quatuor rotæ iuxta Cherubin. Rota una iuxta Cherub unum, & rota alia Cherub alterum. Et aspectus earum similitudo una quatuor quasi si sit rota in medio rotæ, &c. De eo cuius similitudo quasi aspectus ignis ab aspectu lũborum eius, & deorsum ignis, & à lumbis eius & sursum, quasi aspectus splendoris, ut uisio electri, iam superius dictũ est, nec dubiũ, quin ipse sit Christus filius dei, idẽq; filius hominis in quo & similitudo est electri ex auro argentoq; compositi, qui & in fine iudicaturus est seculũ per ignẽ, quod significatur quasi per finales partes corporis igneas, dũ dicitur, ab aspectu lumborũ eius, & deorsum ignis. Abominatio prima hæc est. [Et leuaui oculos meos ad viam aquilonis, & ecce ab aquilonari parte altaris idolũ zeli, in ipso introitu. Adhuc conuersus, ait: Videbis abominationes maiores.] Abominationes maiores istæ sunt. [Cum perfodissem parietẽ, apparuit ostiũ vnũ. Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptiliũ, & animaliũ abominatio, & vniuersa idola domus Israbel depicta erant in pariete, in circuitu per totũ, & septuaginta viri de senioribus domus Israbel, & Ihezonias filius Saphan stabat in medio eorũ stantiũ ante picturas, & vnusquisq; habebat thuribulũ in manu sua, & vapor nebulę de thure consurgebat] Maiores abominationes istæ sunt, quia uidelicet illic solummodo idolum zeli in ipso introitu. Hic aũt non solũ idola, sed & septuaginta uiri de senioribus domus Israhel stabant, & Ihezonias in medio eorũ, & unoquoq; eorũ habente thuribulum in manu sua uapor de thure cõsurgebat. [Adhuc (inquit) conuersus, videbis abominationes maiores.] Quæ sunt illæ maiores? [Introduxit me per ostium domus dñi, quod respiciebat ad aquilonem. & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.] Iuxta
Adonides. gentilem fabulam in mense Iulio Amasius Veneris & pulcherrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur. Vnde eundem mensem Iuliũ eodem nomine appellabant, & anniuersariam ei solennitatem celebrabant, in qua plangebatur à mulieribus quasi mortuus: & postea quasi reuiuiscens canebatur atq; laudabatur. Maiores abominationes istę sunt, qa uidelicet illic uiri stabant: hic autem mulieres etiam sedebant. Pluris quippe est in abominationibus sedisse, q̃ stetisse, id est maioris noxæ est peccatum in usum traxisse, q̃ peccatum perpetrasse. Sed de his postmodum. [Adhuc (inquit) conuersus videbis abominationes maiores.] Quæ sunt istæ abominationes maiores? [Et introduxit me in atriũ domus domini interius, et ecce in ostio templi domini, inter vestibulum et altare, quasi viginti quinq; viri dorsa habentes contra templum domini, et facies ad orientem, et adorabant ad ortum solis. Et ecce ait applicant ramum ad nares suas] Adorare ad ortũ solis, qui utiq; creatura est, id nimirum errare est, dorsum autem habere contra templum domini, & ramũ applicare ad nares suas: id plane est redarguentem dominũ contemnere, ac sibimet in malis suis complacere.

¶ Q? p quatuor incremẽta hæc, idẽ debeat intelligi qđ per propheticũ sensum sup trib⁹ sceleribus Damasci, Gazæ, Tyri, & cæterorũ, & sup quatuor nõ cõuertã eũ. Cap. XXIX.

INcrementa hæc peccati diligentius consideraturi, prophetæ alterius recordemur, per
quẽ loquitur deus: Super tribus sceleribus Damasci, Gazæ, Tyri, siue Edom aut filio-
Amos. 1. rũ Ammon, uel certe Moab, aut Israhel, quorũ septenario nũero gentes oẽs significantur: sup tribus inquã sceleribus cuiuslibet eorũ, & sup quatuor nõ cõuertã eũ. Primũ sce-
Scelera tria, & quartũ abominatiõibus istis consona. lus est, malũ in deserto habere. Secũdũ, opere perpetrasse. Tertium, in cõsuetudine habere. Qartũ, opera mala defendere, & in ipsis sibimet cõplacere. Primũ horũ significat idoũ zeli, in ipso introitu ab aquilonari parte. Quid eñ est idolũ zeli in introitu habere: nisi malũ desideriũ, quod est introitus peruersitatis in oculis dñi uersare? Idcirco dicit: Auferte malũ cogi-
Esa. 1. tionũ uestrarũ ab oculis meis. Quid aũt cuiq; ante idola cũ thuribulo in manu sua habito stare, ita ut uapor nebulæ de thure consurgat: nisi præmeditatum scelus opere perpetrare, ita ut peccati effectus usq; ad exteriores sensus erumpat? Quid deinde est, mulieres in plãctu Adonide sedere, nisi effœminatas animas in consuetudine peccati computruisse? Tria hęc
Psal. 1. primus psalterij uersiculus breuiter complexus est: Beatus uir qui non abijt in consilio impiorũ. i. qui malũ nõ cõcœpit desideriũ, quod erat intus habere zeli idolũ, ab aquilonari parte, id est

id est, à diaboli suggestione. Et in uia peccatorũ non stetit, id est ad effectum peccati nõ peruenit, quod erat ante idolũ stare, & de thuribulo in manu uaporem nebulæ producere. Et bene istud perfosso pariete deprehendi dicitur, qa quisquis malũ quodlibet occultũ in corde uersat. uerbi gratia: Fraternũ odiũ, mox ut pulsatus fuerit manu increpationis, ꝑ apertũ linguæ ostiũ uaporẽ ignis sublatentis protinus emittit. Et in cathedra pestilẽtiæ non sedit, id est qui malæ cõsuetudinis putore proximos nõ corripit, quod erat mulieres sedere, & Adonidem plangere, quia profecto uelut mulieres illecebrosis gestibus, & plangentes canunt, & canendo plangunt: plangunt inquam Adonidẽ mortuum, & canunt quasi rediuiuum, qui & amissis mœrent, & recuperatis uoluptatibus gaudent, ad subuersionem audientiũ. Hæc tria respiciens ꝑdictus propheta, & dicens super tribus sceleribus: quasi repressit se, qa uidelicet, fieri potest, & nõnunq̃ factũ est, ut eũ qui usq; ad malã cõsuetudinẽ peruenit dominus conuerteret. Vnde in euangelio suo, non tantum puellam in domo mortuam iacentem, & adolescentẽ, qui iam efferebatur ad tumulũ, sed & quatriduanũ, iamq; fœtentem suscitauit Lazarũ. Itaq; cũ dixisset Amos propheta, super tribus sceleribus, non uoluit statim dictionem perficere, dicendo, nõ conuertam eum, quia quãuis rarius, constat tamẽ dominum cõuertere, uel conuertisse eũ qui eiusmodi est, & ita dicere maluit, & super quatuor nõ cõuertã eũ. Quartũ quippe scelus est, secundũ hunc locũ adorando solem, dorsum habere cõtra templũ domini, & ramũ applicare naribus suis, id est in ipsa cõsuetudine peccati sup͂biæ cõtemnere uocẽ reuocantis dñi, atq; procaci defensione uti, & interea lætari in malefactis, & quasi ad suauem ramusculi odorem exultare in rebus pessimis. Istud quoq; de uitiosa radice primi parentis cõtraxerunt, cunctæ propagines humani generis. Nã ille postq̃ & occultam in corde diuinitatis ambitionẽ cõcœpit, & uetitũ lignũ momordit, & à facie dñi se abscõdit quarto quoq; scelere ceruicẽ erexit, dicendo, mulier quã dedisti mihi sociã, dedit mihi, & comedi. Nũc iã ad gentẽ ipsam, uel urbẽ, cõtra quã primũ hic sermo est, reuertamur: & hęc q̃tuor peccati eius incrementa nũeremus, propter quæ iuste proiecta sit in saluatoris aduentu. Lucæ.7 Iohan.11. Gene.2.

¶Quid fuerit populo illi habere idolum zeli: quid cum thuribulo stare coram idolis, quid à mulieribus sedentibus plangi Adonidem, & quid adorare ad ortum solis applicando ramum ad nares. Cap. XXX

ET leuaui oculos meos ad viam aquilonis, & ecce ab aquilonari parte altaris idolum zeli in ipso introitu. Oculos leuare est superiora tẽpora memoria repetere, uidelicet exitũ filiorũ Israhel de Aegypto, quãdo egressi sunt, & mare trãsierunt in manu forti, & brachio extento. Nunquid nõ idolũ zeli erat in ipso introitu, quando primũ ad cultũ dei patrũ ipsorum intromittebantur? Plane Aegyptũ mẽte secũ ferebant, Aegyptũ & idola Aegypti non mutato animo secũ portabant, sed non etiam actu prodebant. Ventũ est ad abominationes maiores, ubi fossus paries, id est, occasio data ẽ, murmurauerunt, & post Aegyptum, atq; ollas carnium Aegypti eiulauerunt, & caput uituli secundum monstruosum ritum Aegypti fecerunt & adorauerunt. Ergo illic tantum idolum zeli, hic autem coram idolis stantes uiri cũ thuribulis & fumo thuris, id est illic quidem cum ab Aegypto exirent, idolatria male imbuto animo cubabat: hic autem opere prorupit manifesto. Ex eo uentum est, & ad maiores abominationes, id est ad mulieres sedentes, & Adonidem plangentes, uersa quippe est in consuetudinem huiusmodi sordium ingluuies, sicut scriptum est in libro prophetarum: Nunquid uictimas aut hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israhel? Et suscepistis tabernaculũ Moloch, & sydus dei uestri Rempha, figuras quas fecistis uobis, adorare eas. ¶Ventum est usq; ad mulieres sedentes, id est eo usq; ut propter huiuscemodi scelera sacrilegij, sessione, id est consuetudine inueterata prophetas dñi gẽs effœminata trucidaret, quod prima fecit mulier Hiezabel, & post illam filia eius Athalia. Hiezabel in Samaria, Athalia insaniuit in Hierusalem. Illa Baal suꝑduxit in Israhel, & prophetas dñi occidit, ista in Hierusalem, itidem Baal introduxit in tẽplum domini, & reges occidit: regium inquam semen omne occidit, ne superesset qui regnaret de domo Dauid. Nouissimum atq; pessimũ omnium genti illi supererat, ut facies ad orientem, dorsa autem uerteret contra templum domini, quo & fecit: Christũ eñ dei filiũ uerũ & sanctũ diuinitatis templũ contempsit. Parũ est, ꝙ dorso contra illud uerso, ueritatis ora- Exo.12.14. Exo.32. Amos.5 Act.7. 3.Regũ.19.2 4.Reg.11.

cula inde procedentia respuit, insuper & soluere ausa est manibus aut linguis sacrilegis: fa-
Iohan. 5 cies enim habebant ad orientem, & adorabant ad ortum solis, id est claritatem ambiebant, & lucem præsentis seculi cum desperatione futuri. Idcirco dicebat eis. Quomodo uos potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo est deo non quæritis? In tanto scelere ramũ quoq; applicabant ad nares suas, id est cõplacebãt sibimet, quasi lege adimpleta, cuius de fructu cũ non ederent, sola pompatice tractabant, suaue odorãtia uerborum
Mat. 23. folia. Propter hæc uenit super generationẽ illam, omnis sanguis iustus qui effusus est super terram à constitutione mundi, hoc est quod sequitur.

¶ Quòd propter hæc clamatũ sit, Appropinquauerũt uisitationes urbis, & quòd sex uiri uenientes, & quid uas interitus uniuscuiusq; in manu eius, & quis uir in medio eorũ uestitus lineis, & quid atramentariũ scriptoris ad renes eius. Cap. XXXI.

CAP. IX. Et clamauit in auribus meis voce magna, dicens: Appropinquauerũt visitationes vrbis, & vnusquisq; vas interfectionis habet in manu sua. Et ecce sex viri veniebant de via portę superioris, quę respicit ad aquilonem, & vniuscuiusq; vas interitus in manu eius. Uir quoq; vnus in medio eorũ vestitus lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius. ⌋ Visitationes urbis appropinquauerunt, illæ uidelicet, quas propter abominationes prædictas, abominatiões urtuli, quẽ primũ fecerunt, cõminans dominus, ego autem, inquit, in die ultionis uisitabo & hoc peccatum eorũ: Et unusquisq; uas interfectionis habet in manu sua, quia uidelicet in illa generatione mala & adultera, pter peccata patrũ unusquisq; & propria habebat peccata in manu sua, siue in
Mat. 23. uase, id est in cõscientia propria, quibus utiq; implebãt mensurã patrũ suorũ, maxime persequendo Christũ & aplos, uel sapientes eius, ex quibus occiderũt, lapidauerunt, crucifixerũt, flagellauerũt, & de ciuitate in ciuitatẽ persecuti sunt. Qui enim sex uiri qui ueniebant cum sin-
Vir lineis indutus cũ atramẽtario Christus est. gulis uasis in manu sua, nisi sex ætates mundi, quarũ à sanguine Abel iusti, omnia super generationem illam refundenda erant peccata? Porrò uir unus in medio eorum uestitus lineis & atramentarium scriptoris ad renes eius Christus est dei filius, qui carnis nostræ uestitus lineis, uenit in hunc mundum, ad hoc ut electos suos iam dictæ ultioni excipiendos conscriberet in libro uiuentium. Cuius rei signum illud fuit, quòd protinus nasciturο illo exijt edictum
Lucæ. 2 à Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis. ¶ ⌊ Et ingressi sunt (inquit) & steterunt iuxta altare ęreum. ⌋ Steterunt, inquam, parati ad præceptum peragendum, hij ut mandatum misericordiæ, illi ut sentententiam perficerent iustitiæ. Sane altare æreum foris erat extra uelum, nam altare aureum intra uelum erat, cum mensa & propiciatorio, & arca testamenti, & duobus Cherubin, quod dicebatur sancta sanctorum. Hoc altare extrinsecus præsentis ecclesiæ, illud intrinsecus supernæ uel cœlestis erat signum. Hic stetit extrinsecus uir ille, nam in illud intrinsecus per suum sanguinem habebat introire. ⌊ Et gloria domini assumpta est de Cherubin, quę erat super eum ad limen domus. Et vocauit virũ qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis ⌋ Gloria domini tũc ad limen domus assumpta est, & uirũ istũ uocauit, quando ad Iordanẽ cũ baptizaretur manifestis indicijs testificata est gloria patris, descendẽte super eũ spũ in specie colũbæ,
Mat. 3. Luc. 9 simulq; delapsa uoce huiusmodi: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Tunc, inquam, uirum istũ uocauit, atq; ad euangelizandũ pauperibus misit. Nam hactenus non euangelizauerat, sed extunc euangelizare cœpit, & sacerdotio suo fungi, cuius erat signum id quòd hic uestitus uidebatur lineis.

¶ Quid sit signare Thau super frontes uirorũ gementiũ, & quid sit pcuti oẽs qui hoc signo nõ sunt signati, & à sanctuario dñi incipi. Cap. XXXII.

Et dixit dominus ad eum: Transi per mediã ciuitatem in medio Hierusalẽ & signa Thau super frontes virorũ gementium & dolentium super cunctis abominationibus quę fiunt in medio eius. Et illis dixit, Audite me, Transite per ciuitatem sequentes eũ, & percutite. Non parcat oculus vester, & nõ misereamini: senẽ, adolescentulũ, & virginẽ, paruulũ, & mulieres interficite, vsq; ad internetionẽ. Omnẽ aũt super quẽ videritis Thau, ne occidatis, & a sanctuario meo incipite. ⌋ Antiquis Hebræorum literis, quibus usq; hodie utũtur Samaritani, extrema

Thau

Thau litera, crucis habet similitudinẽ, q̃ in Christianorꝝ frontibus pingitur, & frequẽti manus inscriptiõe signatur. Notãdũ ergo qđ dicitur: Transi per mediã ciuitatẽ in medio Hierusalẽ, & signa Thau super frontes uirorꝝ gementiũ & dolentiũ, sup cũctis abominationibus, q̃ fiunt in medio eius. Nã hoc est quod dñs noster ex hoc mũdo transiturus ad patrem, & signum crucis suæ scripturus in frontibus nostris, non atramento, sed sanguine suo, & spũ sancto, primũ p̃dicare cœpit, dicẽs: Pœnitẽtiã agite, appropinquabit em̃ regnũ cœlorũ: qa uidelicet, nõ quibuslibet, sed gemẽtibus & dolentibus super malis pristinis, id est pœnitẽtiã agentibus inscribitur hoc signũ. Non em̃ aliter, nisi abrenunciemus diabolo, & pompis ei⁹, baptizamur in remissionem peccatorũ, quod est accipere crucis Christi signaculum. Signũ hoc tam mortuis electis, q̃ uiuis, uir iste sacrauit passione sua, sed & usq; hodie, quãuis in cœlo sedeat, & corporaliter sit absens, quantoscunq; signationis huius habeat ministros, hic est qui signat, nam hic est qui baptizat. Transite, inquit, per ciuitatem sequentes eum, & percutite, subauditur, omnem super quem nõ uideritis signum Thau. Omnem autem super quẽ illud uideritis, ne occidatis. Sic quondam in Aegypto præcipiebatur filijs Israhel: Fasciculum hyssopi tingite sanguine, & aspergite ex eo superliminare, & utrunq; postem, transibit em̃ dominus percutiens Aegyptios. Cunq; uiderit sanguinem in superliminari & in utroq; poste, transcendet ostium, & non sinet percussorem ingredi, & percutere. Nulla hic distinctio Israhelitæ & Aegyptij, nisi in postibus & superliminarib⁹ domorum sanguis agni, nulla itidem distinctio hic iusti & peccatoris, nisi in frontibus signum Thau, signum crucis Christi filij dei. ¶ Et à sanctuario meo incipite, inquit. Quare? Videlicet, quia existimat populus, cuius sanctuarium meum est, q͂ non indigeat signaculo crucis, signaculo iustitiæ dei, quippe qui iustitiam suã statuere uult, & ideo iustitiæ dei non est subiectus. Ne ergo arbitretur non necessariam sibi esse iustitiam fidei, & signaculum crucis Christi, uel ad se non ptinere prophetiam huius percussionis, effundite uasa hæc omnia super generationẽ istam, quotquot impleta sunt, à sanguine Abel iusti, & effundentes atq; percutientes à sanctuario meo incipite, ut nõ relinquatur lapis super lapidẽ in isto pulchro tẽplo, in ista magna ciuitate cõtaminate domũ, implete atria interfectis, & egredimini.

[Margin: Thau lr̃a crucis habet similitudinem. — Mat. 4 — Exo. 12. — Roma. 10 — Nõ signati no crucis. i. dei, cũcti dãnantur. — Mat. 23.]

¶ Quid sit uirum qui indutus erat lineis dicere, feci sicut præcepisti, & quid q͂ dicitur ei, ingredere in medium rotarum, & imple manum tuam prunis ignis, & effunde super ciuitatem. Cap. XXXIII.

Et ecce vir qui indutus erat lineis, qui habebat atramẽtarium in dorso suo respondit verbũ, dicens: Feci sicut p̃cepisti mihi. Et vidi, & ecce in firmamento, quod erat sup caput Cherubin, quasi lapis saphyrus, quasi spẽs similitudinis solij apparuit sup ea. Et dixit ad virũ qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarũ, quę sunt subtus Cherubin, & imple manũ tuã prunis ignis, quę sunt inter Cherubim, & effundes sup ciuitatẽ. ⌋Feci, inqt, sicut p̃cepisti mihi. Ac si diceret: Obediẽs tibi factus sum usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis, & ita faciendo signaui sup frontes, signũ sanctificaui quo signẽtur frontes gementiũ ac dolentiũ, pœnitẽtiã agentiũ, & peccatorꝝ remissionẽ quærentiũ. De cætero superest mihi obediẽtiæ meritum, ut des mihi nomẽ quod est super omne nomen, ut in noĩe meo omne genu flectatur, cœlestiũ, terrestriũ, & infernorꝝ. Nã hoc est qđ in persona eius Psalmista dicit: Paratũ cor meum deus, paratũ cor meũ, subauditur, ad tibi obediendũ: iam quod superest fiat, ut à mortuis resurgam, & tunc demum cantabo, & psallam in gloria mea. At ille deus, uidelicet pater, protinus respondens: exurge, inquit, gloria mea, exurge psalterium & cithara. Et ille: Exurgam ait diluculo. Et subinde pater deus ad filium deum: Exaltare super cœlos deus, & super omnem terram gloria tua. De illa exultatione hic dictum est. Et uidi, & ecce in firmamento, quod erat super caput Cherubin, quasi lapis saphyrus, quasi species similitudinis solij apparuit super ea. Nam & in præcedenti uisione dictum est, Solium hoc ex lapide saphyro, in firmamẽto, qđ erat sup caput Cherubin, siue ut illic scriptũ est, qđ erat imminẽs capiti animaliũ, cõfessus dexteræ patris, de q̃ & Dauid in spũ dicit: Dixit dñs dño meo, &c̃. & hic in eodẽ spũ refert eũdẽ patrẽ dixisse sic: Ingredere in medio rotarꝝ, q̃ sunt subtus Cherubim,

[Margin: CAP. X — Philip. 2 — Psal. 107 — Psal. 109]

& imple manũ tuã prunis ignis, quæ sunt inter Cherubim, & effundes sup ciuitatẽ. Etenim ubi Chrũs dei filius resurrexit à mortuis, & ascendens in cœlũ, sedet à dextris dei, eadem resurrectione, eodẽ ascensu, uel sessione sua ingressus est in medio rotarũ, uidelicet ad illuminãda uel aperienda, quæ prius clausa erant arcana scripturarũ, quas superius dictũ significari ꝑ similitudinẽ rotarũ, quæ & subtus Cherubim esse dicuntur, quia nimirũ cunctæ in illa respiciunt animalia cœlestia, de quibus plenius illic diximus. ¶ Quid aũt est, ꝙ illic ingresso dicitur, imple manũ tuã prunis ignis, quæ sunt inter Cherubim, & effunde super ciuitatem: nisi accipe potestatẽ iudiciũ facere, quia filius hominis es, iudicare peccatricem ciuitatem, imò & omne seculũ per ignẽ, qui ignis est inter Cherubim, id est prędicatur sparsim in scripturis inter illa quæ scripta sunt, de animalibus illis sæpedictis.

¶ Quid sit uiro ingrediente Cherubim stare à dextris, & atriũ interius nube, exterius autem impleri splendore gloriæ, & quid sit Cherub extendisse manum ad ignem, & dedisse uiro qui erat indutus lineis. Cap. XXXIIII.

Ingressuśqꝫ est in conspectu meo, Cherubim aũt stabant a dextris domus, cũ ingrederetur vir, & nubes impleuit atriũ interius, & eleuata est gloria domini desuper Cherubim, ad limen domus, & repleta est domus nube, & atriũ repletũ est splendore glorię dñi, & sonitus alarũ Cherubim audiebatur vsqꝫ ad atriũ exterius, quasi vox dei omnipotentis loquentis. ⌋ Bene in cõspectu meo dixit, nã uidentibus aplis, eleuatus est, & nubes suscepit eũ ab oculis eorũ. Bene nihilominus, Cherubim stabant à dextris domus, cũ ingrederetur, nã quæcũqꝫ scripta sunt uel erant, secũdũ animalia, q̃ ꝑdiximus, testimoniũ palàm reddere cœperũt gloriæ eius, cũ fuisset assumptus. Et nubes inquit impleuit atriũ intus. i. Iudaicus q erat intus & hactenus deo propinquus, per infidelitatẽ obscuratus est populus. Et eleuata est gloria dñi desup Cherubim ad limẽ domus, illa uidelicet gloria dñi, de qua Psalmista: Exaltare, inqt, sup cœlos deus, & sup omnẽ terrã gloria tua, palã oĩbus innotuit secũdũ ueritatẽ scripturarũ, aplis ꝑdicãtibus. Et repleta est domus nube, subauditur gloria dñi ad limẽ domus eleuãte se: primi enĩ sacerdotes & ordo leuiticꝰ primi inquã scribæ & pharisæi, quorũ erat ministeriũ domus, ꝑcussi sunt cæcitate, gloria resurrectionis foris apparẽte. Et atriũ repletũ splẽdore gloriæ dñi, plurimi nãqꝫ de populo crediderũt in initio ꝑdicationis euãgelicæ spũ sancto illuminãte. Et sonitus alarũ Cherubim audiebatᷓ usqꝫ ad atriũ exterius, ꝑuenit enĩ citius sonus aplorũ ꝑdicantiũ ad nos gẽtes, q foris eramus. Qualis erat ille sonitus? Quasi uox dei omnipotẽtis loquẽtis, Vere. Nõ enĩ ipsi erant q loquebantur, sed spũs sanctus, nec ipsi hoĩes, de suo loquebantur, sed loquebatᷓ in eis Chrũs, & cooperebatᷓ deus pater hoĩbus, q fuerant prius idiotæ, & sine literis, sermonem illorũ confirmans sequentibus signis. ⌊ Et extendit Cherub manũ de medio Cherubim ad ignem, qui erat inter Cherubim, & sumpsit, & dedit in manu eius, qui indutus erat lineis: Qui accipiens, egressus est. ⌋ Accepto igne uir ille ad qd egressus sit, qd fecit, uel quid facturus sit, quis nescit? Postmodũ quippe ciuitas illa conflagrata est igne hostili: & seculũ omne tandem per ignem iudicabit. Quomõ aũt manũ extendisse Cherub, & huic uiro ignem dedisse dicitur. Et quis est iste Cherub? Nimirum qui per uirũ ipsum designatur, & per Cherub unus idemq́ꝫ deus, & homo Christus. Ipse inquam Cherub, ex eo ꝙ erat sapientia dei, quia Cherub plenitudo sciẽtię interpretatur, quod esse affectabat ille princeps Tyri ignominiosus, propter qd & propheta iste contra illum cum improperio, & ironia loquitur. Tu Cherub extentus & protegens. Ipse nihilominus uir, quia cum deus esset homo factus. Itaque unus idemq́ꝫ dat atque accipit, quia ex eo quòd deus est, inferiori naturæ, hominis dedit: ex eo quod homo est, à superiore diuinitate accepit. Inde Psalmista: Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Siue accepisti dona in hoĩbus iuxta Hebraicã ueritatẽ dicas, siue dedit dona hoĩbus, iuxta apostolũ, & septuaginta, ꝑdicta discretiõe fide dirigitᷓ intelligẽtia. ⌊ Et apparuit in Cherubim similitudo manus hoĩs subtus pennas eorũ. Et vidi, & ecce quatuor rotę iuxta Cherubim, rota vna iuxta Cherub vnum, & rota alia iuxta Cherub alterum. Species aũt rotarum erat quasi visio lapidis chrysoliti. Et aspectus earũ similitudo vna quatuor, quasi si sit rota in medio rotę. ⌋ Et post pauca. ⌊ Ipsum est animal quod videram iuxta fluuium

Marginalia: Act. I. — Psal. 107 — Domus nube atriũ splẽdere oppletũ quo modo sit. — Mar. 16. — Cherub iste Christus est. — Ezech. 28 — Psal. 67.

uium Chobar.] Ac deinceps. [Ipsum est animal quod vidi subter deū Israhel, iuxta fluuiū Chobar. Et intellexi qꝛ Cherubim essent quatuor, per quatuor vultus vni, & per quatuor alæ vni, & similitudo manus hominis, sub alis eorum, &c.] Horū superius necessario meminimus ubi oportebat dinoscere, quōo animalia hæc & quatuor sint, & unū. Idcirco hæc pſenti loco ptergredimur, pſertim qa prolixiori cursu, & proficiscendi studio semel dicta declinare cōpellimur. Sane illud obseruādū, ꝙ prius spēs rotarum fuerit, q̄si uisio maris, nunc aūt quasi uisio lapidis chrysoliti, siue carbūculi, ut pœnarum per ignē, qui à Cherub traditur similitudo monstretur.

¶ Cū dicit, Et sublata est à me uisio quā uiderā, subaudiendū est, illius uiri, & subintelligēdū usq; ad uicesimū & quintū annū transmigratiōis, quo eandē uiri spēm uidit. Cap. XXXV.

Visionis pſentis narrationē propheta sic terminare curauit. [Et spūs leuauit me adduxitq; in Chaldęā, ad transmigrationē in visione in spū dei, & sublata est a me visio, quā viderā.] Sublatā à se uisionē gloriæ dñi, cū dicit, subaudire licet, usq; ad uicesimūquintū annū transmigratiōis. Quā enī isto & superiore anno uisionē uidit. s. speciē uiri gloriosi & desiderabilis & similitudinē cœlestiū animaliū, quę uisio erat similitudinis gloriæ dñi, deinceps uidisse nō legitur, usq; ad uicesimūquintū annū transmigrationis, quando dicit. Facta est super me manus dñi, & ecce uir cuius erat aspectus quasi spēs æris, & funiculus lineus in manu eius. Itē: Et uidi uisionē secūdū speciē quā uiderā, quādo uenit ut disperderet ciuitatē, & spēs secūdū aspectū quē uiderā iuxta fluuiū Chobar. Hæc uisio sicut & duæ quas plibauimus. s. quinti & sexti trāsmigratiōis anni, de ppria persona, & euangelica gloria est Christi filij dei: q̄ aūt interposita sunt alarum, aut certe appendentiū prophetiæ sunt rerū. Verbi gratia: Postq̄ sublata est à me uisio quā uiderā, q̄ utiq; uisio de rebus erat longo post tempore futuris, statim de proximo, id est de instante Babylonia captiuitate subiūgit. [Tu ergo fili hominis fac tibi vasa transmigrationis, & trāsmigrabis per viā corā eis.] Ac deinceps [Super ducē onus istud, qui est in Hierusalē. Extendā rete meū super illū, & capietur in sagena mea, & adducā eū in Babylonem in terrā Chaldęorum, & ipsam non videbit, ibiq; morietur.] Ducē quippe Sedechiam significat, cuius facies uelāda erat, ut cæcus terrā babyloniā non uideret. Igitur & nos hic pſentis uoluminis finē faciamus, & à repetita iam tertio gloria dñi, id est à uisione uicesimiquinti anni, libri sequentis exordium sumamus.

CAP. XI.
Cap. 40.
Cap. 43.
CAP. XII.
4. Reg. 25.

Finis commentariorum libri primi in Ezechielem propheram.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN EZECHIELEM Prophetam, Commentariorum, Liber Secundus.

¶ De uisione ultima, ꝙ q̄ maxime clausa sit, & idcirco q̄ maxime opus sit illā ad candelabrū, qd est Chrūs, admoueri, ut ex parte aliqua possit cognosci. Cap. primum.



Voniam cœlestia, de qbus supra loquebamur, animalia, sequi cupimus, & de illis scriptū est: Vnūquodq; eorum corā facie sua gradiebat: nos quoq; pro modulo nr̄o corā facie nr̄a gradiamur. i. propositi nr̄i intētionē memoriter teneamus, ut uisionē quā maxīe clausam, ne dicā obscurā, aliquāta ex parte uidere atque cognoscere ualeamus. Est aūt nr̄a in hoc ope intētio, sicut in initio proposuimus, gloriā sanctæ trinitatis fidē Chr̄i, & gloriā q̄rere regni eius. Quid isto candelabro lucidius? Aut quo in lumine alio lumen istud uidere poterimus, nisi in isto de quo sine dubio scripturæ loquuntur? Accedamus igitur propius, & ad lumen eius uolumen uisionis huius expediamus, quia reuera quanto uicinius, quanto attentius ad ipsam eius propriam personā aspexerimus, tanto amplius scipturæ huius, quæ clausa est, sensus nobis aperietur. Ezech. I.

¶ Quod hæc uisio altius q̄ priores cōtingat gloriā uel diuinitatē Christi: & quæ sit ciuitas cuius in ædificiū uir ille prophetam introduxit. Cap. II.

Inuice-

CAP. XL. IN vicesimo & quinto anno transmigrationis nostrę, in exordio anni, decima mensis, quartodecimo anno, postq̃ percussa est ciuitas, in ipsa hac die facta est sup me manus dñi, & adduxit me illuc in visionibus dei. Adduxit me in terrã Israhel, & dimisit me sup montẽ excelsum nimis, sup quẽ erat quasi ędificiũ ciuitatis vergẽtis ad austrũ. Et introduxit me illuc, & ecce vir vnus, cuius aspect⁹ quasi spẽs eris: & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensure in manu eius. Stabant aũt in porta. ⌋ Duobus prophetiæ suæ prioribus annis, magnã quidẽ iste semel & iterũ uiderat gloriã, siue similitudinẽ gloriæ dñi, faciẽ hoĩs, faciẽ leonis, faciẽ uituli, & faciem aquilæ uolantis: & deinde quasi aspectũ lapidis saphyri, similitudinẽ throni, sup similitudinẽ throni similitudinẽ, quasi aspectũ hoĩs. Sed nũquid hoc totũ, & nõ amplius est Chrũs filius dei? Nunqd nihil superest de illo scire, aut credere, p̃ter illa q̃ per facies istas signant, uidelicet ꝙ de uirgine homo natus, & passus sit, resurrexerit, & in cœlũ ascẽderit, & de illa sede paternæ maiestatis ad iudicãdos uiuos & mortuos uenturus sit? Nonnẽ & illud maxime necessariũ ad salutem nostram fidei regula exigit, ut credamus & sciamus quia deus erat, & omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil? Bene igitur propheta postquam illa quæ supra dicta sunt uidit, adducitur per manũ domini in terram Israhel, & dimittitur super montem excelsum nimis, in illã nimirũ terram, & in illũ montem nimis excelsum, ubi in principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ: ut uideat quia omnia per ipsum facta sunt, & q̃a anteq̃ uerbũ caro fieret, oĩes de plenitudine eius acceperunt idipsum quo impleti sunt. Illic erat quasi ædificiũ ciuitatis uergentis ad austrũ ciuitatis Hierusalẽ, de qua psalmus: Hierl'm, inquit, q̃ ædificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Aedificatur em̃ adhuc ex hoĩbus, ædificata dudũ ex beatis spiritibus, quoꝝ oĩs societas frigidũ aquilonẽ, id est superbũ detestatur diabolũ, humiliter ad austrũ. i. ad sanctũ uergit spm̃, amãdo & laudãdo creatorẽ suũ. Et introduxit me, inquit, illuc, subauditur in spiritu: ut contemplarer opus, quod à principio operatus est deus, qui in fine seculoꝝ homo fieri dignatus est: Nã de illo protinus sequitur. Et ecce uir cuius erat aspectus quasi spẽs æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius.

Margin notes: Iohan. j. — Mons excelsus in quem missus Ezech. — Psalm. jzj.

¶ Cur aspectus uiri quasi species æris, & cur funiculus & calamus mensuræ in manu eius sit. Cap. III.

ECce inquit uir. Vir nõ quidem iam ex essentia, sed p̃sciẽtia, & ordinatione præfixa: deus aũt & tunc & nunc æterna atq; incõmutabili essentia. Cuius erat aspectus quasi spẽs æris, ipse est em̃ sonoꝝ uerbũ patris, cuius hodie tantus in omnẽ terrã sonus exiuit, ut recte per speciẽ æris, quod metallum ualde sonoꝝ est p̃signari debuerit. Et funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius. Funiculus architectoꝝ siue cementarioꝝ, calamus aũt scriptoꝝ est. Et bene hoc utrũq; in manu erat, imò est in manu huius uerbi. s. nã ipse est architectus & fabricator mũdi, et ipse idẽ anteq̃ fieret uir, sanctã scripturã legalẽ atq; propheticã cõdidit. Et bene funiculus tantũmodo funiculus, calamus aũt calam⁹ mẽsurę dr̃. Etenim fabricã mũdi, cuius opificij signũ erat funiculus solus p semetipsum cõdidit, cuius rei uel structuræ potentiã non ad mensurã accepit: sanctã aũt scripturã p hoĩes edidit, quibus utiq; nõ oĩbus omnia, sed singulis quã uoluit ad mẽsurã dedit. ¶ Stabat aũt in porta. Vere stabat, & adhuc stat in porta, q̃a uere nullus, uel ad uerã facturæ mũdi notitiã, uel ad sanã sacræ scripturæ intelligentiã, nisi per ipsum intrat. Nec uero tantũmodo in porta stat, sed & ipse porta est: porta inquã, & portarius, ostiũ & ostiarius ipse est. Porta nimirũ siue ostiũ, eo ꝙ homo: portarius siue ostiarius, eo ꝙ deus est. Ego, inquit, sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur. Et nihilominus de semetipso dicit: Huic ostiarius aperit & oues uocem eius audiunt.

Margin notes: Funiculus ul' calamus quibus cõueniat — Iohan. jo

¶ Q̃ꝫ opportunè illi cui alta ostensurus est, dicat: Fili hominis, & ꝙ ei qui uidet expediet ut annunciet. Cap. IIII.

ET locutus est ad me idem vir: Fili hominis, vide oculis & auribus tuis audi, & pone cor tuũ in omnia que ego ostendã tibi, quia vt ostendãtur tibi adductus es huc. Annuncia omnia que tu vides domui Israhel. ⌋ Fili hoĩs inquit, Opportuna cõmemoratio infirmitatis, Tanq̃ diceret. O uidens, magnitudine

reuelationū ne extollaris ubi uisiones dei uides, qa filius hominis uermis es. Hoc nō te prætereat: istud tene memoriter. Ita humiliato capite, uide oculis tuis, & auribus tuis audi, oculis cordis, auribus interioris hominis: & pone cor tuū in omnia quæ ego ostendā tibi, neque sis eorum, quorū cor auersum ita ut intelligere noluit. Hoc em̄ competit, ut beniuolo corde adsis, neq; sis ingratus, quia ut ostendantur tibi adductus es huc, ut occurras cū omnibus sanctis in unitate fidei, & agnitionis filij dei, in uirū perfectū, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut iam nō sis paruulus, quemadmodū illi qui Messiā audiētes esse uenturū, putāt uel putaturi sunt, ꝙ homo tantū sit, quod nō sit idē deus, anteq̄ homo aut uir. Et quia sicut corde creditur ad iustitiā, ita & ore cōfessio fit ad salutē. Annuncia omnia quæ tu uides domui Israhel. Quāuis annunciatio hæc, nunc interim pro tēpore & re clausa esse debeat, quia uidelicet domus Israhel nūc si nudo sermone annūcies, ea portare neq; uult, neq; potest, tū annūcia quæ tu uides, nō tantū p̄senti, imò nō tam p̄senti, q̄ ei quæ futura est, nō tā carnali q̄ spirituali domui Israhel. Primū tibi ipsi, iam nūc in præsentiarū, ꝙ hoc licet absconditū, confessionis aurū contuleris in thesauros ueritatis, deinde proderit & futuræ domui Israhel, uidēti & cognoscenti ex parte, & nihilominus ueneranti quod uidere aut cognoscere nō potest, donec ueniente eo quod perfectū est, euacuetur quod ex parte est. Ephe. 4. Roma. 10

¶ Cur cū utrūq; in manu uiri sit & funiculus & calamus, de funiculo corā propheta agatur nihil, & ꝙ per calamū sex cubitorum & palmi septiformis gratia spūs sancti intelligatur, & quid sit murus forinsecus per circuitum domus. Cap. V.

Et ecce murus forinsecus in circuitu domus undiq;, & in manu uiri calam⁹ mensuræ sex cubitorū & palmo, & mensus est latitudinē ædificij calamo uno, altitudinē quoq; calamo uno. Notandū in primis, ꝙ cū utrūq; s. calamus & funiculus lineus, & calamus mensuræ in manu uiri sit, de funiculo tacetur, nihilq; cū illo demonstrat: & totū in oculis prophetæ, cū calamo mēsuræ agitur. Cur hoc? Videlicet, qa nō ad hoc propheta uel quisq̄ alius adducitur ut discat qualiter mūdi fabricā fecerit deus qđ per architectonicū funiculū intelligitur, sed ad hoc tantū, ut uideat qđ inde scriptura loquatur, quæ per calamū exprimitur, & credat, quia secundū testimoniū eius, per uerbū suum cœlū & terrā, & omnia quæ in eis sunt fecit unus & solus deus: per uerbū inquā suū, qđ & caro factū est, cuius (inquit Euangelista) gloriā uidimus. Quis aūt est calamus iste in manu uiri, nisi ille de quo pater in Dauid: Lingua mea, inqt, calamus scribæ, uelociter scribentis? Quis inquā est calam⁹ iste mēsuræ sex cubitorū & palmo, nisi gratia septiformis spūs sancti? Etenim calami huius cubitus unus timor, cubitus unus pietas, cubitus unus fortitudo, cubitus unus cōsiliū, cubitus unus intellectus: palmus aūt sapiētia est. Siquidē cætera tēporaliter operātiū q̄dā arma uel instrumēta sunt: sapiētia uero quiescētiū merces, q̄ in illa uita p̄manēs feliciter palmū adimplet. Igit mur⁹ forinsec⁹ in circuitu dom⁹ undiq; & in manu uiri calam⁹ mēsuræ: qa uidelicet, anteq̄ uir iste calami. i. spūs sancti mēsuras prophetis suis manu sua distribueret, latebat oēs hoies, qđ in secreta atq; ineffabili domo apud deū eēt: sed & nūc ultrà nihil scire possumus, nisi qđ per mētē & os illorū: calamo suo. i. spū sancto disserere dignatus est. Et mēsus est inqt latitudinē ædificij calamo uno, altitudinē q̊q; calamo uno: latitudo ædificij scripturæ ē literalis, altitudo aūt sensus eiusdē est spūalis. Vtrūq; mēsus est calamo uno, qa nimirū utrūq; nobis traditū est ab uno eodēq; authore spiritu sancto. Iohan. 1. Psal. 44. Calamus mensuræ quid.

¶ Quid porta orientalis ad quam uenit uir, & quid per gradus ascendentes, & quid per thalamum debeat intelligi. Cap. VI.

Et uenit ad portā quę respiciebat uiā orientalē, & ascēdit per gradus eius, & mensus est limen portę calamo uno. i. limē unū calamo uno in latitudinē. Et thalamū uno calamo in longū, & uno calamo in latum. Et inter thalamos quinq; cubitos, & limē portę iuxta uestibulū portę intrinsec⁹ calamo uno, & mēsus ē uestibulū portę intrinsec⁹ calamo uno. Porta q̄ uiā orietalē respicit. Prima est origo seculi. Ad illā utiq; portā uenit hic uir, iā em̄, iādudū inq̄ erat in sinu p̄ris. Deniq; ipse est & erit sapiētia dei, q̄ in parabolis dicit: Dn̄s possedit me in initio uiarū suarū, anteq̄ quicq̄ faceret, à principio, ab æterno ordinata sum, & ex antiquis anteq̄ terra fieret. Cū eo erā cuncta cōponens, & delectabar per singulos dies & c. ¶ Et ascendit inquit per gradus eius. Per Porta orientalis quid. Pro. 8

gradus

Gradatim creata sunt uniuersa. gradus in quã ad portã uiæ orientalis ascendit, gradatim quippe, & per quosdã ascensus opera sua disposuit. Verbi gratia: Prius terram inanimatã, deinde animatas arbores, deinde animata & sensibilia animãtia terræ, deinde animatũ sensibilẽ & rationalẽ hominẽ creauit. Et mẽsus est limẽ portæ calamo uno latitudinẽ. i. limẽ unũ, calamo uno in latitudinẽ. Limen portæ introitus ædificij est. Qua propter & per limẽ totius opis dispositio recte intelligẽda est, de q̃ Euãgelista. Qđ factũ est in ipso uita erat inqt. Mẽsus ẽ itaq; limẽ portæ, siue latitudinẽ liminis calamo uno. i. proposuit amplificare opa sua in uno spũ, uidelicet scđm amplitudinẽ magnificẽtiamq́; eius, ut qa ille septiformis est, faceret sex pulcherrimi opis facies, & die septimo opus suũ cõplens, ab omni opere requiesceret. Requies illa, thalami noĩe statim designata est. Et thalamũ (inqt) calamo uno in longũ, & uno calamo in latum. Quadra erat thalami positio, qua requiei dñi plena æternitas, & æterna significatur plenitudo in uno dimensa calamo. i. spũ sancto perfecta, qui uerus est amor. Et inter thalamos quinq; cubitos. Ibi reuera creator creaturæ, tanq̃ sponsus sponsæ, in thalamo uero copulaẗ cõiugio, & hæc in scripturis sanctis usitata quidẽ est similitudo, sed quinq; cubiti sunt inter thalamos, id est, totis quinq; sensibus illi disparantur thalami, ab istis quos solos nouit homo. Etenim thalami illius, uoluptatem quinq; sensuum carnis nullus percipit, testante scriptura, quia oculus non uidit, nec auris audiuit, sed nec in cor hominis ascendit, quę deus in illo thalamo diligẽtibus se præparauit. Quòd autem & unus thalamus, & plures recte dicantur thalami, postmodũ non pręteribimus. Et limen portæ iuxta uestibulũ portæ intrinsecus calamo uno, & mẽsus est uestibulũ portę intrinsecus calamo uno. Ordo uerbo℞ est. Et limen portæ mẽsus est, iuxta quãtitatẽ uestibuli, qđ erat intrinsecus. s. calamo uno, etẽm mẽsus est uestibulũ portæ intrinsecus calamo uno, dũ limẽ quod modo describitur iuxta uestibulũ portæ intrinsecus esse memoraẗ, dicẽte propheta: Et limẽ portæ iuxta uestibulũ portæ intrinsecus calamo uno, & mẽsus est uestibulũ portę intrinsecus calamo uno, apte ostẽdiẗ, qa limẽ qđ prius descriptũ est, extrinsecus fuit, Porrò limen exterius litera, limẽ uero interius in scriptura sacra, allegoria est, quia ẽm per literã ad allegoriã tendimus, quasi a lumine qđ est exterius, ad hoc quod est interius uenimus. Et bene utrũq; calamo uno mensuratur, quia uidelicet utriusq; tam literæ, q̃ allegoriæ ueritas, eodẽ auctore spũ cõmendaẗ. Vel certe, qa ut supra diximus, testante euãgelista: Quod factũ est in ipso uita erat, & illic limen interius, & hic uestibulum intrinsecus recte accipimus, ut hic & illic, quod in ipso uita erat intelligamus, & tunc demũ quod factũ est cũ scripturæ ordine, iuxta propositionẽ nostrã prosequamur. Sequitur ẽm.

Iohan. j. (margin)

Thalamus requiẽ dei æternã significat (margin)

Psalm. j8. (margin)

Esaiæ. 64. (margin)

1. Corin. 2. (margin)

Limen intrinsec⁹ & extrinsecus, quid (margin)

Iohan. j. (margin)

¶ Quid sit quod prius cũ mensura calami metiebatur, & deinde omnis per cubitos mensura peragatur, & qđ uestibulum portæ VIII. cubitorũ esse, & in fronte duos habere cubitos describatur. Caput. VII

ET mensus est vestibulum portę octo cubitorum, & frontem eius duobus cubitis, vestibulũ aũt portę erat intrinsecus. Porro thalami portę ad viã orientalem, tres hinc, & tres inde, mensura vna trium, & mensura vna frontiũ, ex vtraq; parte. Notandũ quippe, qđ hic iam de calamo ad cubitos ratio mensuræ conuertitur, & dũ atriũ exterius, dum atrium interius, cũ ternis unumquodq; portis, tẽplum quoq; & gazophylatia uir ille permetitur, nulla calami mentio fit, sed omnes per cubitos mensura peragitur. Proinde non ab re dicendum, quia quod hactenus dicebatur, secũdum id ualeat intelligi, quod in ipso uita erat, & quod deinceps sermo narrare ingreditur, secundum id debeat accipi, quod factum est, eodem ordine, quo scriptura prosecuta est, sic incipiens. In principio creauit deus cœlum & terram. Quid ẽm est, ꝙ cũ dixisset, & mẽsus est uestibulũ portæ intrinsecus calamo uno, id est, sex cubitis & palmo, continuo subiunxit, & mẽsus est uestibulũ portæ octo cubito℞, uestibulũ aũt portæ erat intrinsecus. Quid inquã est, ꝙ unũ idẽq; intrinsecus uestibulũ, uno calamo ꝑmẽsum, cõtinuo dr̃ octo cubitorũ, nisi qa ubi creaturæ opus immutabiliter uita erat, ibi q̃q; finis eius præfixus est, ut post mutabilẽ cursum perficeretur in octaua? Septenarius quippe numerus, q est in calamo longo, sex cubitis & palmo insolubilis est, unde & apud philosophos Mas dr̃, octonarius aũt femina, qa solubilis est, & usq; ad ultimã unitatẽ in ęquas ptes secatur. Iccirco per illũ immutabilis uita quæ secũdũ euãgelistã in uerbo erat, in isto aũt mutabilis creaturæ cursus intelligiẗ creaturę rationa-

Gene. 1. (margin)

rationalis, quæ (ut iam dictum est) perficitur in mũdi ætate octaua. ¶His igitur præmissis, secundũ id quod (ut sæpe dictũ est) in ipso uita erat: nunc demũ exterius quod factũ est creaturæ opus ingredimur, ad laudẽ & gloriã huius uiri gloriosi, & mensoris fidelissimi: qui ut passim in oĩbus scripturis, ita q̃ maxime & in hac uisione testificatur, ꝙ ipse sit antiquus mũdi architectus, in quo fieri homo est dignatus, quiꝙ, ut psalmus quoq; confitetur, d gloriosa ciuitate dei, cuius fundamenta sunt in montibus sanctis, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Psal. 86.

¶Quid sint thalami tres hinc, & tres inde, & q̃uo mensura una triũ, & in quo mensura una sit angelorũ & hominũ electorum. Cap. VIII.

ET mensus est frontem eius duobus cubitis. Portæ thalami quoq; ad uiã orientalẽ, tres hinc & tres inde. Mensura una triũ, & mensura una frontiũ ex utraque parte. Frons uestibuli initiũ & prima est dictio scripturæ, qua describitur primũ factura mundi. Mensura frontis huius duo cubiti sunt. Ait eñ: In principio creauit deus cœlũ & terrã. Vnus est cubitus cœli .i. omniũ inuisibiliũ. Vnus itidẽ cubitus terræ, id est omniũ uisibiliũ. Magna quidẽ ista uel illa creatura, sed cõsiderata magnitudine huius uiri immẽsi, uix cubitus meretur dici, q, iuxta prophetã aliũ, palmo cœlos ponderauit, & molẽ terræ tribus digitis appẽdit. Quare aũt sex erant thalami tres hinc & tres inde, ad uiã oriẽtalẽ: nisi qa bis ternis diebus operatus est mũdi opifex, & tũc demũ ingressus est, & in suã requiẽ? Etenim una quidẽ est eius requies, sed qa sex operis sui explicuit spẽs unus artifex, recte sex thalami sunt, & una nihilominus designatur requies. Dicẽdo aũt hinc & inde, breuiter distinxit thalamos cœli & terræ, thalamos angelicæ & humanæ creaturę. Angelica ꝗppe creatura, eo ipso ꝙ terrenum corpus non habet, comparatione hominis quasi cœlum est, sed nihilominus, tam humana q̃ angelica creatura creatoris dignatione beatæ requiei thalamis admissa est. ¶Mensura, inquit, una trium. Non dixit mensura una omniũ, id est sex thalamorũ, licet & hoc quadã ex parte sit uerũ, nam & homines electi sic erunt sicut angeli dei, & in Apocalypsi legimus, mensura hominis quæ est angeli: sed dixit, mensura una triũ, uidelicet hinc triũ, & inde triũ. Hinc angelorum, præter quos nihil rationale creatũ est primis tribus diebus, quibus fabrica mundi explicata est: Inde hominũ, præter quos itidem nihil rationale creatũ est cæteris tribus diebus, quibus eadẽ fabrica mundi mobilibus creaturis perornata est. Mensura igitur hinc una triũ, cũ dictũ est: Fiat lux, & facta est lux: & uidit deus lucẽ ꝙ esset bona, nam hæc est angelica creatura. Mensura rursus una triũ, cũ dictũ est: formauit igitur dominus deus hominẽ de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculũ uitę quæ una & cõmunis humanæ creaturæ mensura est. Porrò & mensura una frontiũ ex utraq; parte, nã ex imagine & similitudine dei relucet creatura, utraq; in fronte, id est in mẽte. Licet hinc, id est, ex nostra parte scriptũ legamus: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem nostrã, tamen & ex alia parte idẽ sentiendũ est, licet non eadẽ monstretur dictione. Nã cũ dicitur: Fiat lux, breuius quidẽ, sed non minus in angelica creatura imaginis & similitudinis dei claritas exprimitur. Deniq; & econuerso, factus & perfectus homo, ad imaginẽ & similitudinem dei, id est, propter id ꝙ rationalis & diuinæ bonitatis est imitatrix, insignis habetur creatura utraq;.

Frons uestibuli quid. Gene. I.
Esa. 40.
Sex thalami, sex dies operum dei.
Mat. 22
Apo. 21.
Gene. I.
Ibi. 2.
Gene. I.

¶Quid sit latitudo portæ decẽ cubitorũ, & longitudo tredecim. Cap. IX.

ET mensus est latitudinem liminis portę decem cubitorum, & longitudinem portę tredecim cubitorum. Porta hæc non eadẽ quæ supra, non à prædicto ædificio, sed econtrariò, & ad mediũ thalamorũ patens intelligenda est. Hæc porta, illa lex uel conditio est, qua obseruata ingredimur in illã æternorũ thalamorũ dei requiem. Ingredimur eñ (inquit apostolus) in requiem qui credidimus, queadmodũ dixit: Si introibunt in requiem meã. Item: Qui eñ ingressus est in requiẽ eius, etiã ipse requieuit à laboribus suis, sicut requieuit deus ab operibus suis. ¶Et longitudinẽ, inquit, portæ tredecim cubitorũ. Hoc loco longitudo portæ altitudo dicitur, sicut nos, quẽ altũ uidemus, longæ staturæ dicimus. Nam longitudo portæ, dici in transuersum non potest, cuius latitudo per decem cubitos demonstratur. Grandis porta, & pro modulo hominis, si ad corpusculum spectes, lata satis, & spaciosa. Ait autem dominus: Q̃ angusta porta, & arcta uia, quæ ducit ad

Porta lex est ad requiem. Heb. 4.
Longitudo & latitudine.

uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Verum alia quædam est grossitudo siue uastitas cui reuera hæc talis porta decem cubitis lata, & tredecim longa, nimis angusta & arcta sit. Hæc est uastitas cupiditatum, hæc est grossitudo diuitiarũ. Nam idem dicit: Facilius est camelũ per foramen acus transire, q̃ diuitem intrare in regnũ dei. Etenim latitudo decem cubitorũ, decem legis præcepta sunt. Et cum unũ eorũ sit, non concupisces, quomodo per hanc portam intrare posset, qui latitudine eius tanto uastior est, quanto plures circum se aggrauauit cupiditas? Et hæc quidem latitudo prioris populi fuerit, qui decem præcepta legis accepit, nam nostra ex euangelio est tredecim cubitorũ longitudo, quibus super eadem præcepta fides datur sanctæ trinitatis, à quibus sic exigitur unũ & solum deũ confiteri, ut certã faciam⁹ distinctionẽ personarũ, patris, & filij, & spiritus sancti.

Matt. 19

¶ Quid ante thalamos margo cubiti unius, & quid thalami sex cubitorũ, & qd latitudo à tecto usq; ad tectũ uigintiquinq; cubitorũ. Cap. X

ET marginem ante thalamos cubiti vnius, & cubitus vnus finis vtrinque. Thalami autem sex cubitorum erant hinc & inde.] Marginẽ ante thalamos intelligimus prominentiam tecti ultra parietem eminentis. Hic erat cubiti unius, quo nimirũ cubito, mediator dei & hominũ, Christus, intelligitur, quasi ultra thalamorũ parietes prominens, dum foris humanæ formæ, quam suscepit, electis omĩbus angelis siue hominibus beatã semper præsentat uisionẽ. Intus in interiore homine illa est uoluptas, quæ per thalamos intelligitur, qua diuinitas amanti creaturæ ineffabiliter copulatur: uerum & præter hoc foris in loco semper apparet, & præsto est ille desiderabilis filij hominis aspect⁹, in quem cũ desiderent angeli prospicere, sine dubio & homines eadem semper exhilarantur uisione, semper desiderata, semper præsente, amantes sine defectu, deficientes sine passione. Thalami sex cubitorũ erant hinc & inde, subauditur, & palmi unius, quod supra dictũ est: sed idcirco repetiuit, ut continuo subiungeret. [Et mensus est portam a tecto thalami vsque ad tectum eius, latitudinem viginti & quinq; cubitorum, ostium contra ostium.] Hic numerus ex quinario numero per semetipsum multiplicato conficitur. Et quia quinq; carnis sensibus præditi sumus: eorũ similitudinem numerus iste ex quinario in semetipsum ducto, quadratus significat, qui & si minus spirituales sunt, in bono tamen opere e terius per prouectũ multiplicantur. Ne ergo dubitemus, solũmodo spirituales aut uirginei propositi homines in illam requiem ingredi & requiescere cũ deo requiescente ab operibus suis: Latitudinem, inquit, à tecto thalami usq; ad tectũ eius, mensus est uigintiquinque cubitorũ. Pene & huic simile in Canticis legimus, ubi cũ dictum esset: Ferculũ fecit sibi rex Salomon de lignis libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatoriũ aureum, ascensum purpureũ, continuo subiunxit. Media charitate constrauit propter filias Hierusalẽ. ¶ Quod ait ostiũ contra ostiũ, subauditur thalamorum, hinc triũ & inde trium, mutuam concordiam & patientia semper in laude dei corda simul & ora significat angelorũ & hominũ.

Cant. 3

¶ Quomodo fecerit frontes per sexaginta cubitos, & ante faciem portæ quinquaginta cubitos, quid fenestræ obliquæ, & quid palmarũ pictura per circuitum. Cap. XI.

ET fecit frontes per sexaginta cubitos, & a fronte atrij portę vndiq; per circuitum. Et ante faciem portę, quę pertingebat vsq; ad faciem vestibuli interioris quinquaginta cubitos.] Spacij sub diuo, cuius latitudo uigintiquinq; cubitorum erat, longitudinem per sexaginta cubitos mensus est. Hoc erat spacium atrij inter frontes atrij supradicti. Verũ quia uestibulũ portæ interioris, occurrens portæ octo cubitos occupauerat, & præterea duos in fronte sua cubitos habebat in lateribus quidẽ sexaginta cubitos admittebat, sed coram facie sua, uel corã facie portæ atrij de sexaginta cubitis, quinquaginta, id est decẽ minus, effecerat. Hoc est quod cum dixisset, fecit frontes per sexaginta cubitos, continuo subiunxit. Et ante faciẽ portæ quæ pertingebat usq; ad faciem uestibuli portæ interioris quinquaginta cubitos. Porrò per sexaginta cubitos, qui numer⁹ ex senario numero denarioq; perficitur, sexies nanq; decẽ, siue decies sex, sexaginta fiunt, p sexaginta, inquam, cubitos ingredientiũ opera, per quinquaginta uero misericordiæ occurrentis significatur gratia. Nã hic numerus ex lege sacratus est, dũ quinquagesimo anno ad possessorem

Leuit. 25

ſeſſorem ſuũ poſt uenditionem omnis poſſeſſio redire iubetur, unde & idem remiſſionis annus, Iubileus, id eſt dimittens dicitur. Plane utroq; indigemus, quicunq; in illos thalamos, in illam domini requiem, in qua requieuit prior ille ab operibus ſuis, igredi cupimus. Quis enĩ angelorum aut hominũ per ſola merita ſua illuc ingrederetur, niſi per gratiam fuiſſet aſſumptus? Aut quãta ſunt opera cuiuſq; noſtrum, ut in eandem cum deo requiem ingrediamur, per ſolũ iuſtitiæ debitum? De portis atrij, quæ erant undiq; per circuitum, dicemus poſtmodum. [Et feneſtras obliquas in thalamis, & in frontibus eorum quę erant intra portam, vndiq; per circuitum. Similiter autem erant & in veſtibulis feneſtrę per gyrum intrinſecus, & ante frontes pictura palmarum celata.] Feneſtræ obliquæ q̃ſi ſagittæ dicũtur, eo q̃ inſtar ſagittarum anguſtum in ædes lumẽ intromittant, & intrinſecus dilatẽtur. Porrò ſi thalami ſunt illa de qua loquimur requies dei, & deus lux eſt: hoc feneſtrę iſtæ à noſtris differũt, q̃ noſtræ à foris lumẽ accipiũt, iſtæ ab intus foras mittũt. Palmarum quoq; nobis celatura uel pictura monſtratur, ut de mũdo uictoriam poſſidẽtes, digni efficiamur poſt laborem pugnæ cũ palma uirtutũ in illã requiẽ introire.

Quinquenarius nũerus lege ſacrat⁹ eſt.

Feneſtræ obliquæ

¶ Quid ſit atrium exterius, de quo ait, Et eduxit me ad atrium exterius, &c. qd per triginta gazophilatia, quid per portas, ſiue longitudinem intelligamus centum cubitorum. Cap. XII.

ET eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophilatia & pauimentum ſtratũ lapide in atrio per circuitum. Triginta gazophilatia in circuitu pauimenti. Et pauimentum in fronte portarum ſecundum longitudinem portarum erat inferius. Et mẽſus eſt latitudinẽ a facie portę inferioris, vſq; ad frontẽ atrij interioris extrinſecus centum cubitos, ad orientem & ad aquilonem.] Poſt ædificij prioris, & thalamorũ dimenſionẽ, propheta ad atrium exterius educitur: quia uidelicet ſanctã ingreſſi ſcripturam, poſt explicitam mundi fabricam, & poſtq̃ deum ab operibus ſuis requieuiſſe legimus, in ſubſequentem rerum hiſtoriam proficiſcimur, quæ extra requiei illius ſecretum geſtæ ſunt uel geruntur. Incipit autem ſic: Tulit ergo dominus deus hominẽ & poſuit in paradiſo uoluptatis, &c. Omnis hæc hiſtoria quaſi atriũ exterius eſt uſque ad Abraham, ab Abraham aũt, ad quem primũ repromiſſus eſt Chriſtus, de ſemine eius naſciturus, atrium eſt interius uſq; ad templi ueri poſitionem, q̃ hæc prophetia poſt illud atrium permetitur, id eſt uſq; ad eiuſdem Chriſti incarnationem, quo in templo ſuo deus homo humani generi eſt repropitiatus. Igitur eduxit me, inquit, ad atrium exterius, & ecce gazophilatia, & pauimentum ſtratũ lapide in atrio per circuitum, id eſt poſtq̃ fecit me intelligere q̃modo peracto opere ſuo die ſeptimo requieuit deus, aperuit mihi ſenſum ut intelligerem ea quæ ſubſequenter leguntur: & ecce apparuit litera ditiſſima, & ualde operoſa, quia ſpiritualis intelligentiæ gaza, & quaſi lapidis marmorea uarietas in ea continetur. Gazophilatia, inquit, triginta in circuitu pauimenti. Tricenus gazophilaciorum numerus, coniugij caſtitatem ſignificat, quam in primis hominibus conſtruxit, & dedicauit deus. Quanticũq; poſt illam coniunctionem caſti, & deo digni coniuges in illa ſcriptura leguntur, gazophilatia fuerunt uel ſunt: ſenſuũ ſpiritualiũ gazam plurimumq; ſeruantia ſacramentorũ Chriſti aurum. Verbi gratia: Immiſit dominus deus ſoporem in Adam. Cunq; obdormiſſet, tulit unam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit dominus deus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam, &c. Hoc uere magnũ gazophilatium ueriſſimæ gazæ ſeruatorium. Nam ſacramentum magnũ hoc eſt, quod ſeruat hęc litera. Ego autem, inquit apoſtolus, dico in Chriſto & in eccleſia. Et quomodo ſuper terram uariũ & pulchrum ſternitur ex marmore pauimẽtum: ſic & in iſto & in cæteris ſuper uilem literaturam ſpiritualis intelligentiæ conſpicit ornamentum, quiſquis oculos habet ad uidendum. Et pauimentum, inquit, in fronte portarum ſecundũ longitudinem portarũ erat inferius. Reuera ſecundũ longitudinem portarũ, nã prout temporibus ſuis à ſupradicto dei templo, id eſt, ab incarnatione Chriſti longe aberant ſancti patres, qui uerbi dei uel uenturi Chriſti portæ nobis extiterunt, myſtica illorum coniugia ſiue facta, interpretatione ueneranda ſunt. ¶ Et mẽſus eſt latitudinem à faciæ portæ inferioris uſq; ad frontem atrij interioris, extrinſecus cẽtum cubitos ad orientem & ad aquilonem. Menſura centum cubitorum, remuneratio eſt bono-

Gene. 2.

Gene. 15

Gene. 2.

Ephe. 5.

Veterũ facta myſtice intelligend[a]

rum æternorum, cuius plenitudinem in euangelio quoq; dominus significans: Centuplum (inquit) accipiet, & uitam æternã possidebit, id est pro temporalibus æterna recipiet, quę remuneratio tam lucrosa, ac si paruo numero centenarius numerus cõparetur. Tantam latitudinẽ à facie mensus est portæ inferioris, id est à primo Adã, qui secundũ tempus à sæpe
Gene.2. dicto tẽplo dei longissime abfuit. Primo enĩ huic præceptũ positũ est huiusmodi: Ex omni ligno paradisi comede: de ligno aũt scientiæ boni & mali ne comedas. Quod profecto pceptũ si custodisset, centũ retributionis quasi cubitos recepisset: nã pro ligno uno sibi interdicto lignũ uitæ quandoq; comederet, & tã corpore q̃ anima immortalis esset, quandoque absq; morte corporis ad beatã immortalitatẽ, & immortalem angelorũ beatitudinẽ trãsiret. Et mensus est, inquit, ad orientẽ & ad aquilonẽ, id est remunerationẽ promisit omnibus bene merentibus siue in prosperitate pacis, siue inter aduersitatẽ tentationis.

¶ Quid sit porta respiciens uiam aquilonis, quid mensuræ quinquaginta cubitorũ in in longitudinẽ, & XXV in latitudinẽ, quid fenestræ, quid uestibulũ, & quid ascensus septẽ graduũ. Cap. XIII.

Portam quoq; quę respiciebat viam aquilonis, atrij exterioris mensus est, & mensus est a porta vsq; ad portam in via australi, tam in longitudine q̃ in latitudine, & thalamos eius tres hinc, tres inde: & frontem eius, & vestibulum eius, secundum mensuram portę prioris quinquaginta cubitorum, longitudinem eius, & latitudinem. XXV. cubitorum. ⌋Post portã orientalẽ, qua prospera & bona solent enunciari, uenitur ad portã quæ respicit uiam aquilonis, qua non dubiũ est aduersa significari: quia uidelicet post lectionẽ creationis mundi, & eius quæ primo homini apposit fuerat felicitatis, historia sequitur miseriarũ & magnę infelicitatis. Homo deceptus à diabolo, de paradiso eiectus est, spiritu mortuus, & carne mortalis, atq; uniuersæ posteritati suæ cõportans hæreditatẽ eiusdẽ geminæ mortis: & deinde multiplicatis homini-
Gene.6. bus, corruptaq; omni carne: tunc ille mundus diluuio inundatus perijt. Verũ nec ibi mensoris huius diligentissimi diligentia uel beneuolentia cessauit: sed secundũ mensuram portæ prioris mensus est, tam in longitudine q̃ in latitudine, &c. id est locutus est hominibus, manifestauit illis opera sua, quãuis pro modulo suo secundũ exemplũ eius bene operarentur, ut & ipsi in thalamos eius requiei ingredi mererentur. Quinquaginta cubitorũ mensus est longitudinẽ, atq; latitudinẽ uigintiquinq; cubitorũ: proposuit enĩ illis remissionis spem, quã possent adipisci per fidei longitudinẽ, & per charitatis bonis quinq; sensuũ operibus exercitatæ latitudinem. Mensus est, inquam, à porta uiæ aquilonis, usq; ad portam in uia australi, id est, ita ut & malis in prædicto diluuio mala redderet pro meritis, & bonis bona reseruaret: quatenus de semine illorũ repararetur orbis. Eorũ thalami erant secreta conscientiæ bonæ, tres hinc, & tres inde: tres inquam hinc, id est ex præsenti in fide, spe & in charitate, inde autẽ, id est ex futuro in beata trinitatis uisione. ⌊Fenestrę autem eius & vestibulum & sculpturę secundum mensuram portę, quę respiciebat ad orientem, & septem graduum erat ascensus eius, & vestibulum ante eam. Et porta atrij interioris contra portam aquilonis & orientalem, & mensus est a porta vsq; ad portam centum cubitos.⌋ Per fenestras & uestibulũ quod erat secundũ mensuram portæ, quæ respiciebat ad oriẽtem hoc subtiliter indicatur: quod in introitu uirtutum positi, & in authorem respicientes, cuius erat opus creatio mundi, & requies in regno immortalitatis: ad uisionem eius essent peruenturi. Porrò septem graduũ, per quos erat ascensus eius primus est timor, secundus pietas, ter-
Septẽ gradus tius scientia, quartus fortitudo, quintus consiliũ, sextus intellectus, septimus sapientia. Eosdem gradus Esaias in ipso capite nostro enumerans, descendendo magis, q̃ ascendendo nu-
Esa.ij. merauit, dicendo spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris domini. Et recte quia de cœlestibus ad ima loquebatur, cœpit magis à sapientia, & descendit ad timorem. Hic autẽ quia de terrenis hominibus sermo est, qui de deorsum ad superna tendunt: idem gradus ascendendo nihilominus recte numerantur, quia cũ scriptum sit: Initium sapientiæ timor domini, constat procul dubio, quia
Eccl.1. à timore ad sapientiam ascenditur, non autem à sapientia ad timorem reditur. Perfectã quippe habet sapientia charitatem. De centum cubitis, uel de numeri huius sacramento, supra dictum

dictum est.

¶ Quid sit uia australis siue porta respiciens ad austrum, & quod pro ratione temporum prima atrij exterioris porta orientalis, secunda aquilonaris, tertia dicta sit australis. Cap. XIIII.

Et eduxit me ad viam australem, et ecce porta que respiciebat ad austrũ. Et mensus est frontem eius et vestibulum eius, iuxta mensuras superiores, et fenestras eius, et vestibula in circuitu. &c.] & cætera, ut supra. Post portam aquilonarem exitur ad uiam uel portam australem, qua bona significantur: quia post præcedentis ætatis aduersitatẽ, & impiorum perditionẽ hominum: statim prospera nobis occurrunt, scripturæ ordinẽ prosequentibus, cũ (uerbi gratia) ad Noe loquitur deus: Ecce ego statuam pactũ meũ uobiscum, & cũ semine uestro post uos. Et ad omnẽ animã uiuentem, quæ est uobiscum, tam in uolucribus, q̃ in iumentis & pecudibus terræ, cunctisq;, quæ egressa sunt de arca, & uniuersis bestijs terræ statuam pactũ meum uobiscum: & nequaquam interficietur ultrà omnis caro aquis diluuij, neq; erit deinceps diluuiũ dissipans terram, &c. De cunctis portæ huius mensuris, & de gradibus, quibus ad eam ascenditur, idem sentiendum, nam eadem cuncta sunt quæ superius. Et hic quidem dimensionum atrij uel portarum atrij exterioris finis est. Et notandum in dimensionibus hic esse portarum ordinem, ut prima orientalis, secunda aquilonaris, tertia australis sit, uidelicet pro ratione, uel ordine temporum, aut rerum quas hactenus scriptura memorauit. Non ita se ordo habet portarũ atrij interioris, sed quo illic nomine ultima erit, id est australis, illo hic prima est, cũ dicitur.

Gene. 9.

Portarũ ordo in dimensionibus.

¶ Q̃ alio ordine prima interioris atrij porta australis dicitur, secunda orientalis tertia aq̃lonaris, & quid significent, & ꝙ in uestibulo aquilonaris portæ. XVI. mensę quatuor maiores & duodecim minores sint. Cap. XV

Et introduxit me in atrium interius ad portam australem, et mensus est portam iuxta mensuras superiores, thalamum eius, et frontem eius, et vestibulũ eius eisdem mẽsuris, &c.] Quæ prima ponitur porta huius atrij interioris, australis dicitur, quæ secunda, orientalis: quæ uero tertia, aquilonaris. Et hoc nimirũ iuxta rationẽ uel ordinem temporũ aut rerum quæ gestæ sunt. Nam hoc interius atriũ, illa est series patrum, quam continet liber generationis Iesu Christi apud Matthæũ. Isti sunt patres, ex quibus Christus secundũ carnem uerũ dei templum, templũ non manufactũ. Australis porta illic est Abraham, oriẽtalis Dauid, aquilonaris transmigratio Babylonis. In hoc uno temporum ratio deficit quod tamen rerum qualitas exigit. quod prima (ut iam dictum ẽ) australis, secunda dicitur orientalis. Nam secundũ ꝙ Abraham tempore prior fuit, & ad hũc primũ promissio facta est, beati seminis, quod est Christus. Porta hæc quæ prima ponitur, orientalis recte dici debuisse uideretur. Verum etsi Dauid tempore posterior fuit, & ad hũc posterius promissio facta est dei, dicentis: De fructu uentris tui ponam super sedem tuã: est tamen altera non parua pars dignitatis, propter quã hic potius porta dici mereatur orientalis. Cuius enĩ æque ut Abraham, promissionem accipere meruit: eius mysteria pectore sacro, & ore prophetico cecinit Christi filij dei. Hoc Abraham non fecit. Iste super om̃es docentes se prudens, & super senes intelligens. Primus in omni generatione Iesu Christi sacramenta eius, sacramenta natiuitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis quoq;, & regni eius miranda elegantia decantauit, & uerbis pene nudis, in quantũ ratio temporis permisit, aut hominũ, quales tunc erant, duritia ferre potuit, præeunte authoritate regali, ut quicquã eloqui auderet de regno dei, de iudicio futuro, & uirtutibus futuri seculi, de qualibus Moyses nihil nisi per figuras & ænigmata scripsit. Recte igitur dicatur hic porta orientalis, duplici gratia, pater Christi filij dei, altera, quia & ipse repromissionem accepit, altera, quia nascituri post multa tempora fideli corde sacramenta concœpit, & ore sacro ædidit. Hæc si rite perpendamus, amplius eo delectabimur, ꝙ Euangelista Matthæus hunc & ante & post Abraham in illa generatione nominauit, prius dicendo, liber generationis Iesu Christi filij Dauid, & post dicendo, Iesse autẽ genuit Dauid. ¶ Aquilonaris porta, ut hic tertia scriberetur, id quoq; rerum ordo uel qualitas poposcit, quia uidelicet, iuxta quod Hieremias prædixerat, ab aquilone pandetur malum, super habitatores terræ, tota aquilonaris, id est nimium

Portarũ alius ordo.

Mat. I.

Gene. 15. 22.

Psal. 131.

Mat. 1.

aduersa erat transmigratio Babylonis. Inde autem eadem transmigratio porta debuit dici, quia nimirum tunc gratia prophetica profusior populo dei, siue atrio templi dei sese infudit, prophetantibus Hieremia, & hoc ipso Ezechiel, Daniele, Aggæo, Zacharia, & Malachia. Sed & cæteri oẽs prophetæ fere in omnibus quæ loquuntur circa illam Babylonis captiuitatem uersantur: non ꝙ illam tantummodo peccatori cõminentur populo, sed ꝙ illa typus fuerit captiuitatis, qua uniuersaliter omnes homines in huius mundi Babylone sub spiritua li Nabuchodonosor exulamus, unde nõ nisi per pœnitentiã quã omnes prophetæ concorditer prædicant, & per Christi gratiã liberandi sumus. Vnde recte in uestibulo portæ huius aquilonaris mensæ hinc & inde nũero sedecim uisuntur, q̃ sunt scripturæ. XVI. prophetarum, quorũ alij ante, alij post ipsam captiuitatem, alij sub eadẽ captiuitate prophetauerũt, q̃rum fidei uel testimonijs, quia totũ innititur quod deo dignũ offerimus, recte dictũ est, sup quas immolabant, & super quas ponant uasa, in quibus immolatur holocaustũ & uictima.

Pœnitentia typus.

[Et extra portam interiorem gazophilatia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portę respicientis ad aquilonem, & facies eorum contra viam australem, vna ex latere portę orientalis, quę respiciebat ad viam aquilonis.] Cantores huius atrij lex & prophetæ sunt, id est omnis scriptura ueteris testamenti libri. XXIIII. quos sub numero. XXIIII. seniorũ Apocalypsis Iohannis inducit, adorantes agnũ, & coronas suas, prostratis uultibus offerentes, stantibus corã quatuor animalibus oculatis ante & retro, id est & in præteritũ & in futurũ respicientes, & inde fessa uoce clamãtibus, Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Horum profecto cantorum gazophilatia extra portam interiorẽ, id est merces omnis extra præsentẽ uitã reposita est, & facies eorũ: facies inquam una, id est intentio consona contra uiam australẽ, ex latere portæ orientalis: tendit em̃ in ueram plenitudinẽ lucis, in aduentũ ueri orientis Christi filij dei, quę uidelicet porta respiciebat ad uiam aquilonis, ut reuocaret eos quos abduxerat aquilo diabolus, & aberrare fecerat ab oriente ueri & æterni solis. ¶ Illud tamen prætereundũ non est, ꝙ singula portarum huius, id est interioris atrij uestibula ad atriũ exterius respicere dicunt: ut uidelicet eorũ qui ante legẽ & eorum qui sub lege fuerunt sancti & iusti una fuisse fides, una expectatio, uel spes intelligatur.

Cãtores atrij huius, lex & prophetæ. Apo.4. Isa.6

¶ Quid sit mystice, ꝙ portarũ interioris atrij ascensus numero graduũ differũt scilicet ꝙ illic septẽ, hic octo gradus sint. Cap. XVI.

NEc illud prætereundũ, ꝙ portarum huius interioris atrij, & portarum exterioris atrij, ascensus numero graduũ differũt. Nã ad illas septẽ graduũ erat ascensus, ad istas octo gradibus ascendebatur. Deniq; ante Abrahã, quẽ primã & australẽ huius atrij portã fuisse diximus, nulla octauæ mentio est, qua resurrectio significat, sed in septima finis erat, qua ab operibus suis requieuit deus. Ad Abrahã primũ octauæ mẽtio fuit, dicẽte deo: Infans octo dierum circũcidet in uobis. Per circũcisionẽ infantibus fides seminis eius, qđ est Chrũs, signabat: per octauũ diẽ resurrectio, quæ octaua mũdi ætate p eundẽ Christũ donãda erat, p̃figurabat. Sed & in euãgelio primũ ex ipso Abrahã fidẽ resurrectionis astruit ipse Chrũs, dũ dicit Sadducæis resurrectionẽ nõ credẽtibus. De resurrectiõe mortuorum nõ legistis qđ dictũ est, deo dicẽte uobis: Ego sum deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob? Nõ est deus mortuorum, sed uiuẽtiũ. Et de illo aplus dixit: Quia fide obtulit Isaac cũ tentaret, & unigenitũ offerebat, q susceperat repromissiões, ad quẽ dictũ est. Quia in Isaac uocabitur tibi semẽ, arbitrãs qa & à mortuis suscitare potẽs est deus. Igitur ubi secũdum scripturas augmentũ fidei reperitur, recte ascensionis quoq; gradus augentur, & post septẽ in octauũ ascensus perficitur, ob significãdũ eorũ perfectũ, qui ita crediderunt, uel sperauerunt introire in requiem dei, & sabbatizare cum illo ab operibus suis, ut etiam crederent uel expectarent resurrectionem carnis celebrandam octaua ætate mundi, in cuius fidei signum circuncisionem susceperunt octauæ diei.

Gene.2. Gene.17 Mat.22. Exo.3 Heb.11. Gene.21.

¶ De gazophilatio sacerdotum, qui excubant in custodijs templi, & gazophilatio sacerdotum, qui excubant ad ministerium altaris, & cur sic dictum sit, Isti sunt filij Sadoch, & quid sit altare ante faciem templi. Cap. XVII.

Et dixit ad me: Hoc est gazophilatium, quod respiciebat viam meridianam sacerdotum, qui excubant in custodijs templi. Porro gazophilatium quod respicit ad viam aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad ministeriũ altaris. Notandũ q sacerdotes, quibus custodiæ templi delegatæ sunt, habitant in gazophylatio, quod respicit ad uiam meridianam, in qua lux plenissima est: hi autem qui excubant ad ministerium altaris, in quo offeruntur uictimæ pro peccato, in gazophylatio sint, quod respicit uiam aquilonis eos qui ab aquilone ueniunt, & offerunt uictimas pro peccatis suis suscipere & saluare cupientes. Nimirũ utrinq; gazophylatium, una sancta scriptura est, in qua thesaurus noster est si uere simus diuites, si in literæ theca aurum spiritus, & sacramentorum Christi pretiosos nouimus possidere lapides. Hoc tale gazophylatium tam ad meridiem, q̃ ad aquilonẽ patet, quia nimirum si scripturam attendas maxime propheticam, diuitias salutis non minus Iudæorum q̃ Gentium possidet. Qui autem sunt hi sacerdotes? Ait. Isti sunt filij Sadoch, qui accedunt de filijs Leui ad dominum ut ministrent ei. Sadoch iustus interpretatur. Porrò iustitiæ principium fides est, per quam & ante circuncisionem Abraham iustificatus est: Credidit em̃ Abraham deo, & reputatũ est ei ad iustitiã. Bene ergo non dixit, isti sunt filij Abrahæ aut filij Israhel, aut certe filij Leui: sed, isti sunt filij Sadoch. Non em̃ omnes qui ex Israhel, hi sunt Israhelitæ, neq; quia semen sunt Abrahæ omnes filij, sed in Isaac uocabitur tibi semen, id est, non quia filij carnis hi filij dei, sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine. Igitur isti quorũ gazophylatia hæc sunt, qui iure excubent in custodijs templi, uel ad ministerium altaris: isti inquam sunt filij Sadoch, filij iusti dei, uel Christi filij dei: & inde ueraciter Abrahæ filij, quia filij iustitiæ. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum. Hic eodẽ sensu quo & in exteriore atrio centum cubiti intelligẽdi sunt. Nam fideles carnis Christi patres, quorũ ex carne, quia templum corporis eius constructum est, idcirco illos atrium interius esse dicimus, pro peregrinatione, qua in terra aliena propter promissionem peregrinati sunt, centuplum acceperunt. Etenim iuxta apostolum aspicientes, in remunerationem nequaquam expectatione sua frustrati sunt. Et altare ante faciem templi. Altare ante faciem templi fides eorundem patrum extitit, quæ digna occursione constructionem eiusdem templi, id est incarnationis Christi præuenit, quæ statim in hoc propheta mysticis designat mensuris, incipiendo sic.

Fides, iustitiæ est principiũ. Gene. 15. Gene. 21. Heb. 11.

¶ De gloria dei quod ipsa eadem per mysterium templi, quæ & in primis uisionibus per quatuos facies, hominis, leonis, uituli, & aquilæ pfigurata sit. Cap. XVIII.

Et introduxit me in vestibulum templi, & mensus est vestibulum quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde: & latitudinem portæ trium cubitorum hinc & trium cubitorum inde. Quæ hactenus dicta aut significata sunt, spiritus propheticus duorum annorum, quibus hic propheta uaticinari cœpit, uisionibus superposuit: & cuius illic humanitatem gloriosam expressit, per quatuor facies, hominis, leonis, uituli, atq; aquilæ uolantis: eius hic sempiternam diuinitatem, & eadem humanitate, longe antiquiorem miris multum'q; arcanis modis significauit. Nunc demum quam illic semel & iterum uiderat gloriam. Hic iam tertio replicat sufficientibus testimonijs assertionem fidei suæ roborans, q is qui homo in terris apparuit, qui passus est, qui resurrexit, & in cœlum ascendit, ipse sit qui cum patre omnia creauit. Ait em̃ post aliqua. Et duxit me ad portam quæ respiciebat ad uiam orientalem, & ecce gloria dei Israhel ingrediebatur per uiam orientalẽ, & uox erat ei quasi uox aquarum multarum, & terra splendebat à maiestate eius. Et uidi uisionem secundum speciem quam uideram, quando uenit ut disperderet ciuitatem, & species secundũ aspectum quem uideram iuxta fluuiũ Chobar, & cecidi super faciem meã. Igitur gaudentes, & tam cũ isto propheta, q̃ cũ dilecto Euangelista confitentes, quia uidimus gloriã eius gloriam quasi unigeniti à patre, plenũ gratiæ & ueritatis, sequamur quantis possumus, quo syministen suũ ducit iste uenerabilis uir.

Infra. cap. 43. Iohan. 1.

¶ Quid uestibulum hinc quinq; & inde quinq; cubitorum, & quid porta latitudinem habens trium hinc & trium inde cubitorum, quid columnæ in frontibus, una hinc & altera inde. Cap. XIX.

ET introduxit me (inquit) in uestibulum templi. Introduci in uestibulũ templi, cathecizari est uerbo fidei, addiscere causas necessarias aduentus Christi filij dei, cur sibimet deus humani corporis templũ ædificauerit: propter quos utrũ propter quosdã, an absq; distinctione personarũ propter oẽs homines aduenerit? Hic iã uide qd ille fecerit. Mensus est uestibulũ quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde, & latitudinem portæ triũ cubitorũ hinc, & trium cubitorũ inde. Decem cubiti quorũ quinq; hinc, & quinq; inde, mediã habent portã, tribus hinc & tribus inde, latã cubitis, decalogus est legis, quæ nihil ad perfectũ adduxit, & idcirco necessariũ fuit, ut porta iustitiæ Christus in mediũ eius se offerret, & quasi utraq; manu defectũ suppleret legis infirmæ, legis impotentis. Hinc apostolus ait: Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filiũ suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis. Igitur ut iustificatio legis impleretur, porta iustitiæ, Christus aduenit, & quasi qui nos dextra leuaq; sustentans, cubitos decem præceptorum legẽ aliquid posse effecit: Vnde hæc potentia uel facultas illi homini? Videlicet, quia nõ homo tantũ, sed deus ipse est: quia q sex diebus oĩa fecit, ipse est. Alioquin nec ipse posset. Ait ergo: Quia latitudinẽ portæ tribus cubitis hinc, & tribus inde mensus est, qui fiunt cubiti sex cuius nimirũ latitudinis scriptura testis est, quia sex diebus (ut iã dictũ est) dixit deus fiat, & factũ est quicquid usquã creaturarũ est. Si dixit & factũ est, per uerbũ utiq; factũ est, Christus aũt dei uerbũ est. Idcirco potuit, idcirco legẽ imperfectã ad perfectũ adduxit. Et hic nõ ꝓpter Iudæorũ tantũ, sed & propter gentiũ salutẽ uenit, imò nõ iustos, sed peccatores uocare uenit. Sequitur ergo. Longitudinẽ aũt vestibuli viginti cubitorũ, & latitudinẽ vndecim cubitorũ. Hic numerus, scilicet uiginti, in decenario limite binarius est. Ergo longitudo uestibuli cubitorũ uiginti, extensionẽ significat gratiæ Christi, cuius aduentus non usq; ad Iudæos tantũ, sed & usq; ad saluandas gentes pertingit. Porrò undenarius nũerus peccatorũ typus est. Omne eñ peccatũ undenariũ, quia cũ quis peruersa agit, præcepta decalogi transit. Magna ergo si ad mysteriũ spectes latitudo uestibuli, magna eñ & ampla gratia iusti dei, quæ uniuersum mundũ sub peccati onere curuum intra sinus suos recipit. Et octo gradibus ascendebatur ad eã. De octo gradibus iam supra dictũ est, nec repetere oportet, nisi forte ex euangelio gradus eosdẽ suscipiamus, alijs nominibus ut dicamus octo beatitudines. Quarũ prima: beati pauperes spũ: octaua est, beati q persecutionẽ patiuntur propter iustitiã, quoniã ipsorũ est regnũ cœlorũ. Et columnę erant in frontibus, vna hinc & altera inde. Colũnæ in frontibus duæ sunt, una hinc, quæ uocatur misericordia, altera inde, cui nomẽ iudiciũ. Hinc misericordiæ, illinc iudicij colũna stat. Primo nãq; aduẽtu suo Chrũs dñs misericors uenit ad redimẽdũ: secũdo ueniet ad iudicãdũ. Hæc oĩs est introductio in uestibulũ tẽpli qa uidelicet hæc oĩa credere & cõfiteri oportet eũ, q templũ ingredi, id est corpori Christi per baptismũ cupit uniri.

Introduci ĩ uestibulũ, cathecizari est in fide.

Heb. 7.

Roma. 8

Roma. 3

Matt. 9.

Vndenari⁹ numerus, peccatorũ typus est

Mat. 5

¶ De eo ꝙ ait, Et introduxit me in tẽplũ, Et qd sit latitudinis frontiũ sex cubiti hinc & sex inde, & quid latitudinis portæ quinq; hinc & quinq; inde. Cap. XX.

CAP.XLI.

ET introduxit me in templum, & mensus est frontes sex cubitos latitudinis hinc, & sex cubitos latitudinis inde. Latitudo tabernaculi, & latitudo portę decem cubitorum erat, & latera portę quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde. Post uestibuli stationem in ipsum templũ introduci est, data confessione, baptizari in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Nam ex eo quisq; sic in illud templum dominici corporis ingressus est, ut & Christum induerit, testante Apostolo, cum dicit: Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis. Sex, inquit, cubitos hinc latitudinis: & sex cubitos latitudinis inde. Hæc est latitudo confessionis, quam debet scire quisquis hoc templum ingredi meruerit. Sex cubitos quo dierum numero creaturæ multitudinem creator unus explicuit: sex, inquam, cubitos hinc Apostolus confitetur, cum dicit: Quia in ipso condita sunt uniuersa in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Sex itidem inde cubitos confitetur cum protinus subiungit. Et ipse caput ecclesiæ qui est principium primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse

Galat. 3.

Colos. 1.

primatũ

primatum tenens: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, & per eũ reconciliare omnia, in ipsum pacificans per sanguinẽ crucis eius, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Istæ sunt frontes templi, iste pulcher aspectus, magnumq; & luminosum spectaculum in oculis animæ confitentis. Sed hæc ipsa pulchritudo confessionis opera requirit. Sequitur ergo. [Latitudo portę decem cubitorum erat, & latera portę quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde.] Tabernaculum interiorem domum dicit. Per cuius circuitum latera, id est tabulæ bis trigintatria erant, ut sequens sermo describit. Porrò latitudo portæ introitus eiusdem tabernaculi erat, patens decem cubitis, & latera habens, quinis hinc inde cubitis, qui simul sunt uiginti cubiti, quæ erat latitudo tabernaculi. Nam cõtinuo subiungit. [Et mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem uiginti cubitorum.] Igitur latitudo portæ decem cubitorum post ea quæ prædicta sunt bonorum est incessus operum, per latitudinem charitatis currentium: de qua totũ pendere constat legis decalogũ. Fides eñ per dilectionẽ operatur, & idcirco senis frontiũ cubitis, statim huiusce latitudinis porta corã panditur. Gala.5.

¶ De dispositione oraculi, & quid sit in fronte portæ mensura duorum cubitorum. Cap. XXI.

Et introgressus intrinsecus, mensus est in fronte portę duos cubitos, & portam sex cubitorum, & latitudinem portę septem cubitorum. Et mensus est longitudinem eius uiginti cubitorum, & latitudinem uiginti cubitorum, ante faciem templi. Et dixit ad me: Hoc est sanctum sanctorum.] Oraculum siue sanctum sanctorum in templo, deus est in Christo. Vnde dicit apostolus: Deus erat in Christo, mundũ reconcilians sibi. Oraculũ autẽ & præ foribus oraculi templũ, sicut nõ duo templa, sed unũ templum, sic hominẽ, & in homine deũ, non duos Christos, sed unũ confitemur Christũ. De uocibus siue responsis huius oraculi, & de dispositione uerbi incarnati, illum sacrũ corporis templũ inhabitantis, non solum apostoli, sed & ipse Christus iugiter secundũ hominem pependit, ut nihil à semetipso faceret, aut iudicaret, ita ut (uerbi gratia) gentem suam, uel ciuitatẽ Hierusalem ruiturã flere posset: flendo tamen non liberaret. Oraculum illud, quantæ longitudinis, tantæ & latitudinis, tantæ nihilominus erat & altitudinis: quia uidelicet Christi domini nostri diuinitas, quantæ antiquitatis, quæ per longitudinem, quantæ maiestatis, quæ per altitudinẽ, tantæ omnino charitatis est, quæ intelligitur per latitudinẽ. Porrò longitudo tẽpli quadraginta cubitorũ, qui nũerus semper in labore positus est labores significat uitæ præsentis, quos in corpore suo dominicus homo longanimiter pertulit. Totũ hoc breuiter in fronte portæ designant cubiti duo, dũ confitemur, ꝙ unus idemq; Christus deus & homo sit, quæ summa est catholicæ confessionis. 2.Cor.5. Lucæ.19. Oraculi mensuræ quid.

¶ Quid significẽt latera bis trigintatria, & quid ꝙ erat lateris longitudo sex cubitorũ, latitudo quatuor cubitorũ, & quid quod latera hæc parietem templi non attingebant. Cap. XXII.

Et mensus est parietẽ domus sex cubitorũ, & latitudinẽ lateris quatuor cubitorũ undiq; per circuitũ domus. Latera aũt latus ad latus bis trigintatria, & erãt eminẽtia quę ingrederẽtur ꝑ parietẽ domus in lateribus ꝑ circuitũ, ut continerẽt, & non attingerẽt parietẽ tẽpli.] Latera bis trigintatria, dicendo, cũ sexagintasex dicere potuerit, amplius placet intellectui, quia uidelicet trigintatribus annis templũ dominici corporis, & in illo templo suo deus maiestatis filius dei patris sustinuit in hoc mundo peregrinari. Idcirco rectè distinguuntur latera bis trigintatria, ꝗa nimirum per tot annos obediẽtiæ patri seruiuit, utraq; diuina scilicet & humana Christi natura. [Erat autem lateris longitudo sex cubitorum, & latitudo quatuor cubitorũ.] Illo, id est senario nũero perfectio diuinorũ operũ, quæ operabatur mirabiliter, quẽadmodũ dicit: Si opera nõ fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, isto aũt. i. quaternario quatuor significãtur elemẽta duo mũdi, sub ꝗbus seruiuit exinanitus in forma serui, in similitudine hominum factus, & habitu inuẽtus ut homo. Latera hæc nõ attingebant parietẽ templi, quia uidelicet non permãsuros assumpsit labores uitæ præsentis, sed tẽporales, quos omnino admoneret gloria resurrectionis, testãte apostolo, cũ dicit: Nũc autẽ semel in in cõsummationẽ seculorũ ad de- Bis trigintatria, cur potius quam 66. dixerit. Johan.15. Philip.2.

Heb. 9. ad destitutionē peccati per hostiam suam apparuit, & quemadmodū statutū est hominibus semel mori, post hoc autē iudiciū: sic & Christus semel oblatus est, ad multorū exhaurienda peccata, secundo apparebit sine peccato expectantibus se per salutē in fide.

¶ Quid sint mystice in hoc templo tristega, id est tria cenacula, qd sit per ostiū ascendere ad superiora & mediū, & quid sit illud ostiū. Cap. XXIII.

ET platea erat in rotundū ascendens sursum per cocleam, & in cenaculū templi deferebat per gyrum, idcirco latius erat templū in superioribus, & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora in mediū. ⌋Q, dixit, ad superiora in mediū, idē est ac si dicat, in medium & superius cœnaculum. Tristega em̄ erant, de quibus & in templo Salomonis iuxta mysterium diximus & nunc dicimus, quia in hoc diuinitatis templo, in hoc deo uel homine Christo tria tabulata sunt, & necesse est ut quisquis in Christo manere desiderat, in quolibet eorū fideliter consistat. Quænam sunt tabulata hæc? Profecto tres bene uiuendi distinctiones: Tres credentiū in Christum ordines, quos & ipse mystice discernens: Duo, inquit, in agro, duæ molentes in unū, duo in lecto, unus assumetur & unus relinquetur. Itidē isti sunt ordines, quos in isto propheta sub nominibus intelligim⁹, Iob, Noe, Daniel, &c. ut ibi legere potes. Dicamus & aliud: Cū de hac, quā in terris agimus uita, ad requiem spūs in futuro peruenerimus quasi ad superiorem gradū domus tēdimus, & ubi carne soluti ad requiem spiritus ascenderimus, carnis etiam nostræ receptionē in die resurrectionis quasi supremi cœnaculi expectamus ascensum. Q, autē platea erat in rotundū, ascendens sursum per cocleam & in cœnaculū templi deferebat per gyrū, & idcirco latius erat templū in superioribus, & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora, & in mediū Puto perspicuum esse lectori semper angustiora esse quæ deorsum sunt, paulatimq; dū ad summa contendimus latiorē nobis aperiri uiam, & impleri quod scriptū est: In tribulatione dilatasti mihi. Per rotundum aūt & cocleam ascendimus templi cœnaculū. Quæ figura inter omnia schemata à philosophis quoq; huius seculi pulchrior approbatur, dū & cœlū & sol, & luna, & astra cætera, & punctū terræ in corporibus quoq; humanis oculi quasi altera sydera, & figura capitis quod omnium sensuum receptaculū est, teretesq; digiti, fœmina, & brachia hanc præferunt rotunditatem. ⌊Et ostium (inquit) lateris ad orationem. ⌋Et de hoc ostio in descriptione tēpli Salomonis scriptū est: Ostium lateris me dij in pariete erat domus dexteræ, & per cocleā ascendebāt in mediū cœnaculū, & à medio in tertiū. De hoc ita diximus: Ostiū lateris templi uulnus est in latere lanceato dominici corporis, præter qd non est aditus, nō est ostiū uel ianua qua intret quis, ut in quouis ordine corā deo stare possit. Nam ex illo latere, cū lancea percussum esset, sanguis & aqua profluxit, quo sacramento deletū est peccatū mundi, in quo & baptizati sumus in Christo Iesu, dicente apostolo: Quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati. Ergo unum est ostium, unum baptisma, per quod introitur in illud dei templū: quo cū admissus fuerit, tum demum ascendere licet, uel à primo in medium, uel à medio in tertiū, prout delectauerit quēq; ascensus uirtutū, uel celsitudo meritorū. Aliqua quæ planiora sunt percurrimus, ut difficiliorib⁹, atq; utilioribus immoremur.

3. Reg. 6. — Tria tabulata i tēplo tres credētiū recte ordines. — Mat. 24 — Ezech. 14 — Psal. 4. — 3. Reg. 6 — Iohan. 19 — Roma. 6 — Ephe. 4

¶ Quomodo in domo erant laquearia prima post triginta cubitos, secūda post sexaginta, tertia post centum & uiginti, & quomodo mystice intelligēdū sit, Et uidi in domo altitudinē per circuitū, &c. Cap. XXIIII

ET uidi in domo altitudinem per circuitum, fundata latera ad mensuam calami sex cubitorū spacio. Et latitudinē per parietē lateris forinsecus quinq; cubitorū, & interior domus in lateribus domus. ⌋Latera ista eiusmodi intelligēda sunt, de qualibus scriptura libri Regū in descriptiōe tēpli Salomonis dicit Texit quoq; domū laquearibus cedrinis. Porrò laquearia sunt tabulata quæ supposita trabibus affiguntur clauis, decoreq; picturæ suæ solent aspectantibus præmonstrare mirandum. Terna autē erant in tēplo laquearia, prima uidelicet post triginta cubitos à pauimēto: secūda post cubitos sexaginta cōtra summitatē porticuū: tertia post cubitos cētū uiginti in summitate toti⁹ dom⁹. Nō em̄ in Palestina sicut nec i Aegypto culmina i tectis hn̄tur, sed plana potius tecta domorū, ad sedendū uidelicet, uel deambulandū apta construuntur. Vnde dicit in

3. Regū. 6 — Laquearia quid sint.

Euangelio dominus: Et quod in aure auditis, prædicabitur in tectis. Cæterum spiritualiter, & nos templũ hoc per fidem ingressi, uidemus altitudinẽ per circuitũ fundata latera, ad mensuram calami sex cubitorũ spacio, & latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum. Quæ sunt hæc in altitudine, & per circuitũ latera, nisi alta & perfecta quæ in tẽplo illo dominici hominis recondita sunt intelligentiæ spiritualis arcana? Vnde bene ad mensuram calami sex cubitorũ dicuntur fundata, quia iuxta mensurã, quam unicuique prophetarũ siue apostolorũ diuisit deus, firmiter & stabili fide sunt omnia conscripta. Porrò forinsecus latitudo quinque cubitorũ, qui numerus carnalibus propter quinque corporis sensus magis cõpetit, literalis siue historica scripturarum est mediocritas, quæ ardua cœlestiũ mysteria spectare nõ ualentibus per discretionẽ est proponenda. Interior domus, in lateribus domus, de quib9 supra diximus, euangelica proprie doctrina est, quam & præcipue in hoc templo altitudinẽ uidemus ad mensuram calami sex cubitorũ, itemque, ad mensurã quinque cubitorũ, ut sicut iã dictum est, & magis perfecti, qui per senariũ, & mediocres qui per quinariũ discernendi significantur numerũ habeant quo utiliter leuent internorum aciem oculorũ. ⌊Et inter gazophilatia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus undique.⌋ subauditur uidi. Gazophilatia hæc thesauros omnes sapientiæ & scientiæ, qui in hoc templo, id est in Christo sunt absconditi: latitudo autẽ inter hæc cubitorũ uiginti, qui numerus binarius est in decenis, superexcellentiorẽ uiam significat, geminæ charitatis, dei & proximi, sine qua nihil cetera chrismata prodesse apostolus asserit. Lucæ.13 / j.Cor.13

¶ Ex eo quod templũ humani corporis deus maiestatis sibimet cõdiderit, quis nobis fructus accesserit, secũdũ id quod ait, Et ædificiũ quod erat separatũ, &c. Cap. XXV.

EX eo quod secundũ hanc propheticã uisionẽ, deus maiestatis, templũ sibimet humani corporis condidit, quis nobis fructus accessit? Quis nisi, quod apostolus ait, in ipso cõplacuit omnẽ plenitudinẽ habitare, & per eũ reconciliare oĩa in ipsum, pacificãs per sanguinẽ crucis eius, siue quæ in terris siue quæ in cœlis sunt? Sequitur ergo. ⌊Et ędificiũ quod erat separatũ, versumque ad viã respicientem ad mare latitudinis septuaginta cubitorum. Paries autem ędificij quinque cubitorũ latitudinis per circuitũ, et longitudo eius nonaginta cubitorũ. Et mensus est domũ longitudine centũ cubitorũ, et quod separatũ erat ędificiũ, et paries eius longitudinis centũ cubitorum.⌋ Et ædificiũ, inquit, quod erat separatũ. Quod illud ædificiũ? Nimirum beata sanctorum societas angelorũ, quos inter & nos grandis erat separatio, grande discidiũ. Idcirco dicitur, ædificiũ erat separatum. Et continuo subiungitur: Versumque ad uiam respicientẽ ad mare. Via respiciens ad mare, deus noster Christus erat, quippe qui & per prophetas suos prænunciabat, quod in plenitudine temporis designaretur ad nos descendere, & in nostro mari naufragiũ mortis, atque in exemplum Ionæ triduanam sepulturam subire. Ad hãc uiam uersum illud ædificium separatum, eius nanque gratiam expectabat sanctorum charitas angelorum à nobis separatorum: expectabat, inquam, quando pacificaret, & coniungeret nos cũ illis per sanguinem suum. Illud ædificium septuaginta latitudinis cubitos habebat, qui numerus in decenis septenarius est, & idcirco in limite latiori latissimam charitatis requiem latitudo ista significat, qua iam tunc & sine nobis in deo suo societas angelica requiescebat. Attamen plurimum perfectioni uel instructioni deerat, quia uidelicet ouis centesima perierat, dragma decima perdita fuerat. Ait ergo: Paries autem ædificij quinque cubitorum latitudinis per circuitum: & longitudo eius nonaginta cubitorum. Quinarius qui secundæ unitatis, id est, denarij medietas est, nondum plenam, nondum perfectam, multiformis sapientiæ dei notitiam significat. Nam sciebant quidem iam beati angeli, quantæ deus esset potentiæ: sed nondũ experimento didicerant, quantæ idẽ esset clemẽtiæ. Istud perdiscere habebant per ammirabile opus reparationis nostræ. Vnde dicit ap̃lus: Et illuminare oẽs, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis, in deo, qui om̃ia creauit, ut innotescat principibus & potestatibus, In cœlestibus per ecclesiã multiformis sapientiæ dei. Ergo paries quasi semiplenus. i. quinque cubitorum erat: ad integrũ, quod per secũdã unitatẽ. i. per denariũ intelligitur, nondum peruenerat. Sed & longitudo eius nonaginta cubitorum erat, & ad centum non peruenerat. Numerus quippe centesima oue perdita, diuinitus erat. Sed quid fecit ille?

Colos.1. / Angeli olim a nobis separati / Colos.1. / Lucæ.15 / Ephe.3. / Redemptio cælim ignota angelis. / Luc.15

Mensus

Mensus est domum longitudine centum cubitorum, & quod separatũ erat ædificiũ, & parietes eius longitudinis centũ cubitorũ. Latitudo autẽ ante faciẽ domus, & eius quod erat separatũ contra orientem, centũ cubitorũ. Dimensio ista quadra est. Et est sensus: Ouem centesimã ad ouile reportauit, & ouiũ suarũ numerũ ad integrum suppleuit, & sicut centenarius numerus quadratus est: decies em̃ decem, centũ efficiunt, ita suũ ouile magna quondã parte mutilatum, totum reformauit, atq; repleuit, quasi per quadrum.

¶ De eo q ait, Et mensus est longitudinem ædificij, & c. quid per ea significetur. Cap. XXVI

Et mensus est longitudinem ędificij contra faciẽ eius, quod erat separatum ad dorsum, & hecchetas ex vtraq; parte centum cubitorum, & templum interius, & vestibula atrij, limina, & fenestras obliquas, & hecchetas in circuitu per tres partes, contra vniuscuiusq; limen, stratũq; ligno per gyrũ in circuitu. A terra aũt, vsq; ad fenestras, & fenestrę clausę super ostia, & vsq; ad domum interiorẽ, & forinsecus per omnẽ parietẽ in circuitu intrinsecus, & forinsecus ad mẽsuras & fabrefacta Cherubin & palmę, & palma inter Cherubin & Cherub. Vbi p̃dictũ templũ ædificatũ, imò & Iudaica impietate solutũ, diuina in triduo potentia resuscitatũ est, continuo quod separatũ erat ædificiũ perfectũ, & de nonaginta in centũ cubitos prouectũ est: id est beata societas angelorũ dragmæ decimæ quæ perdita fuerat, & ouis centesimæ quæ perierat, inuentione redintegrata est Omnes quippe q Christi grãm expectauerãt electi ab origine mundi, tunc apertis, eiusdem ædificij portis introierunt: & pro inuentione ouis, quam pastor pius proprijs reportabat humeris, totum illud exhilaratum ouile ouiũ cœlestium, gaudiumq; fuit commune amicorũ congratulantium. Sed erat adhuc locus, nec em̃ totus ex illis qui aduentum huius gratiæ præcesserant completus erat præfinitus ab initio electorum numerus. Ergo mensus est, inquit, longitudinẽ ædificij ad dorsum. Quid est ad dorsum, nisi post discessum suum? Deniq; postq̃ discessit uenerabilis iste uir, mẽsus est lõgitudinem centum cubitorum, longitudinem ædificij contra faciem eius, quod erat separatum, id est. postquam in cœlum ascendit, dedit dona hominibus plena largitate, quasi centenaria perfectione, propter eos qui adhuc erant inimici non credẽdo, uel non cognoscendo Christum filium dei. Vestibula atrij, limina, fenestræ obliquæ, & hecchetæ, id est eminẽtia ex utraq; parte, diuersa significant ministeria sanctorũ apostolorũ, prophetarũ, euangelistarũ, doctorum, atq; pastorum, quos posuit uel dedit ad cõsummationem sanctorum in opus ministerij in ædificationem corporis Christi, id est ecclesiæ, quę & ipsa est templum dei, quod & hic dicitur templum interius, quod ad dorsum. i. post ascẽsum suum (ut iam diximus) mẽsus est hic sæpedictus uir. Hecchetas autẽ Romæ appellant solaria de cenaculorum parietibus eminentia, siue mœnia ab eo qui primus inuenit. Celata erant omnia uel fabrefacta, à pauimento usq; ad fenestras, & fenestræ clausæ, &c. Nihil em̃ absq; ratione & mensura, in dei templo à deo factum est, à pauimento usq; ad fenestras, id est, ab infimo electo usque ad prædicatores clarissimos, per quos domui dei ueritatis infulsit claritas. Quid autem est quod clausæ quoq; fenestræ, celatæ dicuntur, aut fabrefactæ? Nimirum illud quod hodie per totum mundum mirando gaudemus, & gaudendo miramur: quia postquam morte interueniente, clausa sunt ora beatorum apostolorum Christi, per quos uelut fenestras illuminatus est mundus, dũ adhuc paterent, adhuc & uocis officio, scilicet in prædicatione fungerentur postquã clausæ sunt illæ fenestræ, pulchrius atq; splendidius celatæ atq; fabricatæ sunt, celatura uirtutũ, fabricatura miraculorũ. Ibi Cherubim & palmæ, id est quã in scriptis eorum quotidie scrutamur multitudo sciẽtiæ, & quas in gestis eorũ ueneramur, nõ incruentæ martyrij uictoriæ. Ibi facies hominis iuxta palmam ex hac parte, & facies leonis iuxta palmã ex alia parte: tota em̃ eorũ doctrina hæc duo nobis cathegorizat, quia qui primo aduentu suo, uenit nobis ut homo mansuetus, in multitudine misericordiæ, secundo aduentu uenturus est tanq̃ leo terribilis in magna iudicij fortitudine.

Lucæ. 15

Ad dorsum metiri, quid.

Ephe. 4.

Ephe. 4.

Hecchetæ quid sint.

In dei domo nil inordinatum est.

¶ Quod ait, Hæc est mensura coram dño. uidelicet altare ligneum, significans crucis mysterium, & corporis ac sanguinis sacramentũ, & quid altitudo eius trium cubitorum, quid significet longitudo eius duorum cubitorũ. Cap. XXVII.

Altaris lignei trium cubitorum altitudo est, & longitudo eius duorum cubitorum, & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius lignei. Et locutus est ad me: Hęc est mensa coram domino.] Nimirũ & hoc ad dorsum uir ille mensus est. Altare quippe ligneũ, mysterium crucis, mysterium uel sacramẽtum passionis Christi est. Cum uenisset hora eius ut transiret ex hoc mundo ad patrẽ, in ipso transitu respiciens ad dorsum, id est ad nos, qui credituri eramus, post eundem ipsum transitum, mensus est altare ligneum, id est iam dictũ crucis uel passionis suæ sacramentũ, substãtiam panis & uini accipiens in manibus suis, dicensq; post benedictionẽ: Hoc est corp⁹ meum. Hic est sanguis meus. Altaris huius altitudo triũ cubitorum, longitudo duorum cubitorum est. Altitudo trium cubitorũ fides est sanctæ trinitatis, sine qua nusquam est altare dei. Longitudo duorũ cubitorum extensio geminæ dilectionis, dei & proximi, siue qua nihil dignũ deo potest offerri, qua plurimũ indiget quisquis ad hoc altare hostiam uiuam sacrificaturus accedit. Anguli eius, longitudo eius, & parietes ei⁹ lignei: totum quippe altaris Christi sacramentum de ligno constat uiuificæ crucis, quia totius sacrificij summa est passio eius, qui pro omni mundo semetipsum super lignũ crucis sacrificauit: & hæc est inquit mensa coram domino, subauditur, sola & unica, nam Iudaici mensa sacrificij iam non est coram domino. Ne afferatis inquit ultrà sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi. Itẽ: Nunquid manducabo carnes taurorũ aut sanguinẽ hircorum potabo? subauditur, non. Sed qd? Immola deo sacrificiũ laudis: & multa his similia.

Johan. 13 · Mat. 26 · Mar. 14. · Lucæ. 22 · 1. Cor. 11. · Mat. 22. · Esa. 1.

¶ Quid in templo uel sanctuario duo ostia, & quid ex utraq; parte bina significent ostiola. Cap. XXVIII.

Et duo ostia erant in templo, & in sanctuario. Et in duobus ostijs ex utraq; parte bina erant ostiola, quę in se inuicem plicabantur, bina enim ostia erãt ex utraq; parte ostiorum.] Duo tẽpli & sanctuarij ostia duo, sunt testamẽta, quorum & ædituus est ipse, cuius est tẽplũ sanctus & uerus, qui habet clauim Dauid, q aperit & nemo claudit, claudit & nemo apit. In his duob⁹ ostijs ex utraq; parte bina sunt ostiola quæ in se inuicem plicantur, quod iuxta literam perspicuum est. Solent eñ in maioribus triclinijs bina sibi hærere ostia atq; coniungi, ut maior introitus nequaq̃ duobus & ingentibus sed & quatuor claudatur minoribus uel aperiatur foribus. Iuxta sensum spiritualem bina erant ex utraq; parte ostiola quæ in se inuicem plicabantur: ut & in historia spiritus habeas intelligentiam, & in tropologia historiæ ueritatem. Quorũ utrunq; altero indiget, & si unum defuerit, perfecta caret scientia.] Et celata erant in ipsis ostijs templi Cherubim et sculpturę palmarum, sicut in parietibus quoq; expressa erant. Quam ob rem erant grossiora ligna in uestibuli fronte forinsecus] Celata inqt erãt in ipsis ostijs Cherubim & sculpturæ palmarũ. Quid eñ sacra utriusq; testamẽti scriptura, nisi sciẽtiæ multitudinẽ, & uictoriæ cõtinet insignia? Ex illa deũ cognoscim⁹, quẽ scire summe est uertex scientiæ, ex illa sumimus arma, qbus utendo nõ aduersus carnẽ & sanguinem, sed aduersus pricipat⁹ & ptãtes & aduersus mũdi rectores tenebrarũ harũ, cõtra spũalia neqtiæ in cœlestib⁹, feliciter cum palma iustitiæ queamus ad coronam uictorię peruenire. Unde & grossiora inquit erãt in uestibulo portæ forinsecus, ut & firmitatem haberent, & celaturam possent recipere. Pulchreq; iuxta intelligentiam spiritualem firmiora & celata sunt ostia, ut & firmitatem habeãt & pulchritudinem: ne quis ad sancta sanctorum similis Oziæ possit irrumpere & sibi sacerdotium uendicare.

Apo. 3 · Sciẽtiæ ingẽs cãpus in sacris literis. · Ephe. 6.

¶ Qꝫ ecclesia gentium nihil minus habuerit, & ꝙ Iudæi & Græci deus nullam distinctionem fecerit, Et hoc recte intelligi in eo ꝙ ait, In facie longitudinis centum cubitos ostij, &c. Cap. XXIX.

CAP. XLII.

Et eduxit me in atrium exterius per uiam ducentem ad aquilonem, & induxit me in gazophylaciũ, quod erat contra separatũ ędificiũ, & contra ędem uergentem ad aquilonẽ. In facie longitudinis centũ cubitos ostij aquilonis, & latitudinis quinquaginta cubitos, contra uiginti cubitos atrij interioris, & contra pauimentũ stratũ lapide atrij exterioris, ubi erat porticus iuncta porticui triplici.] Has maxime partes ille uir ad dorsum mensus est. Hæc est eñ ecclesia

de gentibus, cuius hic mensuræ describuntur, quæ sub aquilone iacens frigida, nullũ caloris aut luminis diuini acceperat beneficiũ. Postquã uir ille, qui in cœlũ ascẽdit, quasi ad dorsum eius accessit, cuius faciẽ, id est præsentiã in carne non uidit, & credendo in illũ iam assum-
Mat 9 ptũ euangelicæ gratiæ mensuras centenas, & quinquagenas accepit: sicut in typũ eius mu-
Luc.8 lier illa quæ fluxũ sanguinis patiebatur, accedens retro, & tangens fimbriã uestimenti, per fi dem suã saluari meruit. Eduxit me, inquit, in atriũ exterius per uiam ducentẽ ad aquilonẽ, tunc uidelicet, quando Iudæis, qui quasi in meridie erant repellentibus & blasphemantibus
Act.13. usi sunt apostoli authoritate spiritus sancti ut dicerent: Vobis quidem oportebat primũ lo-qui uerbũ dei, sed quoniã repulistis illud, & indignos uos iudicastis æternæ uitæ, ecce con-
Esa.49. uertimur ad gentes. Sic eñ præcepit nobis dominus. Posui te in salutẽ gentibus, ut sis in sa-lutem usq; ad extremũ terræ. Sic nimirũ præcipiendo dominus induxit prophetam, induxit apostolorũ chorũ in gazophylaciũ, quod erat contra separatũ ædificiũ, & contra ædẽ uer-gentem ad aquilonẽ: aperuit eñ illis ueritatis thesaurũ, ut ex scripturis intelligerent uocatio-
Roma.3 nem gentiũ, ꝙ non Iudæorũ tantũ esset deus, sed & gentiũ, à quibus eatenus illud sæpedictũ cœleste ædificiũ erat separatũ. In facie longitudinis centũ cubitos mensus est ostij aquilonis & latitudinis quinquaginta cubitos. Quid eñ ecclesia gentiũ minus habuit, uel quã Iudæi & Græci distinctiõnẽ deus fecit? Latitudo quinquaginta cubitorum largissima est remissio peccatorũ, pro qua decertans aplus, ꝙ ex fide sit, nõ ex operibus legis, illud maximũ in testi-moniũ adduxit, ꝙ Abrahã nõ ex circũcisione, sed ante circũcisionẽ per fidẽ iustificatus sit. Longitudo centũ cubitorũ plena & perfecta est remuneratio futurorũ Græco nõ minus q̃
Roma.2 Iudæo reposita iuxta eundẽ apostolũ: Gloria eñ, inquit, & honor & pax omni operanti bo nũ, Iudæo primũ & Græco. Vbi erat inquit porticus iuncta porticui triplici. Porticui tripli-ci, id est laquearia terna habẽti. Nã & postmodũ subdit. [Tristega enim erant, & non ha bebant columnas sicut erant columnę atriorum.] Assertio est fidei gentiũ, & ammira tio facilitatis eorũ, quia ueloces fuerunt ad credendũ. Porticus erat iuncta porticui triplici, etenim tristega erant & cũ columnas non habebant sicut erant columnæ atriorũ, id est au-ditus uel sensus eorũ cito admixtus est apostolicæ fidei, & confessionẽ uelociter suscepit san ctæ & indiuiduæ trinitatis, & tamen patriarchas aut prophetas non habuerunt, q̃ fuerunt columnæ Iudæorum.

¶De mensuris quingentorũ calamorũ, per circuitũ, uel ad quatuor mũdi partes quõ scientiã scripturarũ significent, post reconciliationẽ generis humani per Christũ in quatuor mundi partes diffusam. Cap. XXX.

Umq; complesset mensuras domus interioris, eduxit me per viam portę, quę respiciebat ad viam orientalem, & mensus est eã vndiq; per circuitum. Mensus est aũt contra ventũ orientalẽ in calamo mensurę quingẽtos calamos in calamo mẽsurę p circuitũ. Et mẽsus est cõtra vẽtũ aquilonẽ quin gẽtos calamos in calamo mensurę per gyrũ. Et ad ventũ australẽ mensus est quin gentos calamos in calamo mensurę per circuitũ. Et ad ventũ occidentalẽ mensus est quingentos calamos in calamo mensurę. Per quatuor ventos mensus est mu-rũ eius.] Quia prophetã, imò prophetæ ductorẽ mirabilẽ uirũ, & sapientem archetectum quantum potuimus in hac uisione secuti, & illud ꝙ per ipsum omnia facta sunt, & illud ꝙ per ipsum omnia instaurata sunt, beniuola fide confessi sumus quod ad nostri maxime ope ris pertinebat propositũ: deinceps plura omittentes propter cõpendiũ, illa tantũ de hac ipsa
Potiora tãtũ desumit de ui sione. uisione sumemus quæ potiora sunt. Primo dicendũ iuxta literalẽ descriptionẽ, quia hic mu-rus simul duo milia calamos habebat. Sin aũt calamus sex cubitorũ erat, & palmi qui sexta pars cubiti est, perspicuũ est, murũ exteriorẽ per circuitũ habuisse calamos duo milia, qui fa ciunt cubitos duodecim milia trecentos triginta & tres, & trientẽ de duobus milibus. Pru-dens lector & diligens legat librũ Iesu filij Naue & inueniet quomodo in suburbanis, hæc mensura tenetur. Cæterũ ut ad mysticũ reuertamur sensum. Quid post diuisiones tẽpli atri orũ siue ædificiorũ, tanta significat multiplicitas calamorũ, nisi illã quæ post incarnationem Christi, per ipsum facta est reconciliationẽ generis humani, & quæ per quatuor partes mũ
Psal.75. di diffusa est scientiã scripturarũ? Etenim prius tantũ in Iudæa notus erat deus, & illic sacra

scriptura

ſcriptura quæ per calamũ intelligitur in anguſto detinebatur. Nunc aũt ex quo Chriſtus in cœlũ aſcendit, eccleſia eius in orientẽ, ſeptentrionẽ, meridiẽ, & occidentẽ, quaſi quingẽtis dilatata eſt calamis, id eſt multiplicẽ habet ſcientiã dei, & ex paucis legis & prophetarũ & euãgeliorũ libris, tractando atq; cõmentando armaria ſua mundus impleuit. Q; aũt hæc multiplicitas, duodecim milia cũ trecentis trigintatribus effecit, & inſup trientẽ de duob⁹ milibus: illud continet ſacramentũ, ut ſingulis apoſtolis millenus nũerus deputetur, & tamen ad mẽſuram plenitudinis Chriſti, & perfecti nemo ueniat, niſi iungantur ei trecenti & trigintatres cubiti, per quos ſanctæ & indiuiduæ trinitatis myſteriũ demõſtrat. Præterea quingenteſim⁹ numerus, qui uicen⁹ eſt quinquagenario, quod ad remiſſionem pertineat omniũ peccatorũ non ſolũ uetus ſcriptura, ſed & ſaluatoris in euangelio uerba demonſtrant, dicentis: Duo debitores erant cuidam feneratori, unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illls unde redderent, donauit utriſq;. Et murus diuidit inter ſanctuariũ, & uulgi locũ. Ex quo intelligimus omnẽ ſupra templi deſcriptionẽ ſacerdotũ qui ſunt filij Sadoch miniſterijs delegatã: hunc eñ numerum qui tanto ſpacio dilatetur, & uniuerſa circueat, ſeparare ſanctuariũ & uulgi locum.

Quinquagenarius nũer⁹ remiſſiõis eſt

Lucæ.7

¶ Quòd ait, Vidi uiſionem ſecundum ſpeciem quam uideram, quando uenit ut diſperderet, &c. Cap. XXXI.

CAP. XLIII.

ET duxit me ad portam, que reſpiciebat ad viam orientalẽ: ⁊ ecce gloria dei Iſrahel ingrediebatur per viã orientalẽ, ⁊ vox erat ei quaſi vox aquarum multarũ, ⁊ terra ſplendebat a maieſtate eius. Et vidi viſionẽ ſecundũ ſpeciẽ quã viderã quando venit vt diſperderet ciuitatẽ, ⁊ ſpecies ſecundũ aſpectũ quem videram iuxta fluuiũ Chobar, ⁊ cecidi ſuper faciem meã.] Ordo tandẽ fidei neceſſarius hic perfectus eſt, dũ poſt cunctas diuiſiones ſuperiora longe repetens, & uidi inquit uiſionẽ ſecundũ ſpeciẽ quã uiderã quando uenit ut diſperderet ciuitatẽ, & ſpecies ſecũdũ aſpectũ quẽ uiderã iuxta fluuium Chobar: ſubauditur, anno quinto. Itemq;, anno ſexto tranſmigrationis regis Ioachim. Quinã ille aſpectus, uel quæ illæ ſpecies fuerũt? Nimirum aſpectus hominis, aſpectus leonis, aſpectus uituli, aſpectus aquilæ uolantis. Aſpectibus uel ſpeciebus illis uera humanitas, uera paſſio, reſurrectio quoq; & aſcenſio ſignificabatur Chriſti filij dei: q̃ oĩa corde credere ad iuſtitiã, & ore confiteri oportet ad ſalutem. Sed hæc quidem euangelica doctrina eſt, & familiarius paruulis quaſi lactis alimonia dulcis auditu, & ſalubris animæ guſtu eſt. Veruntamen ad perfectionẽ fidei necdũ ſatis eſt, niſi poſt lactis poculum proficiendo ad ſolidũ perueniat cibũ, ut credat & confiteatur, quia in principio erat uerbũ & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbum, & omnia per ipſum facta ſunt: & iſto illud poſterius eſſe, quod prius capere potuit, ſcilicet quia uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & ſecundũ illas facies hominis, uituli, leonis, atq; aquilæ uolantis, uidendã nobis gloriã ſuã præbuit. Recte igitur prioribus prophetiæ ſuæ annis, illud accepit uel ſcripſit quod cõmodius capere poſſunt paruuli: & tandẽ in hac extrema uiſiõe pro exercitatiõe perfectiores habẽs ſenſus accepit, uel perfectos habentibus ſenſus ſcripſit, quid ante facies illas Chriſtus dei filius fuerit, & tunc demũ cadit ſuper faciẽ ſuã, uidelicet perfecta adoratione uerus adorator adorans in ſpiritu & ueritate.

Roma.10

Iohan.1.

¶ De eo ꝙ ait, Et cõuertit me ad uiã portæ ſanctuarij, &c, ꝙ per hæc in iſto q̃q; uirginalem partũ uiſio prophetica præſignet. Cap. XXXII.

VEruntamen quantũuis fodiendo in altũ de occulto uiſionis huius theſauro necdũ cuncta protulimus, quæcũq; de Chriſto deo & dño noſtro credere uel confiteri Chriſtiana ueritate cõpellimur. Necdũ eñ illud uſquã cõſulta litera nobis reſpõdit, qđ permaxime ſplendet in omni pulchritudine catholicæ cõfeſſionis: ꝙ illa facies hominis quã ſæpe dixit, de uirgine matre cõcœpta & ædita ſit. Sequamur ergo & iuxta ueſtigia ſanctorũ patrũ, q hæc loca ſcrutati ſunt, nos quoq; ſcrutantes audiamus atq; intelligentes gaudeamus, inueniſſe nos, ꝙ nõ fuerit oblitus iſte propheta ſanctus, cõfiteri ſicut à ſpũ ſancto doctus erat, uenerãdũ uirginalis uteri partũ. Ait poſt aliqua. [Et conuertit me ad viam porte ſanctuarij exterioris, que reſpiciebat ad orientẽ, ⁊ erat clauſa. Et dixit dominus ad me. Porta hec clauſa erit, non aperietur, ⁊ vir non tranſibit per

Facies homĩs ex uirgĩe Maria ædita

C A. XLIIII.

 eam,

eam, quoniã dominus deus Israhel ingressus est p eã, eritq; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea vt comedat panẽ corã domino: per viã vestibuli portę ingredietur, & per viam eius egredietur. Hæc profecto cũ dicit, congrua sub imagine doctum se asserit, quod homo ille qui deus erat per uterũ uirginis in hunc mundũ introierit. Conuertit me, inquit, ad uiam portæ sanctuarij exterioris. Porta sanctuarij quę est, nisi uirgo, per quã primo patuit ianua sanctuarij exterioris, sanctuarij cœlestis, quod erat extra nos, extra quod eramus nos? Porrò uia portæ huius series est generationis, quæ in euãgelio texitur ab Abrahã usq; ad Ioseph uirũ ipsius, de qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. Hæc porta respiciens ad orientem, & uerũ in semetipsa suscipiens iustitiæ solẽ, quod ueraciter credimus & confitemur, erat clausa. Nec enĩ ut conciperet aut pareret, uir illã aperuerat. Et dixit dñs ad me: Porta hæc clausa erit, subauditur, quod nunc est. Clausa est dũ concipit: dũ pariet nihilominus clausa erit. Non aperietur, & uir non trãsibit per eam. Clausa ante partum, clausa erit & post partũ. Ex eo enĩ tempore quo angelus loquebatur: Spũs sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: quod aũt nascetur ex te sanctũ, uocabitur filius dei: & quando natus est, uirgo permansit æterna, ad confundendos eos, qui arbitrantur eam post natiuitatem saluatoris habuisse de Ioseph filios, ex occasione fratrũ eius, qui uocãtur in euangelio. Pulchre cũ dixisset, Et uir non transibit per eã, continuò subiunxit, quoniã dominus deus Israhel ingressus est per eã. Ac si diceret. Nõ mireris quod uir nõ transibit per eã, & tamen pariet filiũ: quoniã filius quẽ pariet, dñs deus est Israhel. Si is quem parit homo tantũ, & nõ deus esset, necesse erat ut ante partũ, imò & ante cõcœptũ uir per eã transiret: nũc aũt dominus deus Israhel est, q aliunde ueniẽs ingressus in hũc mundũ per eã, & idcirco nõ mirũ, quod talis filius portã clausam. i. matrẽ suã, seruare potuit incorruptã. Eritq; clausa principi, id est ad opus uel ad honorẽ principis. Princeps iste magni principatus q est in forma dei, ipse sedebit in ea, ipse semetipsum humiliabit formam serui accipiẽs: ut comedat panem coram domino, id est ut obediat deo patri suo, quod est illi panẽ comedere, testãte ipso, cũ dicit: Meus cibus est, ut faciã uoluntatẽ patris mei. ¶ Per uiam uestibuli portæ ingredietur, & per uiam eius egredietur. Notanda diligenter distinctio ingressus atq; egressus principis huius. Deniq; nos omnes qui portis apertis, id est mẽbris corruptis nascimur, per quã uiã traduce inserente ingredimur, per ipsam & egredimur, unde & ignobiles nimiũq; plebei sumus. Iste aũt princeps nobilis per uiã inquit uestibuli portæ ingredietur. i. per fidẽ credulæ uirginis cõcipietur, & per uiã nõ iam uestibuli portæ, sed per uiam eius egredietur, id est per integra uirginalia, uera de carne caro, uerus de matre homo nascetur.

Porta clausa, uirgo illa sanctissima mr ẽ. Mat. j. Cur ad orientem. Lucæ. j. Couterinos frẽs Chrs nequaq̃ habuit. Philip. 2 Iohan. 4

¶ Quomodo legitima quædã ad correctionẽ præuaricationũ legis edicat authoritate domini, hæc & hæc dicentis emissa, & quod pro ipso nũero septenario spiritualis intelligenda sit legislatio. Cap. XXXIIII.

Post hæc iam legitima quædã sequuntur, ad correctionẽ præuaricatorũ legis, de quibus sermo sic incipit: Et adduxit me per viam portę aquilonis in conspectu domus, & vidi, & ecce impleuit gloria domini domũ dñi, & cecidi in faciem meam. Et dixit ad me dñs: Fili hominis, pone cor tuũ, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia quę ego loquor ad te de vniuersis cerimonijs domus domini, & de cunctis legibus eius, & pones cor tuũ in vijs templi, per omnes exitus sanctuarij. Hoc modo ingressus, nouam legislationẽ, quasi obliterata iam lege Moysi superducit, septies emissa authoritate dicentis domini dei. Hæc dicit dominus deus: Sufficiãt uobis omnia scelera uestra domus Israhel, eo quod inducitis filios alienos incircuncisos corde, & incircuncisos carne, ut sint in sanctuario meo. Hæc dicit dominus deus. Omnis alienigena incircuncisus corde, & incircuncisus carne non ingredietur sanctuariũ meũ, omnis filius alienus qui est in medio filiorum Israhel. Hæc dicit dominus deus: Sufficiat uobis principes Israhel, Iniquitatem & rapinas intermittite, iudicium & iustitiã facite, separate confinia uestra à populo meo ait dominus. Hæc dicit dominus deus: In primo mense in una mensis, sumes uitulum de armento immaculatum, & expiabis sanctuarium. Hæc dicit dominus deus: Porta atrij interioris, quæ respicit ad orientem, erit clausa sex diebus, in quib⁹ opus fit, die autẽ sabbati aperietur, sed & in die Calendarum aperietur. Hæc dicit dominus deus: Si dederit

CAP. XLV. CAP. XLVI.

derit princeps domum alicui de filijs suis, hæreditas eius filiorũ suorum erit, possidebũt eam hæreditarie. Hæc dicit dominus deus: Hic est terminus, in quo possidebitis terram in duodecim tribubus Israhel, quia Ioseph duplicem funiculũ habet. Ista legẽtes, & diuinæ authoritatis uices interpositas dinumerãtes, quærimus quid ista sibi uelint, statimq; respondet ipse numerus legẽ spũalem hic proponi spũalibus, eo ꝙ septem sint gratiæ spũs sancti. Simul ad memoriã reducimus illud legislatoris Moysi dictũ. Prophetã de gẽte tua, & de fratrib' tuis sicut me suscitabit tibi dñs deus tuus, ipsum audies. Sicut me (dixit) tãq̃ diceret. Sicut ego homo sum tibi carnali populo Israhel legislator uetus, sicut ille uerus homo erit spũali populo legislator nouus. Igitur dũ quærimus quid hæc in isto propheta legislatio sibi uult, oĩa nobis respondẽt: quia princeps ille qui iuxta præcedẽtia lectiõis per clausam portam egreditur legẽ affert meliorẽ pro suo principatu, legẽ nouã, legem uitæ ac spũs, quæ totũ hominẽ liberare possit à lege peccati ac mortis. Proinde illud quoq; nequaq̃ à mysterio uacare aduertimus, quod in initio propheta dicit, & adduxit me per uiã portæ aquilonis. Deniq; iste uir, iste nouus legislator iuxta patriarchæ Iacob uaticiniũ expectatio est gentiũ, quæ ad aquilonẽ uersæ erant, id est ad diabolũ, q per frigidũ designat aquilonẽ, quẽ p longos & uetustos errores secutæ fuerãt, & ipse Iudæis repellẽtibus legẽ huius uiri receptu[...]e erãt.

CA.XLVII. Deut. 18 Gene. 49 Per aquilonẽ diabolus significatur.

¶ De aquis egredientibus & descendẽtibus à latere dextro ꝙ significent dona procedentia de nõ manufacto tẽplo corporis Christi. Cap. XXXIIII.

Notandũ deinde quia septimo edicto terra diuiditur, dicendo: Hic est terminus in quo possidebitis terram. Præmissa uel præeunte terræ & aquarũ sanitate ut recte in hac distributione terram uiuentiũ debeamus intelligere. Sanitas enim terræ unde processerit hoc modo, propheta describit. Et conuertit me ad portam domus, & ecce aquę ingrediebantur subter limen domus ad orientẽ. Facies enim domus respiciebat ad orientem: aquę aũt descendebant in latus templi dextrum, ad meridiem altaris. Et eduxit me per viam portę aquilonis, & cõuertit me ad viam foras portam exteriorem viam quę respiciebat ad orientem, & ecce aquę redundantes a latere dextro, cũ egrederetur vir ad orientem, qui habebat funiculũ in manu sua, & mensus mille cubitos, & transduxit me per aquã vsq; ad talos. Rursusq; mensus est mille, & transduxit me per aquam vsq; ad genua. Et mensus est mille, & transduxit me per aquã vsq; renes. Et mensus est mille torrentem quẽ non potui pertransire, quoniã intumuerant aquę profundę torrentis, qui non potest transuadari. Et dixit ad me Certe vidisti fili hominis. Et eduxit me, & conuertit ad ripã torrentis. Cumq; me conuertissem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraq; parte. Et ait ad me: Aquę istę quę egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis, et descendunt ad plana deserti, intrabunt mare & exibunt, & sanabuntur aquę. Si rite attendimus, mũdus iste mare mortuũ erat. Ad quid aũt latus tẽpli dominici, tẽpli nõ manufacti lancea perforatũ est, & ex illo uulnere aqua cum sanguine cucurrit, nisi tolleretur mors huius mũdi, quo sanarentur aquæ generis humani? Nec uero solũmodo de corpore siue latere uisibili aqua profluxit uisibilis pro causa patrandæ sanitatis: sed & de diuinitate inuisibili, inuisibilis aqua processit, aqua sapientiæ salutaris, aqua. i. gratia spũs sancti. Idcirco rectissime dictũ sit, ecce aquæ redundantes, à latere dextro, à latere diuino. Porrò illud caute & diligenter discernendũ est, quia prius dixit, aquæ autem descendebant in latus templi dextrum ad meridiem altaris, & deinde, ecce aquę redundantes à latere dextro. Cũ enim templũ istud templum dei propriũ sit, in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo diuinitatis, quomodo uel unde descendebant illuc aquæ istæ quæ sunt dona spũs sancti? Ergo nec iste sermo nos obliuisci patitur, quia deus & homo est unus idemq; Christus, & in ipso natura hominis accepit, quod in Christo nihilominus dare poterat natura dei. Nunc uideamus quo ordine, uel quoto gratiæ inũdantis incremento nostras aquas mortuas aqua ista uiua sanauit. Prius tamen non nos prætereat, quia cũ dixisset, aquæ autem descendebant in latus templi dextrũ ad meridiem altaris ut deinde diceret, & ecce aquæ redundantes à latere dextro, interposuit dicens, & eduxit me per uiam portæ aquilonis. Quid est em̃ ꝙ ad uidendam redundationẽ aquarũ uiuentium propheta educitur, Per uiam portæ aquilonis frigidi, nisi ꝙ in nationes effundẽ

Septẽ aquarũ cõcinnũ mysteriũ aduerte. Iohan. 19 Aqua a latere dextro quid sit. Colos. 2

effundenda erat gratia spiritus sancti. Nunc reuertamur ad proposita.

¶ Quid significet quod aqua mensione prima ad talos, secũda usque ad genua, tertia usque ad renes pertingit, quarta aũt transiri nequit, & quid sit oẽs aquas sanari, & pisces magnos multiplicari, & cur sit nomẽ ciuitatis, dñs ibidem. Cap. XXXV.

ET mensus est mille cubitos, & transduxit me per aquam usque ad talos. Mille mensoris huius cubiti, plenitudinẽ significant gratiæ largitoris, q prima mensione oĩa tulit peccata mundi, per quã prophetã usque ad talos transduxit. Nam per talos aqua tinctos primæ mensionis, extinctio significatur peccati originalis, quia pro illo deus
Gene. 3. ad serpentẽ pro muliere dixit: Ipsa conteret caput tuũ, & tu insideaberis calcaneo eius. Etenim maxime pro peccato originali insidiabatur diabolus serpens antiquus calcaneo mulie-
Iohan. 14 ris & seminis eius, id est extremo fini eius, in tantũ, ut ad ipsum Christũ dei filiũ uenire auderet insidiator. nihil tamen nociturus, sicut ipse testatur: Venit eñ princeps mũdi huius & in
Esa. 52 me non habet quicq̃. ¶ Rursum mensus est mille, & transduxit me per aquã usque ad genua. Per talos soli apostoli, de quibus propheta: Quàm pulchri, inquit, super montes pedes euangelizantis pacẽ: per genua uniuersi significantur adoratores eiusdẽ Christi filij dei. Usque ad hęc
Iohan. 20 genua secundæ mensionis aqua peruenit, quando cũ dixisset: Accipite spiritũ sanctũ, continuo subiunxit: Quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis. Nã de oibus q Christo genu curuant, dixit. ¶ Tertio mensus est mille, & transduxit me inquit per aquã usque ad renes. Tunc nimirũ tertio mensus est, & suos, quorum hic propheta typum gerit, per aquam usque ad renes transduxit, quando iam sedens à dextris dei, spiritũ sanctũ misit illis, qui eatenus carnales & infirmos uirtute induit, fortitudine accinxit. ¶ Quarto mensurus est, & torrentẽ faciet, quẽ
Esa. 64. inquit propheta non potui pertransire, scilicet in resurrectione: nam nec oculus uidere nec
i. Cor. 2 auris potuit audire, sed nec in cor hominis æstimatio eius potuit ascendere. Tunc ad plenũ aquæ nostræ sanatę erunt, & omnis anima quocũque uenerit hic torrens uiuet, eruntque pisces
Iohan. 21 multi satis, omnes uidelicet electi, quos in captura piscium centum quinquagintatrium post resurrectionem suam dominus significauit. Veruntamen non omnes aquæ sanabũtur. Nã
i. Cor. 15 & apostolus loquitur: Omnes quidẽ resurgemus, sed nõ omnes immutabimur. Recte ergo & hic sequitur. [In littoribus autem eius & in palustribus non sanabuntur, quia in saliuas dabuntur.] Littora maris huius, atque palustria dura sunt hominũ corda: dura inq̃ uelut littorea saxa, per incredulitatis duritiã. Itemque palustria, id est cœnosa per concretã omnium uitiorũ fœtulentiam. Hæc inquam nõ sanabuntur, quia in saliuas dabuntur, id est, & si resurgant, non resurgent in incorruptionis sanitatem, sed ad æternã resurgent mortis passionem. [Et super torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomi
Apo. 22 ferum per singulos menses afferens primitiua.] Hæc & cætera quia penè eadem in Apocalypsi leguntur, & nos ad alia tendentes breuitati studere cupimus: iam hic finẽ huius lectionis facimus, uirũ gloriosum magnæ ciuitatis, & templi sui mensorẽ, siue architectum,
Oratio Rupti atque principem exoratũ esse cupientes: ut prædiorum ciuitatis huiusce quæ per quingenta & quatuor milia, undique mensus est, aliquã nobis tribuat portionẽ. Sine dubio centupla illic reposita sunt sanctis hic sua quælibet pro illo principe relinquentibus. Constat autem quia dũ terrena relinquuntur quinque corporis sensus, suis uoluptatibus orbantur. Recte igitur quingenta milia discriminantur ut secundũ numerũ sensuum, qui hic pro spe futurorum refrenãtur ipsa remuneratio centenaria quinquies multiplicetur. Super omnẽ aũt beatitudinẽ illud
Ca. XLVIII. amplectendum est, quod sic tandem concluditur. [Et nomen ciuitatis ex illa die, domi
i. Cor. 13 nus ibidem.] Quia uidelicet quod nunc cognoscimus ex parte, quod nunc uidemus per speculum in ænigmate, tunc cognoscemus, sicut & cogniti sumus, tunc uidebimus faciẽ ad faciem, uidebimus sicuti est, uidebimus deum deorum in Syon.

¶ Finis commentariorum libri secundi in Ezechielem prophetam.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN DANIELEM Prophetam, Commentariorum, Liber Vnus.

¶ De uisionibus Danielis, quomodo regnũ dei peregrinãtibus sub iugo Babylonio, ciuibus suis pro consolatione septiformiter ostensum sit. Cap. primum.



APERIENTE Christo, cuius in hoc opere mysteria quærimus, iam nunc
Danielis uolumen introspicimus: & quamuis susceptũ cursum maturius fi
nire optemus, hanc tamẽ scripturę partẽ intactam præterire non sustinemus.
Grandi eñi intus spectaculo detinemur. Quod est illud spectaculũ? Imagina Septem regni
ria regni dei cõtra regnũ diaboli Monomachia peregrinantibus captiuis sub dei uisionnes
iugo Babylonio, pro consolatione ciuibus regni dei septiformiter ostensa. Prima est forma, Danielis.
qua statuã magnã atq; terribilẽ nimis, lapis unicus de monte promicans, sine manibus con Danie. 2
fringit atq; cõminuit. Secũda, qua missos à rege tres pueros in fornacem ardentẽ nõ tãgit, ne Danie. 3
q; contristat ignis, & aspectus quarti similitudo eũ filij dei. Tertia, qua rex magnus atq; robu Danie. 4
stus, magnæ Babylonis suæ quã ædificasset mirator, uoce de cœlo ruente dementatus, eie
ctus est ex hominibus, & fœnũ ut bos comedit: atq; ab hoc experimento cõfiteri compul
sus est, quia altissimus in sempiternũ uiuit, & regnũ eius in generationẽ & generationẽ, & nõ
est qui resistat manui eius, & dicat ei, quare fecisti? Quarta, qua Babylonis ipsum regnũ à re 5.
ge deo uictũ est, datũq; Mœdis & Persis, interfecto Balthasar Chaldæo, cui & Dari⁹ Mœ
dus successit. Quinta, orator dei calũniosos rogatores regis hominis mortalis uicit: & misit, 6
inquit, deus meus angelũ suũ, & conclusit ora leonũ, & non nocuerunt mihi, quia coram eo
iustitia inuenta est in me. Quod pronuncians rex: Deus inquit Danielis, ipse est deus uiuens
& æternus in secula, & regnũ eius nõ dissipabitur, & potestas eius usq; in æternũ. Sexta, qua 7.
cũ pugnantibus quatuor uentis cœli, & quatuor bestijs ascendentibus de mari, post illas tan
dẽ cũ nubibus cœli, quasi filius hominis uenit, & usq; ad antiquũ dierũ peruenit, & in cõspe
ctu eius obtulerũt eũ. Et dedit ei potestatẽ & honorẽ & regnũ, & oẽs populi trib⁹ & linguæ
ipsi seruiẽt. Septima, qua destruẽdũ esse peccati regnũ, superueniente regno iustitiæ dei, ma 9
nifestius edocetur oraculo huiuscemodi. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super
populũ tuũ, & super urbẽ sanctã tuã, ut cõsumetur præuaricatio, & finẽ accipiat peccatum,
& deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio & prophetia, & un
gatur sanctus sanctorũ. Hic ergo paulisper immoremur, & quanq̃ nota replicãtes, laudem
& gloriã regis Christi, sine fastidio prædicemus.

¶ De Nabuchodonosor, q; ciuitatẽ Hierusalẽ semel & iterũ oppugnando atq; captiuãdo typũ gesserit diaboli inimici ecclesiæ Christi. Cap. II.

IN primis Babylonis regẽ, multarũ gentiũ uictorẽ, & dominũ, tutã aut quietã pro uicto
rijs habere gloriã, præsagia futurorũ, & præsentia quoq; mala finunt. Tanet aũt typũ
diaboli, in eo uidelicet, q; ciuitatẽ Hierusalẽ semel & iterũ oppugnãdo cõculcauit, atq;
captiuũ ex ea duxit populũ dei. Semel inquã, qñ (ut hic scriptũ est) regnãte Ioachim an Cap. 1.
no tertio regni eius obsedit eã, regemq; Ioachim transtulit, partẽq; uasorũ domus dñi aspor 4. Reg. 24.
tauit, quæ & intulit in domo dei sui, omnesq; uiros fortes & bellatores captiuos duxit, suffe
cto rege Sedechia, qui patruus erat Ioachim. Iterũ aũt, quando rebellante eodẽ Sedechia an 4. Reg. 25
no nono regni eius, uenit ipse & omnis exercitus eius in Hierusalem, & interrupta est ciui
tas, cõprehenditq; Sedechiã & oculos eius effodit, uinxitq; eũ cathenis, & adduxit in Baby
lonẽ. Hierusalẽ quoq; destruxit, & domũ dñi succẽdit Nabuzardan princeps exercitus ser
uus eius, & reliquã partẽ populi trãstulit in Babylonẽ, & oĩa uasa reliq̃ in qbus dño ministra
bãt. Vtrobiq; (ut iã dictũ est) typũ diaboli tenet iste rex Babylõis. Sic nãq; diabolus ciuitatẽ
sanctã, uiuẽtis dei Hierlm cœlestẽ semel & iterũ oppugnauit. Semel qñ aduersus altissimũ Esa. 14
superbiẽdo, socios supbiæ suæ angelos dæmones factos secũ in confusionẽ traxit. Iterũ, qñ

Gene.2. primũ hominẽ deceptũ cũ omni genere eius, in istam confusionis regionem, imò duplicem corporis & animæ captiuitatem deduxit. Vnde notandũ, ꝙ iste Nabuchodonosor prima
4.Reg.24. transmigratione, tantummodo partem populi, partemq; uasorum transtulit, secunda uero,
4.Reg.25 & reliquã patem populi, & residua uasa tulit, sed & muros Hierusalem destruxit, & domum domini igne succendit. Sic deniq; prima irruptione supernæ ciuitatis Hierusalem partẽ, id est quosdã angelos perdidit: secunda uero non quosdam, sed omnes homines, quorum multitudo pro parte electorũ, sancta Hierusalem: omnes inquam in uno parente perdidit, & gehennali peccati incendio conflagrauit. Recte igitur carnalis Nabuchodonosor nequitiam quasi pro uictoria gloriam ducat, uisiones uidet regni alterius, regni dei: quo superueniente non modo Babylonem suam, sed & totũ mundũ interiturũ esse non ignoret. Sic etenim spiritualis Nabuchodonosor diabolus supernæ uastator Hierusalem, nunq̃ de regno suo, de regno peccati & mortis ita securus extitit, quin salutem quodammodo somniaret, quod scire nolebat, scripturis attestantibus, quandoq; surrecturũ fore contra se regnũ. Sed dicit in

Pulchra apta ꝙ collatio.

Luc.11. euangelio suo, rex magnus & stabilimentũ regni dei. Cum fortis armatus custodiat atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius auferet. In pace inquit sunt ea quæ possidet. Sic nimirum & iste typum gerens,
Danie.4 ut iam diximus, eiusdem fortis, uano tumore duxit, cũ iam audisset expositũ quod contra se clamaret sanct⁹ & uigil. Nõne hæc est Babylon quã ego ædificaui in domũ regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Itaq; non idcirco de illo dixit, in pace sunt ea quæ possidet, ꝙ unquã uere securus esse potuerit: sed ꝙ tumidus esset latro, tumore furioso, pacem quæ non erat falso sibimet arrogauit.

¶Quæ uel qualia desiderando Daniel, uir desideriorũ dici meruerit, proponẽs in corde suo ne pollueretur de mensa regis. Cap. III.

PORrò nunc nobis in memoriam ueniat hunc sanctum Danielem cœlesti testimonio uirum desideriorum esse dictum. Qualium eñ desideriorum erat uir? nisi qualia conijcere possumus, ex reuelationibus huiusmodi? Dicamus ergo, quia cũ unus deus, unum sit sanctorum desiderium, duo propter illud eis desideranda sunt, alterum ut auferatur peccati regnum, quod iam factum est, & fit per primum Christi aduẽtum alterum ut inimicis dei tota insultationis tollatur uox, quod faciendum est per secũdũ Christi aduentum. Horum desideriorum flammã sancto huic sine dubio tempora illa multũ adauxerant. Amabat eñ deum, & necesse erat, ut pro illo quem amabat æmularetur contra il-

Desideranda sunt pijs duo

Psal.93. lud inimicum regno eius, peccati regnum, contra inimicos regni eius peccatores homines, ut diceret illud Dauidicum. Vsquequo peccatores domine, usquequo peccatores gloriabũtur? & his similia. Videbat se exulem. Natum in hoc mundo, propter originale peccatũ: audiebat propter actualia peccata captiuato dei populo dicere gentes, Vbi est deus eorũ. Hinc tyrannidem diaboli, illinc superbiam aspiciebat hominis uermis. Nimirum utrorumq; oderat amicitiam: quia ueram solius dei desiderabat gloriam. Opportunas itaq; pro re & tempore consolationes assecutus est: iuxta præparationes, quibus cor suum præparabat, dicente
Psal.9 Psalmista: Desiderium pauperum exaudiuit dominus: præparationes cordis eorum audiuit auris tua. Præparatiões huius luctuosas, scriptura hæc statim primo loco indicat. ⌊Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus eius, & rogauit Eunuchorum propositum, ne contaminaretur.⌋ Ac deinceps. ⌊Pueris autem his dedit deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientiã: Danieli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum.⌋ Vnde quia uir desideriorum eiusmodi erat, & uiriliter desiderabat indicium dei, diuino illum constat præsagio sic meruisse nuncupari. Daniel quippe interpretatur inditium dei.

Cõsolari Daniel meruit.

CAP.I.

¶Q; prouidentia dei factum sit, ut non ipse Daniel, sed Nabuchodonosor somniauerit mysterium regni dei, & cur non sit mirandum, ꝙ impio deus secreta sua reuelauit. Cap. IIII.

CAP.II. ET notanda diligenter studiosa consolatoris dei prouidentia. ⌊Nabuchodonosor (inquit scriptura) somnium vidit, & conterritus est spiritus eius, & somnium fugit ab eo. Præcepit ergo rex vt conuocarentur arioli & magi & malefici

& malefici, & Chaldei, ut indicarent regi somnia sua, &c.] Non Daniel ipse somnium uidit, sed quod Daniel interpretaretur, Nabuchodonosor uidit: & uisum memoria tenere non potuit. Quo enim tendebat deus, qui non superbis, sed humilibus, imò non inimicis, sed amicis suis secreta sua reuelare consueuit? Nimirum ut tunc quoque captiuos suos daret in misericordias, in conspectu eius, qui ceperat eos. Quod & factum est. Nam per occasionem reuelationum, primus ille rex Danielem in sublime extulit, & munera multa & magna ei dedit, & constituit eum principem super omnes prouincias Babylonis, & præfectum magistratuum super cunctos Babylonis sapientes. Daniel autem postulauit à rege, & constituit super opera prouinciæ Babylonis Sidrach, Misach & Abdenago. Ipse autem Daniel erat in foribus regis. Nec mirandum propter hoc regem impium ad ea cœlestibus admissum fuisse mysterijs, ut diceret: Ecce ego uideo uiros quatuor solutos ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio dei: cum & propter hoc ipsum Cyri regis Persarum, uictorias uaticinari spiritus sanctus non dedignatus sit. Qui dico Cyro, pastor meus es, & omnem uoluntatem meam complebis. Qui dico Hierusalem, ædificaberis, & templo fundaberis. Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subijciam ante facies eius gentes, & dorsa regum uertam. Ac deinceps: Et uocaui te in nomine meo, assimilaui te, & non cognouisti me. Ego dominus, & non est amplius. Extra me non est deus. Accinxi te, & non cognouisti me. Igitur quia captiuitas illa non ita ut nunc Iudæis ira consummata, de qua Moyses in cantico: Ignis, inquit, succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima, sed paternæ corruptionis uirga erat, nec istud prætereundum est in laudibus clementiæ dei, quod dum corripit, dum flagellat, & percutit pariter clementiæ suæ ianuas aperit, in tantum ut pro beneuolentia sua captiuis suis paranda, reges barbaros, homines ethnicos, alios secretorum suorum reuelationibus admittat, alios antequàm nati sint, tuba illustret prophetica, futuras illas promittendo atque pronunciando uictorias.

Psal. 105 | Cap. 3 | Esa. 44. | Ibi. 45 | Deut. 32

¶ Quod quærebatur Daniel ut periret cum socijs suis, Et de cantico, Super flumina Babylonis illic sedimus, &c. quod in persona illorum Dauid cecinit. Cap. V.

Et egressa sententia, sapientes interficiebantur. Quærebaturque Daniel & socij eius ut perirent.] O dura interrogatio. Idcirco Psalmista dudum spiritu prophetico in persona illorum atque similium dicebat: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Quare illic fleuimus? Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos uerba cantionum, & qui abduxerunt nos, Hymnum cantate nobis de canticis Syon. Quomodo canticum domini cantabimus in terra aliena? Nimirum Danieli & socijs eius primum pro tali causa fletus iste & conquæstio tam dolenda competebat. Denique sacramentum uisionis, quam Nabuchodonosor uiderat uerbum cantionis erat, hymnus de canticis Syon erat, canticum domini erat. At illi in terra aliena erant, non modo quod in illa Babylone captiui, sed & quod in hoc mundo exules erant, à superna matre sua Hierusalem captiuati in Adam. Quomodo ergo, inquiunt, cantabimus canticum domini in terra aliena? O rex canticum quod interrogas, sacramentum uisionis quod exquiris interrogatione dura: hoc inquam & cætera cœlorum sacreta ac beatorum archangelorum cantica cantare uel scire hic non possumus: nisi paucissimi nostrum prophetæ quibus deus reuelat, non meritis ipsorum, sed sua gratia. [Cum ergo rem indicasset Arioth Danieli. Daniel ingressus rogauit regem, ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi.] Etiam si non quæreretur occidendus ipse & socij eius, tum quia uir desideriorum (ut supra iam diximus) gloriam dei desiderabat: plane præsens negotium non negligendum duceret, quo deus glorificari poterat. Dixerant enim regi suo Chaldæi. Sermo enim quem tu rex quæris grauis est, nec reperietur quisquam qui indicet illum in conspectu regis, exceptis dijs, quorum non est cum hominibus conuersatio. Sed etenim o serui, non deorum, sed dæmonum, quorum nulla est de sacramentis cœlestibus cum hominibus collatio, non reperietur quisquam qui indicet sermonem hunc, excepto uno, & uero deo, cuius cum hominibus pijs conuersatio est familiaris, quemadmodum dicit: quoniam inhabitabo in illis

Psal. 136 | Visio Nabuchodonosor erat de canticis Syon. | Leuit. [26] 2. Co[r. 6]

& inam

& inambulabo. Igitur non modo, ne periret cũ cæteris sapientibus Babylonis, uerumetiam ut res proficeret ad laudem dei. ⌊Ingressus in domum suam Daniel, Ananię, Misaeli, & Azarię socijs suis indicauit negotiũ, vt quererent misericordiã a facie dei cœli super sacrameto isto. Tunc Danieli per visionẽ nocte mysteriũ reuelatũ est, & Daniel benedixit deo cœli, &c.⌋ Bene & in tempore tunc reuelatum est. Iamdudum sic reuelare proposuerat, sed differendo, tempus & locum expectabat. Captiuos quippe suos, in ira misericordiæ memor, iam commendare atq; honestare intendebat. Siluit ergo, donec egressa sententia, sapientes interficerentur: ut res tanto gratior ueniret, quanto maiore in periculo subueniret. Et ut ad supra memorati, quæstionem psalmi redeamus, quo dicitur ab istis pro dura interrogatione flentibus, quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena: prius rex ipse, atq; omne Babylonis regnum commotum est, ipsáq; commotione quasi concurrentibus uniuersis populis & gẽtibus cõmune auditoriũ paratum est: quatinus dum inciperent cantores isti, datum sibi per misericordiã in terra aliena cantare canticum domini, starent ad audiendum, non modo attenti atq; beneuoli: uerum & auditores desiderantissimi collaudatores atq; admiratores reuerentia pleni. Aliter sic factum fuisset, si ultronea nimis cantatione propheticus spiritus salicibus illis cantasset, nimirũ margaritas canticorum Syon torua, brutáq; porcorũ immundicia conculcassent.

Misericordia in maiori periculo gratior

Psal. 136

¶ De interpretatione somnij quod uiderat Nabuchodonosor, & de successione regnorum, & quod Christus secundum illud somnium lapis comminuit omne regnum. Cap. VI.

Somniũ regis Nabuchodonosor.

TU rex cogitare cœpisti in stratu tuo, quid esset futurum post hec, & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quę ventura sunt, &c.⌋ Verum inquit est somnium. Ecce uidemus quia uerum est somniũ, & fidelis interpretatio eius: quia secũdum hæc per partũ incorruptæ uirginis suscitabit deus cœli regnũ quod in æternum non dissipabitur, & regnũ eius populo alteri non dabitur. cõminuit, & consumit uniuersa regna hæc, regnũ Babyloniorũ aureũ, quod erat ditissimũ, regnũ Persarũ, & Medorũ argenteũ, id est minus opulentũ, regnũ Macedonũ æreũ, id est multa eloquentia sonorum, regnũ Romanorũ ferreũ, id est fortissimũ, quod cõminuit & domat omnia ferrũ. Vniuersa inquã regna hæc cõminuit hoc regnũ & ipsum stabit in æternũ futurum de quo loquimur. Nã quomodo apostolus cũ pręmisisset illud Dauidicũ: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Futurũ ait de quo loquimur, nondũ eñ uidemus illi omnia subiecta, eũ autem qui modico q̃ angeli minoratus est, uidemus dominum Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatũ, ita & hic præmisso, quod constantissimũ est, quia lapis abscisus de monte sine manibus, id est Christus sine uirili cõplexu de uirgine natus. Factus est mons magnus postquã percussit statuã regnorũ mundi huius. Dicamus quia futurum est, quamuis iam ex parte factũ sit id de quo loquimur. Nondũ eñ cõminuta atq; consumpta uidemus uniuersa regna: eum autem qui illa per primũ aduentũ suũ comminuit, uidemus lapidẽ impleuisse orbẽ terrarum. Comminuet autem omnia atq; consumet usq; ad summũ per secundũ aduentum & regnum eius stabit in æternum.

Psal. 8

Heb. 2

¶ Quod martyrũ Christi præfiguratio fuerit in eo, q; tres missi sunt in caminũ ignis, & spẽs quarti inqt similis filio dei, & q; ille hoc uidens & deũ benedicens, regnum huius mundi qui ad Christũ conuersi sunt typum gesserit. Cap. VII.

CAP. III.

NAbuchodonosor rex fecit statuã aureã altitudine cubitorũ sexaginta, latitudine cubitorũ sex, & statuit eã in campo Duran prouincię Babylonis Itaq; Nabuchodonosor rex misit ad congregãdos satrapas, magistratus, & iudices, duces, & tyrannos, & prefectos, omnesq; principes regionũ, vt conuenirẽt ad dedicationẽ statue, quã erexerat Nabuchodonosor rex.⌋ Precedẽti reuelatiõe satis demõstratum fuerat, qa sapiẽtia & fortitudo dñi sunt, & ipse mutat tẽpora & ætates, trãsfert regnũ atq; cõstituit: & uniuersa hæc uno lapide. i. solida Chri filij sui uirtute cõminuit atq; consumit. Verũ ipsa cõminutio siue consumptio qualia uel quãta per martyrum bella facta sit, fiat, atq; facienda sit usq; in finem seculi: quis illic quæsiuit aut intellexit? Sequitur ergo ordine recto, & uere mystico in hac uisione miranda martyrum

Christi

Christi præfiguratio: quorum reuera fides lapis est, Christus em̄ in ipsis est, & in ipsis Chr̄m pugnare nemo qui dubitet. Quo em̄ modo uenerabilius illorū certamen præfigurari potuit peragendum aduersus regnum mundi, aduersus regnum diaboli? Nabuchodonosor, inqt, rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex. Nimirū hæc est idololatria bruta, quā erexit rex Babylonis, rex spurcissimus Nero, Romani dedecus imperij, quæ uidelicet Roma, Babylon erat altera, testante Petro apostolo cū dicit: Salutat uos ecclesia, quæ est in Babylone collecta. Erexit inquā, non quod antea idololatria nō fuerit, sed quia rebellans lapidi, qui (ut supra dictum est) regna mundi percusserat, eandē idololatriā altius erexit, & edicta primus proposuit, scribens nigrantibus, iudicibus, ducibus, tyrannis, & præfectis, omnibusq; regnorum principibus, ut conuenirent ad dedicationē statuæ, ut coniurarent ad defensionem erroris antiqui, contra nouam doctrinam fidei Christianæ. Altitudo cubitorum sexaginta, latitudo cubitorum sex. Senarius hic in singulari ille in deceno limite uniuersitatem significat creaturæ, quia senario numero dierum uniuersa creata sunt. Et signanter hoc utrobiq; numero statuam suam, ille distendit in quo nesciente illud significabatur, quod apostolus dicit, Et seruierunt creaturæ potius q̄ creatori. Quid multa? Sidrach, Misach, & Abdenago deos non colentes regis Babylonij, & statuam non adorantes quam erexit: colligati missi sunt in medium camini ignis ardentis. ⌊Et ambulabant in medio flammę laudantes dominum, & dicentes hymnum domino. Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit propere, & ait optimatibus suis. Nonne tres viros misimus in medio ignis? Ecce ego video viros quatuor solutos ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio dei.⌋ Sidrach decorus meus: Misach, qui risus: Abdenago, seruiens taceo interpretatur. Item Anania gratia domini, Azarias adiutorium domini, Misael quæ salus dei interpretatur. Tres isti tam nūero q̄ nominibus, tam causa q̄ passionibus uniuersos significant milites atq; bellatores regni dei, confessores trinitatis decoros, ridentes, & seruiendo tacentes, id est uita innocuos, spe gaudentes, in tribulatione patientes, in quibus gratia domini, cum quibus in ipsis passionibus adiutoriū domini, quorū est salus domini, ipse Christus pro quo & passi sunt, de quo iste mirando intellectu, & species inquit quarti similis filio dei. Ipse nanq; & in alio propheta dicit, martyrū suorū unicæ charitati. Noli timere quia redemi te, & uocaui te nomine tuo, meus es tu. Cum pertransieris per aquas, tecū ero, & flammæ non operient te. Cum ambulaueris in igne, non cōbureris, & flamma non ardebit in te, quia ego dominus deus tuus sanctus Israhel, saluator tuus. Sed idē uidelicet Nabuchodonosor benedictus deus eorū, qui misit angelū suū & eruit seruos suos. Ergoné priorē sententiam infirmat aut destruit angelū uocando illū, de quo prædixerat, & species quarti similis filio dei? Non utiq;. Nā idē qui natura est filius dei, officio factus est nobis angelus domini, angelus magni consilij. ⌊Contemplabantur (inquit) viros istos, quoniā nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, & sarabalia eorum non fuissent immutata, & odor ignis non transisset per eos.⌋ Hæc omnia de martyribus nostris, de testibus Christi filij dei ueraciter prædicemus, quia quandiu incorrupta atq; inuicta perstitit in illis fides Christi: nulla fuit in eos potestas pœnarū aut mortis, nihil eis nocitum est, & quamlibet uisi sint oculis insipientiū mori, non sunt mortui, nam deo suo uiuunt, qui dixit, & capillus de capite uestro non peribit. ¶ Benedictus deus eorum, Sidrach uidelicet, Misach, & Abdenago, ait Nabuchodonosor, idē ipse qui in ignem miserat illos: quia misit angelum suum, & eruit seruos suos. ⌊A me ergo positum est hoc decretū, vt omnis populus tribus & lingua quecunq; locuta fuerit blasphemiā contra deū Sidrach, Misach, & Abdenago, dispereat, & domus eius vastetur.⌋ Ecce hodie sic dicit, sic p̄dicat ipsum Romanū imperiū, qd Chr̄i martyres interfecit. Mirabilis uere & in malis deus, qbus sic utiliter nouit in bono uti. Iste malus sibi, & inutilis, ecce quàm bona q̄ utilia toti mundo præsagia cecinit, & de eodē quidem foramine dulcem pariter & amarā: dulcem inquā nobis, & amarā sibi aquam emisit, paulo ante cadens in faciem suā, & adorans deum Danielis, dicēsq;, Vere deus uester, deus deorū est, & dominus regum, &c. quasi pocula fundens dulcedinis: postmodum dicens cultoribus eiusdem dei & domini,

Roma altera Babylon
j. Pet. 5.
Roma. 1.
Tres pueri omniū p Christo pugnātiū gerūt typum
Roma. 12
Esa. 43
Sapien. 3
Luc. 21.

amara hæc: Et quis est deus qui eripiat vos de manu mea? Nunc autem iterũ dulcia: A me ergo positum est hoc decretum, &c. In qua dulcedine itidem perseueraturus non erat. Typũ quippe (ut iam dictum est) præferebat regni huius mundi, quod unum idemq; per alias quidem regalis fastigij personas, dulcia præconia: per alias autẽ amaras ructare habebat blasphemias contra maiestatem regni dei. Proinde sequamur ordinem, uisuri quali tandẽ imagine perficienda signetur hic uictoria eiusdem regni dei.

¶Q. Nabuchodonosor ex hominibus eiectus est, & fœnum ut bos comedit, & quod in hoc præfiguratum sit, quod apostolus ait, Stultam fecit deus sapientiam huius mundi per euangelium Christi, & de uictoria regni dei, cuius potestatem ille recepto sensu confessus est. Cap. VIII.

CAP. IIII. EGo Nabuchodonosor quietus erã in domo mea, & florens in palatio meo. Somnium vidi quod perterruit me, & cogitationes meę in strato meo, & visiones capitis mei conturbauerunt me. Et per me positum est decretum, vt introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & vt solutionem somnij indicarent mihi, &c. Ecce tertio uicta est, congrediens cũ fortitudine dei, superba infirmitas hominis regis. Dixit em̃, imò respondit uidelicet ad interpretationẽ somnij quã audierat contra se: arbor magna & fortis succidenda, ramis præcisis, & excussis, denudanda folijs, Respondit inquam & ait. Nonne hęc est Babylon magna quam ego ędificaui domũ regni in robore fortitudinis meę, & in gloria decoris mei? Tanquã diceret. Et quis ille uigil & sanctus, cuius ad impium siue clamorem, sic & sic ab hominibus eijci possim ego robustus & fortis, ego gloriosus & decorus ædificator magnę Babylonis? Itaq; semel & iterum uictus iamdudũ & inglorius confessor uictoriæ cœlestis hæc dicendo, tertia iam uice ceruicem erexit. Sed em̃ continuo durum nimis esse persentit, contra stimulũ calcitrare, bos petulcus & indomabilis. Cum enim adhuc esset sermo in ore regis (inquit scriptura) vox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnũ transit a te, &c. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor. Ex hominibus eiectus est, & fœnum vt bos comedit. Hoc igitur quærimus quam & ista res partem significet uictoriæ, regis dei uictoriæ regni Christi filij dei, statimq; illud occurrit qđ

J. Cor. J. apostolus dicit: Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Itẽ: Sed quæ stulta sunt mundi elegit deus ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia. Pulchram nimirum & propriam reprobandæ sapientiæ huius mundi imaginem, tanta, tam magni, tamq; superbi regis, dementatio prætulit in eo maxime quod fœnum ut bos comedit. Nã & de illo ingente stulto, cuius iste typus ẽ ad beatũ Iob dominus dicit: Ecce Be-

Iob. 40. hemoth quem feci tibi, fœnum quasi bos comedet. Quid nam est fœnum bouis huius pabulum, nisi multitudo carnalium, mane uirentium, cito florentium, & cito nihilominus flo-

Esa. 40 re perdito arescentium? Omnis em̃ caro ut fœnum, & omnis gloria eius tanquã flos fœni. Ortus est sol, & exiccatũ est fœnum, & flos eius decidit. Ergo descendente sancto & uigili ad clamorẽ eius, ex hominibus eiectus Nabuchodonosor, fœnum ut bos comedit: quia des-

1. Cor. 1. cendente in hunc mundũ uirtute & sapientia dei Christo, ad prædicationem eius stulta facta est sapientia huius mundi, sapientia principum huius seculi, & eiecta ex hominibus diuinam rationem recipientibus, solummodo fœnũ, id est homines superfluos, & super numerum pullulantes ex carnis uitio deuorare potuit. Sed sequitur post hæc. Igitur post finẽ dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlum leuaui, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi, &c. Num ergo cõsequens est ut existimauerũt nõnulli, quos cum sapientes se esse putarent uere stultos ecclesia dei comprobauit, quod Behe-

Mat. 25. moth ille iam dictus os suum brutumq; pectus resipiscendo uel pœnitendo aperire debeat, in laudes & benedictiones altissimi? Non utiq;: Paratus est em̃ illi & angelis eius ignis æter-

1. Cor. 3 nus, sicut habet ueritas euangelij. Potest autem longe sanius intelligi, salua & permanente eadem ueritate Christi, quod magna pars corporis eius, id est multi sapientium seculi, quales stultos fecit sapientia dei, resipuerunt & quotidie resipiscunt usq; in finem seculi: iuxta qđ & de eodem Behemoth ad supradictum beatum Iob dominus per alias similitudines dicit:

Iob. 40. Concident eum amici, & diuident illum negotiatores. Et continuo: Nunquid implebis ait sagenã

ſagenam pelle eius, aut gurguſtium piſcium capite eius? Subauditur em̃, ut ego, qui uocans piſcatores homines, & faciens eos fieri piſcatores hominum, ſagenam meam primum pelle eius impleo, extremos atq; infimos colligendo: & poſtmodum prudentes mihi aduerſarios ſubdendo, quaſi gurguſtium piſcium capite eius impleo. Hæc pro intentione noſtra dixiſſe ſit ſatis, uidelicet ut in iſto Babylonis rege tertia uice iam uicto ſignificatam intelligeremus perfectam uictoriam regis cœli confitente ipſo, cũ iam tertia cõfeſſione dicit. ⌊ Quia poteſtas eius poteſtas ſempiterna & regnum eius in generationem & generationẽ & omnes habitatores terræ apud eum in nihilum redacti ſunt. ⌋ Mat. 4

¶ De euerſione Babylonis quæ facta eſt à Mœdis & Perſis, quõ per illã ſignificetur futura in die iudicij deſtructio totius ciuitatis diaboli. Cap. IX.

FVturũ aũt eſt, ut tota deſtruetur ciuitas diaboli, & ſub cœlo pereat, quæ ciuitati dei uiuentis ab initio aduerſata eſt, & uſq; in finem ſeculi aduerſari non deſinit. Sequitur ergo pulchro ſatis quia myſtico ordine illa quæ à Mœdis & Perſis facta eſt euerſio Babylonis eius quæ cum rege ſuo Hieruſalem illam deſtruit terrenã, in qua inuocatum eſt nomen dei uiuentis, & populum eius captiuauit. ⌊ Balthaſar rex fecit grande conuiuium optimatibus ſuis mille, & vnuſquiſq; ſecundum ſuam ætatẽ bibebat ⌋ &c̃. Ibi maxime propoſiti uel intentionis noſtræ figimus oculum, ubi ⌊ apparuerunt (inquit) digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ, & rex reſpiciebat articulos manus ſcribentis. Tunc regis facies commutata eſt, & cogitatiões eius perturbabãt eum: & compages renũ eius ſoluebantur, & genua eius ad ſe inuicem collidebantur. ⌋ Quid em̃ manus illa innuit? Nimirum qui per lapidem de monte ſine manibus in primo qui proprio nomine ſuo in ſecundo, quiq; nomine uigilis & ſancti in tertio: idem ipſe filius dei Chriſtus per manum ſcribentem deſignatur capitulo quarto. Manus em̃, id eſt dextera patris, ſemetipſam exeret ad iudicandam impietatem Babylonis ſpiritualis, ad deſtruendum inimicũ ſibi regnum mundi, ſcribẽs imò ſcripta iamdudum habens, quæcunq; mala Babylon iſta ſanctis eius intulit. ¶ Et notãdum, ꝙ in medio conuiuij manus illa in nocte apparuit: & iam temulentorum regis, & optimatũ eius ſecuritatem uiſione horribili fortiter conterruit. Sic em̃ repentina & improuiſa dies illa ſecuris, & contemptoribus dei ſuperueniet ipſo atteſtante, cũ dicit: Et ſicut factũ eſt in diebus Noe, ita erit in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, uxores ducebant, & dabantur ad nuptias, uſq; in diem qua intrauit Noe in arcam, & uenit diluuium, & perdidit omnes. Igitur cũ Balthaſar rex grande conuiuium feciſſet, & unuſquiſq; ſecundum ſuam biberet ætatem, cũ biberet ipſe, & optimates eius, uxores & concubinæ eius, cũ biberent uinum & laudauerunt deos ſuos, aureos, & argenteos, æreos, ferreos, ligneoſq;, & lapideos: in eadẽ hora apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis: ſcribentis inquã peccatum, iudiciumq; & iram ſecundũ peccata ſuperbiæ Babylonis, quia ſecundũ hæc erit, qua die filius hominis reuelabitur, & Babylon ciuitas diaboli, ciuitas confuſionis, ſanguine ſanctorũ ebria meretrix, ædem eius reuelatione indicabitur. Et illius quidem Babylonis regnũ numeratum atq; completũ, appẽſum in ſtatera, atq; diuiſum, datum eſt hominibus Mœdis & Perſis: huius autem Babylonis regnũ nihilominus per homicidia ſingula, cæteraq; ſcelera dinumeratum, atq; in ſtatera iuſta appẽſum, ac terribili ſententia diuiſum, dabitur non hominibus, ſed dæmonibus, nõ Mœdis aut Perſis, ſed malignis ſpiritibus, nõ Dario, ſed diabolo & angelis eius. Hoc præuidens Eſaias, dicit: Deſcende, ſede in puluere, uirgo filia Babylonis, ſede in terra. Non eſt ſolium filiæ Chaldæorũ, id eſt fortium, ſcilicet malignorum ſpirituum, quorum recte dicitur filia: quia ferocem illorum ſuperbiam eſt imitata. Ac deinceps: Et nunc audi hæc delicata & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo. Ego ſum, & præter me non eſt amplius. Non ſedebo uidua, & ignorabo ſterilitatem. Venient tibi hæc duo ſubito in die una, ſterilitas & uiduitas, &c̃. In Apocalypſi quoq; ipſe qui hic per manũ ſcribentem figuratus eſt: ipſe inquam angelus qui deſcẽdit de cœlo habens poteſtatem magnam, cuius à gloria terra illuminata eſt, exclamat in forti uoce, dicens: Cecidit cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis uolucris immundæ, quia de ira fornicationis

CAP. V. — Varie filius dei hic ſignaẽ — Mat. 24 — Lucæ. 17 — Gene. 7 — Vmbra & figura repente uenientis iudicij dei. — Eſa. 47. — Ibidem. — Apo. 18.

eius biberunt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati sunt.

¶ De occiso Balthasar, & dato regno eius Mœdis & Persis, quō per illā inuidiā quam pertulit Daniel, maior illi gloria creuerit. Cap. X.

Danie. 2 EAdem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldeus, & Darius Mœdus successit in regnum, annos natus sexagintaduos.] Hoc modo impleta est ueritas uaticinij quo dudū regi Nabuchodonosor ita prædixit. Tu ergo es caput aureum, & post te consurget regnū aliud, minus te. Illo uaticinio iā futuri regni, beneuolentiam captiuis spūs gratiæ propheticæ cōparauit: amplius autem isto quo nuperrime, id est eadē nocte dixit, diuisum est regnū tuum, & datū est Mœdis & Persis. His præeuntibus prophetalis præconij meritis, Daniel in consolationē captiuorum nouo imperio char⁹

CAP. VI. acceptusq; esse potuit. Hoc subsequens protinus sermo euidenter ostendit. [Placuit (inquit) Dario, & constituit supra regnum satrapas centum viginti, & super eos principes tres, ex quibus Daniel vnus erat, vt satrapę illis redderent rationem, & rex non sustineret molestiam:] Verum quo regi sapienti complacuit, eodem splendore suo uir splendidus satrapas exussit. Omnes in inuidiam sui uirtus emerita concitauit.] Quærebant (inquit) occasionem, vt inuenirent Danieli ex latere regis, nullamq; causam & suspitionem reperire potuerunt, eo q fidelis esset, & omnis culpa & suspitio non inuenirentur in eo, &c.] Plana cunctis & patente rei ammirabilis historia literali, Christi domini & regis, in isto quoque præcone eius speculemur gloriam, ut dignum est. Nam passus quidē inuidiā est propter temporalē terrenorū principū gratiam gloriosam, sed ad gloriam eandem peruenerat propter ueri dei gloriam per acceptam spiritus prophetici gratiam. Ergo passionis Christi ueritatē, uictoriæ Christi figurā in passione huius contemplemur, in uictoria huius prædicemus.

Virtus, malorum inuidiā concitat.

¶ Quomodo in eo quod in lacum missus est per inuidiam principum, & illæsus fuit passionem & uictoriam Christi, quem per inuidiam occiderunt Iudæi, significarit. Cap. XI.

PRincipes & satrapæ quærebant occasionem ut inuenirent Danieli ex latere regis. Daniel cuius hoc ipsum nomen interpretatur iudicium dei, typum hoc loco præfert Christi filij dei, cuius nimirum est iudicium dei, quia pater illi iudicium omne dedit. Quis nesciat q sæpe nimium occasionem illi quæsierunt principes, sacerdotes, & seniores Iudæorum, ut inuenirent illi ex latere regis? Regem quippe habebant Cæsarem, & ad inuidiam illius dicebant: Non habemus regem nisi Cæsarem. Quærebant inquā occasionem illi ex latere regis, si quo modo dicere possent, regē se fecit: prohibuit censum dari Cæsari. Sed nullam inquit causam & suspitionem reperire potuerunt, eo q fidelis esset Et omnis culpa & suspitio nō inueniretur in eo. Vere fidelis erat & uerax, & iustitia pugnabat atq; iudicabat. Dicebat eīm: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. At tamen præualuerūt, sententiamq; extorserunt principes isti ab inuito rege suo: ut mitteretur Daniel in lacum leonum. Et hoc idcirco propter illam occasionem, quia Daniel orabat deum suum: quia nō attendebat calumniosum quod erat subreptum regi Persarū atq; Mœdorum decretum, quia cum redderet quæ erant regis regi, nihilominus deo curabat reddere quæ erant dei. Sic plane principes sacerdotum persuasis turbis tumultuosa uociferatione, Romanis legibus damnationem domini nostri Iesu Christi extorserunt: non quod omnino excusabilem fuisse illum arbitremur, Romani imperij ministrum præsidem Pilatum, tanquā uere contra uoluntatem suam coactus fuerit, quem potius cogi uoluisse non dubitam⁹ ut nullam ipse posthac pro iniuste damnato homine criminationē pateretur. Verum quocunq; ministro, qualicunq; seruiente animo, Romani potestatem imperij quo uoluerunt inflexerunt, & innocentem Christum dei filium miserunt in lacum leonum, id est, interemerunt, ut descenderet in infernum. ¶ [Sed deus meus (inquit) misit angelum suū, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuenta est in me.] Imò huic saluauit brachium suū, quemadmodum dicit: Et saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Adeo saluauit illi brachium suum, concludēs ora leonum spiritualium, ut suscitaret eum à mortuis, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile

Daniel qd interpretatur.
Iohan. 5.
Iohan. 11.
Iohan. 19
Lucæ. 23
Mat. 22.
Mat. 27.
Mar. 15.
Esa. 63

possibile erat teneri illum ab eo. Hoc autem rex uehementer gauisus est. Quandoq; enim audiuit: audiuit hoc inquam patienter Romanũ imperium, & aduertit prudenter: quòd deus Iesum à mortuis suscitasset, & imperatoribus ipsis credentibus Romanus orbis uehementer gauisus est. ¶ Et præcepit (inquit) Danielem educi de lacu. Mutauit leges, conuertit edicta Romani imperij maiestas, & eum qui cum descendentibus in lacum æstimatus fuerat dominũ Iesum Christũ, prædicari præcepit, quod de lacu mortis esset eductus: quod resurrexisset deus, & homo semel mortuus, iã ultrà in æternum immortalis Christus. Hoc præsenti edicto satis euidenter præsignatur. Dar (inquit) Darius vobis multiplicetur. A me constitutum est decretum vt in vniuerso imperio & regno meo tremiscant & paueant deum Danielis. Ipse enim est deus viuens & ęternus in secula, & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vsque in ęternum. Qui accusauerũt Danielem, ipsi in lacũ leonũ missi, repente consumpti sunt, quia reuera qui Christũ in morte concluserunt, & uitã eius in lacũ mortis deduxerunt, ipsi pro hoc in mortẽ deuenerunt, ipsi ad inferos descenderunt, cõpleto Psalmistæ uaticinio, dicentis: Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. Item: Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.

Act. 2 | Roma. 6 | Chr̃s occidẽtes ipsi uere occisi sunt. | Psal. 2j. | Psal. 7

¶ De pugna quatuor uentorum cœli, & de eo quod antiquus dierum sedit, & quod filius hominis uenit in nubibus cœli, & de iudicio mundi.

Cap. XII.

CAP. VII.

Anno primo Balthasar regis Babylonis, Daniel somnium vidit. Visio autem capitis eius in cubili suo, & somnium scribens breui sermone comprehendit, summatimq; perstringens, ait: Videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari magno, & quatuor bestię grandes ascendebant de mari diuerse inter se. Magnũ & euidens in hac uisione Christi filij dei, eiusdẽq; filij hominis testimoniũ: magnũ & amplũ huiusce reuelationis spectaculũ: quo libentius nihil aspiciant simplices oculi credentiũ, nihil dulcius audiant beneuolę aures diligentiũ deũ patrem antiquissimũ, & dei patris filiũ, hominẽ quidẽ nouũ, sed deũ nihilominus antiquũ. Quatuor inquit uenti cœli pugnabant in mari magno, & quatuor bestiæ grandes ascendebant. Quid bestiæ significauerint unus de assistentibus satis exposuit. Hę (inquit) bestię magnę quatuor, quatuor regna consurgent de terra. Sed quare uenti & quare bestiæ? Nimirũ uenti propter uanitatẽ: bestiæ propter ferocitatẽ. Vanitas uanitatum (inquit Ecclesiastes) & om̃ia uanitas. Mare magnũ est hoc seculũ. Quatuor uenti ergo cœli in hoc mari magno pugnauerunt, quia quatuor regna seculi huius status sui breuitatẽ non considerãtes, in uanũ flauerunt: regnũ Babyloniorũ propter superbiam & luxuriam, alas habenti, leænæ assimilatũ: regnũ Persarũ & Mœdorũ urso propter ferocitatem: regnũ Græcorũ pardo propter leuem sectarũ uarietatẽ: regnũ Romanorũ terribili atq; mirabili bestiæ dentes ferreos habenti propter insuperabilẽ fortitudinẽ comparatum. Quid aliud hæc regna bestialia, quàm uenti fuerunt? Venti, inquã, & uenti cœli fuerunt, non tamen cœlum possederunt, quod per superbiã contingere se putauerunt: sed ne mare quidẽ diu tenere potuerunt, quod ad horã turbauerunt atque pertransierunt. Illis ergo cũ uentosa uanitate suã præterlapsis. Aspiciebam (inquit) donec throni positi sint, & antiquus dierũ sedit. Nimirũ hæc erat dulcis imago regni dei, quod expectabat (ut superius iam dictũ est) is ipse qui hæc uidit, ciuis cœli, peregrinus huius seculi, captiuus illius Babylonis: unde & ardentior erat desiderator regni dei, ita ut uir desideriorũ mereretur uocari, & pro consolatione animæ suæ, tantas tamq; mirificas uidere uisiones eiusdẽ regni dei. Quid enim dulcius, quid ad consolationem commodius, ut uideret, optare inquam potuit? Antiquus ait dierum sedit. At ille olim in genere humano sedem non habebat, quia per præuaricationem primi hominis, regnũ peccati & mortis in hunc mundũ introierat. Ergo sedit, id est contra regni sui persuasorem diabolum iudicium constituit. Sequitur enim. Iudicium sedit & libri aperti sunt. Hoc quidem de iudicio futuro intelligitur, quia de ultimo regni diabolici rege Antichristo sic præmissum est. Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euulsa sunt a facie eius, & ecce

Bestię idem q & uenti. | Eccl's. j. | Romanũ regnũ insuperabile. | Desideriorũ uir Daniel cur dictus

oculi quasi oculi hominis erant, in cornu isto, & os loquens ingentia.] Sed subinde sequitur. [Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat & usque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnis populus tribus ac linguæ ipsi seruient.] Hoc primo certe in aduentu factum esse, certum tenet Christiana fides. Filius hominis iam usque ad antiquum dierum peruenit, iam in conspectu eius obtulimus eum, quicunque propter peccata nostra oblatum esse credimus, & confitemur eum, & quotidie in sancto altari oblationes eius sacrum celebramus mysterium. Iam dedit ei potestatem, & honorem, & regnum. Iam enim propter passionem mortis, gloria & honore coronauit eum: & constituit eum super opera manuum suarum. Nam hoc est quod cum surrexisset à mortuis, dicebat: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Et tunc omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruiunt, baptizati in nomine patris & filij & spiritus sancti, secundum eius imperium. Quid enim si qui adhuc seruituti eius contradicunt? Profecto seruitutem debent, & ab ipso pœnam recipient, propter seruilem suum timorem, propter suam ceruicosam rebellionem. Sede inquit à dextris meis, donec ponam inimicos scabellum pedum tuorum. Et subinde: Dominare in medio inimicorum tuorum. Igitur quod dictum est: Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, itemque iudicium sedit, & libri aperti sunt: maiestatem quidem personat iudicij futuri, & aduentus secundi, ueruntamen ita ut primi quoque aduentus nonnulla consideratio sit, quo idem iudicium cœpit agi, testante ipso iudidice, cum dicit: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Proinde ad laudem dei, ad gloriam regni dei, quod nunc intra nos est referre libet hæc ad primum aduentum Christi filij dei, ut uidelicet primo aduentu cœptum fateamur, quod in secundo consummandum est.

[Sacrificium altaris. | Heb. 2 | Mat. 28. | Psal. 119. | Duorum aduentuum hic fit consideratio. | Iohan. 12]

¶ Quid sint throni positi, quis thronus eius, flamma ignis & rotæ eius, ignis accensus, quid fluuius igneus egrediens à facie eius, quid iudicium sedens. Cap. XIII.

ASpiciebam (inquit) donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Aspiciebam, inquam, desiderans atque suspirans desiderio, atque suspirio, quod erat commune omnium iustorum, non ignorantium se à regno dei excidisse in Adam, & expectantium, ut in nobis recuperaret ipse regni sui gloriam. Quod & ita factum est: Throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Thronus unus & plures throni, una ecclesia est & plures sancti, quorum in cordibus ille antiquus dierum sedit: deus quippe recens in illis non fuit. Thronus eius Abraham, thronus eius Dauid, thronus eius singuli sancti, quorum in cordibus ille per fidem sedit, thronis eisdem positis, id est longa expectatione in occursum regni eius præparatis. Qualis ille sedit: [Vestimentum eius quasi nix candidum, & capilli capitis eius quasi lana munda.] Gloriosa hæc regni eius insignia sunt. Nix quippe remissionem peccatorum, lana nuditatis nostræ operimentum significat. Inde Psalmista: Lauabis me, & super niuem dealbabor. Item: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. ¶ [Thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis accensus. Fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius.] Licet ignis iræ & flamma hic intelligi possit uindictæ futuræ, tamen quoniam fluuius igneus dulciori dignior est adhuc intellectu, maxime quia sic dictum est, egrediebatur à facie eius. Quid enim non dulce, non amabile egreditur aut procedit à facie eius? Ergo fluuius igneus non iniuria, non coacta sententia, dicimus quod ipse sit spiritus sanctus, de quo Psalmista: Fluminis, inquit, impetus lætificat ciuitatem dei. Et in Esaia idem spiritus sanctus: Ecce ego declino in eos ut flumen pacis, & ut torrens inundans gloriæ gentium. Hic sine dubio fluuius egrediebatur à facie eius, unde procedens dicitur hic spiritus sanctus. Igneus autem est & rapidus, quia mentes igneas reddit, & linguas desertas atque uiuidas efficit, quod & testatus est, & ab effectu comprobauit, quando super discipulos apparuit tanquam ignis, & cœperunt loqui uarijs linguis. Linguis rapidis, ita ut silentium illis nulla posset indicere potestas seculi. Extunc thronus eius, id est ecclesia eius flamma ignis, & rotæ euangeliorum eius ignis accensus. [Milia milium ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei.] Hoc & de angelicis spiritibus recte ualet intelligi, quorum infinita nobis milia ministrant, uel assistunt ei. Verum quia de genere humano negotium est, cuius

[Thronus dei, ecclesia. | Psal. 50. | Psal. 31. | Fluuius igneus, spiritus sanctus | Psal. 45. | Esa. 66 | Act. 2 | [A]po. 5.]

cuius sibi milia deus in regnū dignatione sua acquisiuit: sic iuuat continuari. Fluuio igneo rapidoq́ꝫ egrediente à facie eius milia miliū ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei, id est, dato spiritu sancto, qui ab ipso procedit, innumerabiles homines, qui prius non erant eius per aquam & per eundē regnanti spiritui distributis ordinibus seruire cœperunt maiestati eius, alij per actiuā ministrantes ei, alij per contemplatiuā uitam assistentes ei, Plures autem in actiua ministrant, pauciores in contemplatiua assistunt ei. Bene ergo indefinita quantitate dictū est, milia milium ministrabant ei, definita uero, & decies milies centena milia assistebant ei. ¶ Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Hoc utriusqꝫ iudicij quasi confinium est, id est recta utrunqꝫ iudiciū significatiōe cōtingit. Etenim iudicium iam sedit sicut prædictum est, ut princeps huius mundi eijceretur foras: sedebit adhuc, ut idem princeps cū angelis suis: idem inquā tanquam caput cū omni corpore suo meritas recipiat pœnas. Vnde sequitur. L Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur. Et vidi quoniam interfecta esset bestia, ꝛ perisset corpus eius, ꝛ traditum esset igni ad comburendum, ꝛc. ⅃ Item libri iam aperti sunt. Apeꝛiente agno librū magnum, septem sigillis signatum, aperiente illo discipulis suis sensum ut intelligerent scripturas. Aperti inquam sunt libri, per primū iudicium, ita tamen, ut qui non uidebant uiderent, & qui uidebant cæci fierent: aperiendi autem sunt libri, libri conscientiarū, ut iudicentur singuli ex his quæ ibi scripta sunt. Iohan. 12. Lucæ. 24 Iohan 9.

¶ De ueniente filio hominis, qūo usqꝫ ad antiquū dierū peruenit, & dedit ei potestatem & honorem & regnum. Cap. XIIII.

MAnifeste quidē hactenus conscriptū est iudicium diuinum, sed non dictum est: qualē per manū siue personā sit agitandū. Non enī iudicabit per semetipsum ille antiquus dierum, quia pater non iudicat quenq̄. Et si throni huic positi sunt, non consequitur, ut sedeat ad iudicandum, ut cū uestimento niueo siue candido & capite cano ad proferendā naturā, sententiam uisibiliter atqꝫ localiter sessurus expectetur iste antiquus dierū. Itaqꝫ nondū dictum est, quæ uel qualis factura sit iudicium persona. Sed quid sequitur. L Aspiciebam ergo in visione noctis, ꝛ ecce cum nubibus cœli, quasi filius hominis veniebat, ꝛ vsqꝫ ad antiquum dierum peruenit, ꝛ in conspectu eius obtulerunt eum, ꝛ dedit ei potestatem, ꝛ honorem, ꝛ regnum, ꝛ omnes populi tribus ꝛ linguę ipsi seruient. Potestas eius potestas ęterna, quę non auferetur, ꝛ regnum eius quod non corrumpetur. ⅃ Igitur quod in euangelio suo prædicat ipse fili⁹ hominis, pater non iudicat quenq̄, sed omne iudicium dedit filio, hæc prophetica uisio lucido satis defendit testimonio. Quæ autē causa uel ratio est, ut iudiciū faciat hic potius filius hominis q̄ pater, nisi quia filius hominis est? Sic & ipse cū dixisset, & potestatē dedit ei, & iudicium facere, cōtinuo, quasi quæreres quo iure, quo ordine iustitiæ filius iudicet magis q̄ pater: quia inquit filius hominis est. Ac si diceret: Quia persona filij sese operosius impēdit ad reparationem mundi, in tantū, ut fieret filius hominis: sola quippe hæc persona incarnata & passa est pro salute mundi: recte ergo potestatē habet iudiciū faciendi, ut sola iudicet persona, quæ sola redemit, id est ut in iudicio sola spectetur persona filij, secundū formam uisibilem, formā serui, in qua semetipsam sola exinaniuit. Quoniā ad alia properamus, & hæc cæteraqꝫ à patribus doctissimis pertractata sunt: iam ad septimū prophetæ huius accedamus præconiū, quo regni dei quod expectabat edicere meruit, tempus quoqꝫ præfinitū. Iohan. 5. Iohan. 5. Cur filius potius q̄ pater iudicabit.

¶ Quomodo supputentur septuaginta hebdomades, de quibus dicitur ad prophetam, septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populū tuū ut consumetur præuaricatio, &c̄. & ungatur sanctus sanctorū. Cap. XV.

IN anno primo Darij filij Assueri de semine Medorum qui imperauit super regnum Chaldęorum (cum inquit Daniel) loquerer ꝛ orarem ꝛ confiterer peccata mea, ꝛ peccata populi mei Israhel, vt prosternerem preces meas in conspectu dei mei pro monte sancto dei mei, ad me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini ꝛ docuit me, ꝛ locutus est mihi, dixitqꝫ: Daniel, nūc egressus sum vt docerem te, ꝛ intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo, ego CAP. IX.

autem veni ut indicarem tibi quia vir desideriorum es. Tu autem animaduerte sermonem, & intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam, vt consumatur præuaricatio, & finem accipiat peccatũ, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorũ. Scito ergo, & animaduerte ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Hierusalem vsq; ad Christũ ducem hebdomades septem, & hebdomades sexagintaduæ erunt, & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum. Ezra narrante didicimus quod Neemias cũ esset pincerna regis Artarxersis, uicesimo anno regni eius, mense Nisan impetrauerit ab eo restaurari muros Hierusalem, tẽplo multo ante permittente constructo, ipsumq; opus (ut dictũ est) in angustia temporis perfecerit adeo, scilicet à finitimis gentibus impugnatus, ut structiores singuli gladio renes accincti, una manu pugnasse, alia murũ recuperasse narrentur. Ab hoc ergo tempore usq; ad Christũ ducẽ hebdomadas septuaginta cõputa, hoc est annos duodenorũ mensium lunariũ. CCCCXC. qui sunt anni solares. CCCCLXXV. Siquidẽ Persæ à præfato uigesimo anno regis Artarxerxis usq; ad mortẽ Darij, regnauerũt annis. CXVI. & hinc Macedones usq; ad interitũ Cleopatræ annis trecentis. Inde Romani usq; ad septimũdecimũ Tyberij Cæsaris annũ. monarchiã tenuerũt annis quinquagintanouẽ, qui sunt simul (ut diximus) anni. CCCCLXXV. & cõtinentur circulis decẽnouenalibus. XXV. Decies nouies enim uiceni & quini fiũt. CCCCLXXV. Et quia singulis circulis embolismi septẽ accrescũt, multiplica uigintiquinq; per septẽ. CLXXV. quæ sunt embolismi mẽses. CCCCLXXV. annorum Si ergo uis scire quot ãnos lunares facere possint, partire cẽtũ septuagĩtaquinq; per duodeci. Duodecies deni & quaterni. CLXVIII. Quatuordecim ergo annos faciũt & remanẽt mẽses septẽ. Hos iũge ad supra scriptos. CCCCLXXV. fiunt simul. CCCCLXXXIX. Adde & mẽses superfluos septẽ, partẽq; octauidecimi anni imperij Tyberij Cæsaris quo dñs passus est, & inuenies à tempore præfinito ad eius usq; ad passionẽ, hebdomadas septuaginta abbreuiatas, hoc est annos lunares. CCCCXC. Ad eius uero baptismũ quando unctus est sanctus sanctorum descẽdente super eũ spũ sancto sicut colũbã, nõ solũ hebdomadas septẽ & sexagintaduas fuisse cõpletas, sed & partẽ iã septuagesimæ hebdomadis inchoatã. Et post hebdomadas (inquit) septuagintaduas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eũ negaturus est. Nõ statim post sexagintaduas hebdomadas, sed in fine septuagesimæ occisus ẽ Christus: quã ideo quãtũ cõijcere possumus, segregauit à cæteris, quia de hac erat plura relaturus. Nam & Christus in illa crucifixus ẽ, & à populo perfido, nõ modo in passiõe, uerũ cõtinue ex quo à Iohãne prædicari cœpit, negatus est. Quod aũt sequitur. Et ciuitatẽ, & sanctuariũ dissipabit populus cũ duce venturo, & finis eius vastitas, & post finẽ belli statuta desolatio. Non ad septuaginta hebdomadas pertinet. Prædictũ enim fuerat, quod ipse hebdomodes ad Christi usq; ducatũ pertingerẽt. Sed scriptura prædicto aduẽtu & passiõe ipsius, quid etiã post hãc populo qui eũ recipere nollet esset euenturum ostẽdit. Ducẽ enim uenturum, Titũ dicit, qui quadragesimo anno dominicæ passionis ita cũ populo Romano ciuitatẽ & sanctuariũ dissipabit, ut nõ remaneret lapis super lapidẽ. Verũ his per anticipationẽ prælibatis, mox ad exponendũ hebdomadæ quã omiserat redijt euentũ. Confirmabit aũt pactũ multis hebdomadis, vna: Hoc est ipsa nouissima, in qua uel Iohãnes Baptista, uel dñs & apostoli prædicãdo multos ad fidem cõuerterunt. Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificiũ. Dimidiũ hebdomadis huius septuagesimæ quintusdecimus annus Tyberij Cæsaris erat, quãdo inchoato Christi baptismate, hostiarum purificatio fidelibus paulatim uilescere cœpit. Itẽ quod sequitur Et in tẽplo erit abominatio desolationis, & vsq; ad consummationẽ et finẽ perseuerabit desolatio. Ad sequentia tempora respicit.

Marginalia: 2. Esdræ. 2 & 2. Esdræ. 4 — Annorũ supputatio. — Tytũ uenturum prædicit Daniel Lucæ. 19

¶ De oratione Danielis, quomodo secũdũ illã responsum ei sit, cũ uideatur orasse pro soluenda illa, quæ tunc fuit captiuitate Babylonia, & quasi ecõtrario maior enũcietur ei futura Iudæorum uastitas. Cap. XVI.

HVius prophetiæ ueritatem, & historia ueterũ & nostrorum hodieq; temporum testatur euentus. Verum si solam literam spectes, nunquid huiuscemodi responsa Danielis oratio flagitabat? Dixerat enim. Ego Daniel intellexi in libris numerum

merum annorum, de quo factus est sermo domini ad Hieremiã prophetã, ut com plerentur desolationis Hierusalẽ septuaginta anni.] Ac deinde orãs. [Auertatur (inquit) obsecro ira tua & furor tuus a ciuitate tua Hierusalem & monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrũ nostror, Hierusalẽ & populus tuus in obprobriũ sunt omnibus per circuitũ nostrũ. Nunc aũt exaudi dñe de⁹ noster orationẽ serui tui, & preces eius, & ostende faciẽ tuã super sanctuariũ tuũ quod desertũ est. Propter temetipsum inclina deus meus aurẽ tuã & audi, aperi oculos tuos & vide desolationẽ nostrã, & ciuitatẽ super quã inuocatũ est nomen tuum.] Ita si solã literã spectes, nihil inuenis præter illã septuaginta annorũ Babyloniã captiuitatẽ, nihil præter ciuitatis & tẽpli manufacti cineres qđ deploret aut recuperari desideret. Verũ si ita erat, si hoc tantũ in uotis habebat: nunquid opportunam pro re consolationẽ accepit? Nõne potius contraria uotis audiuit? Non eñ dictũ est illi, ædificabitur Hierusalẽ, & templũ renouabitur atq; omnis cultus cerimoniarum, sed quod his ualde contrarium est. Occidetur inquit Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est, & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce uenturo, & finis eius uastitas, & post finem belli statuta desolatio, & deficiet hostia & sacrificium: & in templo erit abominatio desolationis, & usq; ad consummationem & finem perseuerabit desolatio. ¶ Igitur cum dicit: Ego Daniel intellexi in libris numerũ annorũ, de quo factus est sermo dñi ad Hieremiam ꝓphetã, ut complerentur desolationis Hierusalẽ septuaginta anni, uigilanti lectori illud se spiritu prophetico intellexisse insinuat, qđ hodie reuelata facie uidet Chri ecclesia, scilicet captiuitatẽ illã, unius populi Iudaici fuisse imaginem alterius magnæ captiuitatis, quæ uno peccante Adam, uniuerso generi humano accidit: & illos septuaginta captiuitatis annos, tempus omne significasse, quo populus dei peregrinatur in hoc seculo. Quid eñ magnum erat intellexisse, qđ palam omnibus uerba sonabant Hieremiæ prophetæ? Ergo cum dicit, orans exaudi domine deus noster orationem serui tui, & preces eius, & ostende faciem tuam super sanctuariũ tuum, quod desertum est, &c. cum inquam hæc dicit, sub istis uocibus res maiores intendit & sic illam captiuitatem solui optat, ut pro maiore solicitus sit, leniter laturus aliud maius templi uel ciuitatis excidium, defectum quoq; hostiæ & sacrificij, perpetuamq; desolationẽ templi abominabilis, dummodo fiat quod erat necessariũ, ut scilicet cõsummetur præuaricatio, & finẽ accipiat peccatũ, & deleatur iniquitas & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio, & ungatur sanctus sanctorum.

¶ De septuaginta annis captiuitatis qñ teste scriptura sacra cõpleti fuerit, & qũo de illis Iosephus sibimet contraria scripserit. Cap. XVII.

POrrò cum captiuitas illa Iudaici populi, captiuitatem significet peccati, quæ uniuerso (ut dictum est) generi humano accidit: consequenter eiusdem relaxatio captiuitatis saluationem significat mundi, & ut secundum uerba scripturæ huius loquamur, typus fuit cõsummãdæ ꝑuaricationis, finiendi peccati, delẽdæ iniquitatis, adducendæ iustitiæ sempiternæ, implendæ uisionis & prophetiæ, ungendi sancti sanctorũ, q̃ & ipse templũ uerũ, templũ non manufactũ, rex & fundator ciuitatis, in qua dignaretur homo nasci. Itaq; de ipsa captiuitatis relaxatione, tẽpliq; reædificatione, pauca dicturi, iuxta nostri tenorem propositi, dicamus primo iuxta literam de ipsis septuaginta annis: Cũ cœperit (inquit Hieremias) impleri in Babylone septuaginta anni, uisitabo uos, & suscitabo sup uos uerbum meum bonũ, & reducam uos ad locum istũ, ait dominus: Anno autem primo Cyri regis Persarũ, ad implendum sermonẽ domini quẽ locutus fuerat per os Hieremiæ, suscitauit dñs spiritũ Cyri regis Persarũ, & transduxit uocẽ in uniueso regno suo, etiã per scripturã dicẽs: Hæc dicit Cyrus rex Persarũ. Omnia regna terræ dedit mihi dñs deus cœli, & ipse ꝑcepit mihi, ut ædificarẽ ei domũ in Hierusalẽ, q̃ est in Iudæa, &c. Impedientibus autem Samaritis intermissum est opus usq; ad annum Darij secundum. Illo anno septuagesimus captiuitatis Hierusalẽ annus impletus est, ut uult Eusebius, testẽ adhibẽs Zachariã prophetã, apud quẽ secũdo anno Darij loquitur angelus: Dñe exercituũ usquequo tu non misereberis Hierlm, & urbiũ Iuda, q̃bus iratus es? Iste septuagesim⁹ annus est. Itẽ q̃rto Darij anno dicit idẽ ꝓpheta, Cũ ieiunaretis, & plãgeretis post hos septuaginta ãnos, nũq̃d ieiuniũ ieiunastis

Hiere. 25. 29. I. Esdræ. I. Hiere. 25. 29. Eusebius Zacha. I. Zach. 7

mihi? Sexto Darij anno templi ædificatio completur, die tertia mensis Adar, qui est quadragesimussextus annus, ex quo eius fundamenta sub Cyro iacta sunt. Vnde in euangelio dicunt Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatũ est templũ hoc. Cœperunt autẽ ædificare anno secundo Darij, mense sexto, die uicesimaquarta, & anno sexto, ut dictum est, mense duodecimo, die tertia cõpleuerunt. Ex quo apparet opus tẽpli, & antea non parua ex parte peractũ. Consentit hic Iosephus in antiquitatũ libro, scribens templũ & Hierusalem, & omnem Iudæã septuaginta annis permansisse desolatam. Qui rursus numerando reges Babylonis, si tamen ipse sic scripsit, & non codex fallit mẽdosus, cõferens annos ab euersa Hierusalem usq; usq; ad euersionem regni Chaldæorũ colligit. Scribit eñ post Nabuchodonosor, q teste scriptura sacra, uigintiquinq; post euersam Hierusalẽ uixit annos, Euilmerodach filiũ eius regnasse annis octodecim: post quẽ Egesar filiũ eius. XL. & huic successisse Iasordach mensibus nouẽ, atq; hoc defuncto ad Balthasar qui Naboon nũcupatus est, transisse imperiũ, eiusq; anno decimoseptimo à Cyro & Dario regib⁹ captã esse Babyloniã. Hic Darius Danielẽ prophetã assumens ad se, in Mediã duxit, & omni eũ honore celebrauit. Fiũt autem anni centũ, superadditis mẽsibus nouẽ secundũ Iosephũ, si tamẽ (ut dictũ est) ipse sic scripsit, & non mendosus codex fallit. Tradunt Hebræi, ut beatus Hieronymus ait, huiuscemodi fabulã. Post septuagesimũ annũ, quo Hieremias captiuitatem populi Iudæorũ dixerat esse soluendã, de quo & Zacharias in principio uoluminis sui loquitur, irritam putãs dei pollicitationem Balthasar, falsumq; promissum, uersus in gaudium fecit grande conuiuium insultans quodammodo spei Iudæorum, & uasis templi dei. Sed statim ultio consecuta est. Nunc ad incepta redeamus.

[Margin: Iohan. 2. — Iosephus lib. antiq. ij. — Lib. antiq. io cap. i4. — Fabula Hebræorum.]

¶ De Cyro rege q̃uo secundũ uaticiniũ Esaiæ prophetæ Christo assimilatus fuerit, maxime, quia populũ dei liberauerit, & in patriã remiserit. Cap: XVIII:

IVxta mysticos sensus Cyrus rex dominũ saluatorẽ & nomine designat & factis. Hoc non ex nostra coniectura, sed ex manifestis Esaię uerbis dicimus, quibus ex persona domini dicebat: Assimilaui te, & non cognouisti me. Assimilauit nanq; eũ deus filio suo, quamuis ipse deum se assimilantem minime cognouerit. Sed dicis: In quo eum assimilauit? Primum in eo, quod Christum suum illum cognominare dignatus est, ita dicendo. Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subijciam ante faciem eius gentes, &c̃. Deinde quod eum Cyrum, quod interpretatur hæres, multo antequã nasceretur, uocandum esse disposuit. Hoc eñ uocabulum recte congruit illi, cui dicit idem deus pater: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. De quo & apostolus ait: Quem constituit hæredem uniuersorum, per quem fecit & secula. De quo etiam in carne apparente inimici persequentes dicebant. Hic est hæres, Venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Assimilauit ergo Cyrum dominus deus unigenito suo, deo & domino nostro Iesu Christo: quia sicut illo destructo Chaldæorum regno, populum dei liberauit, ac in patriam remisit, templumq; quod erat incensum in Hierosolymis reædificari præcepit, & hoc ipsum edictum etiam per literas manifestare curauit, ut implerentur uerba Hieremiæ prophetæ, quibus hoc futurum esse prędixerit: ita mediator dei & hominum, destructo per orbem diaboli regno, electos suos qui erant dispersi ab eius tyrannide reuocatos in suã congregat ciuitatem cœlestem ueram Hierusalem, id pacis uisionem, & hoc ipsum per literas manifestat, sanctas uidelicet in mundum uniuersum mittendo scripturas, quibus fidem sui nominis ac spem salutis, cunctis qui ad regnum suum pertinent, hoc est electis omnibus p̃dicat. Nihilominus quod in scriptura sua dixit idem Cyrus: Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli, ueraciter soli conuenit maiestati eius, qui dixit: Data est mihi oĩs potestas in cœlo & in terra. ¶ Cæterũ minus uerũ uidetur sonare, quod ille oĩa sibi regna terræ à deo tradita dicit, nisi forte intelligendũ, ꝙ eo tẽpore quo hæc scripsit, nullũ sui regnum aduersarium habuerit: uel certe uicto, destructo, atque exhausto tam robusto, tamq; antiquo Chaldæorum imperio, nullũ suo regno in toto orbe resistere posse crediderit. Credendũ autẽ est maxime, ex illa Esaiæ prophetia hunc Cyrũ regem dilexisse filios Israhel, eosq; de captiuitate exemptos domũ remisisse, ac templum reædificare iussisse domini dei eorũ. Audierat quippe tam Esaiam q̃ Hieremiã prophetã eorũ per spiritũ dei de regno suo & Babylo-

[Margin: Esa. 45 — Ibidem. — Psal. 2. — Heb. j. — Mat. 2j. — Mar. j2. — j. Thes. 2 — j. Esdr. j. — Mat. 28. — Oĩa regna q̃modo tradita Cyro. — Esa. 45]

niorum

niorum destructione fuisse prælocutum. Nam & spiritualiter ipsum genus expugnationis quo Babyloniam cepit expresserant ijdem prophetæ. Quorũ Esaias: Qui dico inquit profundo, desolare, & flumina tua arefaciam. Porrò Hieremias: murus Babylonis ille latissimus suffossione suffodietur, & portæ eius excelsæ eius igni comburentur. Narrãt em̃ historiæ, quia diuiso atq; exinanito per plurimos riuos flumine Euphrate qui per medium Babylonis influebat: per arefactum ac desolatum eius profundum urbem hostis intrauerit. Non ignoramus quæ de hac ciuitatis uel templi ædificatione in libro continentur Ezræ & Neemiæ, cũcta spiritualibus plena mysterijs esse: sed nos ꝓpositi itineris longitudine deuocamur, ne diu multum locis singulis immoremur. Pauca ergo contingemus secundum peconia Aggæi & Zachariæ prophetarum, qui illo tempore magno spiritu prophetauerũt. Magni quippe spiritus isti prophetæ fuerunt, ut aduersus tanti regis edictum, & Samaritanos, gentesq; cunctas per circuitum ædificationem templi domini impedientes, iuberent templum extrui, sicut scriptum est: Itaq; exemplum edicti regis Artarxersis lectum est coram Reumbeeltheem & Samsai scribam & consiliarijs eorũ, & abierunt festini in Hierusalẽ, ad Iudæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore. Tunc intermissum est opus domus dei in Hierusalẽ, & non fiebat usq; ad annũ secũdũ Darij regis Persarum. Prophetauerũt aũt Aggæus propheta & Zacharias filius Addo, prophetãtes ad Iudæos qui erãt in Iudæa & Hierusalẽ, in noĩe dei Israhel: Tunc surrexerũt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedech, & cœperũt ædificare templũ dei in Hierusalẽ, & cũ eis prophetæ dei adiuuantes eos. Esa. 44. Hiere. 51. j. Esdræ. 4. j. Esdræ. 5.

¶ De prophetia Aggæi prophetæ qui tempore illo quo cũ reædificaretur templũ gloriã spiritualis domus domini prophetauerit, & desideratũ cunctis gentibus uenturũ prænunciauerit. Cap. XIX.

PRim⁹ eorũ Aggæus, dicit: [Et nunc confortare Zorobabel, dicit dominus & confortare Jesu fili Josedech sacerdos magne & confortare omnis populus terre dicit dominus exercituum, & facite quoniã ego vobiscũ sum dicit dominus exercituũ. Uerbũ quod pepigi vobiscũ cum egrederemini de terra Aegypti, & spũs meus erit in medio vestrũ. Nolite timere, q2 hec dicit dñs exercituũ. Adhuc vnũmodicũ est, & ego commouebo cœlũ & terrã & mare & aridã & mouebo oẽs gentes, & desideratus veniet cuntis gentibus, & implebo domũ istã gloria, dicit dominus exercituum. Meum est argẽtum, & meum est aurum dicit dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissime plus q̃ prime, dicit dominus exercituum, & in loco isto dabo pacem, dicit dominus exercituum.] Vel hoc solũ quod dixit, & ueniet desideratus cunctis gentibus, auditorem percellere potest, ut dormitãtes oculos apiat, atq; de terra in cœlũ subleuet: nec putet de domo illa inanimata & lapidea dictũ, & implebo domũ istam gloria: & magna erit gloria domus istius nouissimæ plusq̃ primæ. Primo itaq; sacramentum cerne trinitatis. Ego inquit sum uobiscum, & spiritus meus, & uerbum in quo posui testamentum cũ egrederemini de Aegypto. Q autẽ dicit, in medio uestrũ iuxta illud sentiendũ, quod in euangelio scriptum est: Medius uestrum stetit, quẽ uos nescitis, qui post me uenit. Hæc ergo dicit dominus exercituũ ad uos, qui uidetis domũ priorẽ sic esse quasi non sit. Moui cœlũ, quando de cœlo audita est uox mea: Vos em̃ uidistis, ꝙ de cœlo locutus sim uobis. Moui terram, quando priori populo tradidi testamentum meum, & ĩ adiutorio meo caligo, turbo, tenebræq; cernebãtur. Moui mare rubrum, quando uiam præbui populo transeunti. Moui aridã scilicet uł Aegyptũ, per plagas cultu dei uacuãs uel solitudinẽ per quã quadraginta annis populus circuiuit. Hæc adhuc semel mouebo. Tẽpore quippe passionis dominicæ fugiente sole, cœlũ motũ est, & tenebræ factæ sunt usq; in horã nonã super omnẽ terrã. Vere em̃ postq̃ uenit ille desideratus cũctis gẽtibus, motæ sunt oẽs gẽtes, & ĩpleta ẽ gloria dom⁹ dñi, & quãto dñs distat à seruo tãto domus ista melior est cui præest dñs, à domo priore cui ꝑfuit seruus. Illustrior quippe fit ecclesia, quàm quondam fuerat synagoga. ¶ Veruntamen propius adhuc inhærere libet sensui quẽ supra tenere ĩcepim⁹. Dixim⁹ em̃ prioris dom⁹ descriptionẽ. i. Babyloniã captiuitatem qua & ciuitas Hierusalẽ destructa, & templũ igne succensum est, typũ uniuersalis fuisse captiuitatis, qua ĩ Adã uniuersitas captiua est generis hũani, à rege Babylonis, à principe huius mũdi, AGGEI. II. Trinitatis mysterium. Iohan. j. Exo. 20.

mundi, à diabolo rege confusionis. Dicamus ergo, imò dicentem audiamus dominũ super hoc. Magna erit gloria dom⁹ istius nouissimæ plus q̃ primæ. Quod ut fiat: ueniet inquit desideratus cunctis gentibus. Nimirũ ecce uidemus, ecce credimus, & confitemur humanam naturã per huius desiderati aduentũ supra primæ originis reparatã esse dignitatem. Si domus domini, quæ sumus nos, igne diabolicæ confusionis exusta non fuisset in Adam: deus dei filius nostrã non suscepisset naturã, gloria & honore, propter passionẽ mortis coronandam. Si deus nostrã, id est humanã, non suscepisset naturã eadẽ natura nostra supra dignitatem non ascendisset angelicam. Nunc autẽ tanto omnẽ caro nostra superexcessit creaturam ut sanctæ trinitatis confitentes gloriam, hominẽ, humanã in altitudine admirantes suspicia-
Maior gloria ecclesiæ q̃ synagogæ fuit. mus naturã: dei nanque & hominis utraq; in una filij persona confitemur, & adoramus substantiam. Igitur magna est gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ: maior quippe multo nunc est beatitudo congregationis nostræ, qui tanto duce, tam glorioso congregamur principe, quàm si nunquã nos in primo parente conflagrasset diabolicæ flammæ inui-
Aggæi. 2 dia. ¶ Iuxta hunc sensum quo pertinuit dicere, meũ est argentũ, & meũ est aurũ? Ad hoc ut respondeamus, quærimus primo quod argentũ, quod uel quale dei sit aurũ? Hinc iam Psal-
Psal. 11. mistã prædicantẽ audimus. Eloquia domini, eloquia casta, argentũ igne examinatũ. Item:
Psal. 18 Iudicia domini uera iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurũ, & lapidem pretiosum multũ. Ergo diuitias suas exponere uolens quibus gloriosam faceret domũ suam: meum est
Quo auro & argẽto exornarit Chr̃s ecclesiam suam inquit aurũ, & meum est argentũ, dona sua significans, quæ daturus erat hominibus, quemadmodũ de eodem desiderato scriptura loquitur. Ascendens in altũ captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Et iam quidẽ uenit iste desideratus, sed primo aduentu eius
Psal. 67 non adeo cõmota sunt cœlũ & terra & mare & arida: neque apparuit adhuc, aut impleta est
Ephe. 4. magna domus eius gloria. Nunc (inquit Iohannes) filij dei sumus, & nondũ apparuit, quid
1. Iohan. 3 erimus. Scimus quoniam cũ apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eũ sicuti est. Sed neque desideratus adhuc erat cunctis gentibus, quippe à quibus nesciebatur. Igitur q̃d præmiserat, quoniam ego uobiscũ sum, uerbũ quod pepigi uobiscũ, cum egrederemini de terra Aegypti, & spiritus meus erit in medio uestrũ: quibus uerbis (ut iam diximus) breuiter expressum est sacramentũ trinitatis, ad primum spectat aduentum huius desiderati, per quem factũ est, ut spiritualiter egrederemur de terra Aegypti, baptizati in nomine patris,
Mouẽdos cœlos & terram q̃uo prædicit Aggæus & filij & spiritus sancti. ¶ Hoc animaduerso, iã quæstione non indiget quod sequitur, quia ueraciter adhuc unũ modicum est, & ego inquit cõmouebo cœlum & terram, & mare, & aridam: illa uidelicet commotione quæ in euangelio his uerbis exprimitur. Et erunt signa in
Lucæ. 21. sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris, & fluctuum: arescentibus hominibus, præ timore & expectatione quæ superuenient uniuerso orbi. Nam uirtutes cœlorum mouebuntur. Itaque qui primo uenit occultus, secundo adueniet aduentu manifestus, motis cœlo & terra, & mari, & arida, & motis cunctis gentibus, quemadmodũ ibidẽ continuo dicitur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna & maiestate. Veniet inquam iam tunc desideratus cunctis gentibus, id est fidelibus suis electis, & congregatis, ex omnibus gentibus. Tunc apparebit ista domus gloria quæ hic promittitur, & de qua illic continuo sequitur. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra, quoniã appropinquat redẽptio uestra.

¶ De prophetia Zachariæ sub eodem tempore quomodo dicat, Et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotẽ, &c. & quomodo pro Iesu Christo deus pater increpauerit Satan.

Cap. XX.

POst hunc, uidelicet Aggæũ paulo iunior, id est duobus mensibus tardius prophetare incipiens, Zacharias filius Barachiæ secundũ nomen suũ memor dñi, & secundũ nomen paternũ benedictus dñi, dũ & ipse cũ Aggæo, q̃d interpretat̃ festiuitas magna spe & fide in dominum, ciuitatẽ Hierusalem extrui persuadet, uel rege prohibente,
ZACH. III. uel gentibus, hoc modo memor est domini Iesu sacerdotis magni. L Et ostendit mihi dominus Jesum sacerdotem magnũ stantẽ corã angelo dñi, & Satan stabat a dextris eius, vt aduersaretur ei. Et dixit dominus ad Satan: Increpet dñs in te Satan, & incre

& increpet dominus in te, qui elegit Hierusalem, &c. ⌋Quomodo Hebræi locũ illum edisserãt nõ magni pẽdẽtes, quorũ oĩs Iudæorum sensus caro est: qa soli literæ carnaliter inhæret: Iesum hic proprio nomine designatũ intelligimus, id est saluatorẽ nostrũ. Ipse est enim, quẽ anteq̃ ueniret, multi iusti & prophetæ, quorũ hic Zacharias unus est, uidere desideraverunt, & non uiderunt. Attamen aliqua sub imagine uidisse, imò præuidisse multũ fuit. Ergo lætabundus hic dicit: Et ostendit mihi Iesum sacerdotem magnũ uidelicet prophetica ostẽsione, quomodo sanctis prophetis peccata sua uel populi lugentibus pro consolatione magna solitus est illũ deus ostendere. Nõ suffecerat dixisse sacerdotẽ, nisi addidisset magnũ, qa uidelicet nõ de pluribus sacerdotibus, qui morte prohibentur permanere, sed super oẽs est sempiternũ habens sacerdotiũ, eo q manet in æternũ: ad quẽ dictũ est: Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinem Melchisedech. Stantẽ quoq; dixit, id est stabili gradu consistentem imò uultui dei pro nobis assistentẽ, & paratũ illi ad obediendũ usq; ad mortẽ coram angelo domini, id est secundũ beneplacitũ uerbi plena diuinitate corporaliter in se inhabitantis, qd est angelus magni consilij, nõ q aliter & aliter sit, aut duas personas recipiamus in filio, sed q idẽ atq; unus Christus Iesus, ut deus susceptæ humanitati imperet atq; ut homo diuinitati uerbi sibimet uniti obtemperet. ¶ Et Satan stabat à dextris eius, ut aduersaretur ei, subaudiatur, sed non præualuit: Venit em̃, inquit, princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Eo usque uenit & stetit, atque aduersatus est ei, donec faceret eum interimi: sed hoc totum est à dextris eius, id est ad perfectum gloriæ eius. Nam propter hoc deus, & Sathan increpauit, & illum exaltauit, dando illi nomen, quod est super omne nomen. Increpauit inquam illum unus deus pater & filius & spiritus sanctus. Quapropter sic pulchre dictũ est: Et dixit dominus ad Satan: Dominus de domino dixit, & utiq; pro domino sacerdote magno dixit. Quid autem increpando Sathan pro domino filio fecit dominus pater, dominus spiritus sanctus? Eiecit illum foras, iuxta illud: Nunc iudicium est mundi, nũc princeps huius mundi eijcietur foras. Increpando quippe illum dominus, qui elegit Hierusalem, per passionem Christi eiecit eũ foras tanquam hostem, imò latronem de regno suo tanquã adulterũ de cubiculo suo. Hierusalem quippe intellectualis illa ciuitas dei & sponsa, quam Satan uelut latro deprædatus fuerat: uelut adulter in primo homine per serpentem commaculauerat. ⌊ *Nunquid ait non iste est torris erutus ex igne?* ⌋Tanquam diceret Sathan. Quo iure dominus me increpet? Quo iure foras eijciar? Impurissime Satan, nunquid non iste ad quẽ uenire, cui aduersari ausus es, mortuus cũ peccatũ non fecisset, ad inferna descendit, & uelut si torris eruatur ex igne, ita semetipsum excussit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat illum ab eo teneri?

Omnis Iudæorum sensus caro est. Lucæ, 10 Psal. 109 Iohan. 14. Philip. 2 Iohan. 12 Increpat deus diabolũ pro ecclesia. Act. 2

¶ Quomodo Iesus indutus erat uestibus sordidis, non suis sordibus, sed alienis, & quomodo ablata sunt ab eo uestimenta sordida, & cydaris munda super caput eius posita. Cap. XXI.

Et Iesus erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciem angeli. Qui respondit, & ait ad eos qui stabant coram se, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstuli a te iniquitatem tuam: & indui te mutatorijs. Et dixit: Ponite cydarim mundam super caput eius. Et posuerunt cydarim mundam super caput eius, & induerunt eum mutatorijs ⌋Quomodo hic Iesus erat indutus sordidis uestibus? Eo nimirũ modo, iuxta quem & alius propheta loquitur: Et ascendit sicut uirgultũ coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Nõ est ei species neq; decor. Et uidimus eum, & non erat aspectus, & considerauimus eũ despectũ & nouissimũ uirorũ, uirum dolorũ, & scientem infirmitatem. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nr̃os ipse portauit. Et nos putauimus eũ quasi leprosum & percussum à deo & humiliatum, &c. Talis itaq; .i. sordidis indutus uestibus, stabat Iesus ante faciẽ angeli .s. i agonia passionis. Vbi si angelum usitato uocabolo accipimus, nihil impedit, immò & magis placet, iuxta ueritatem euangelij. Cum enim factus in agonia prolixius oraret, & fieret sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, quod erat sine dubio indutum esse sordidis uestimentis infirmitatis: apparuit illi angelus de cœlo confortans eum. Nec mirum. Nam minuisti eum

Esa. 53 Lucæ. 22

Psal. 8 eum (inquit Psalmista) paulo minus ab angelis, uidelicet in eo quod semetipsum exinaniuit
Philip. 2 formam serui accipiens. Sed auferte inquit uestimenta sordida ab eo. Dixerit hoc angel⁹ in persona dei, subiungens etiam, ponite cydarim mundam super caput eius. Dicamus autem nos quia iam factum est, quia per passionem mortis uestimenta sordida Iesus sacerdos magnus deposuit, id est cōditionem mortalitatis exuit cū peccatis & iniquitatibus omnium no-
Psal. 8 strū, quas in se suscepit: resurgēdo autem à mortuis indutus est mutatorijs, & posita est, cy-
Roma. 6 daris munda super caput eius, unde & cū psalmis canimus: Gloria & honore coronasti eū. Et cū apostolo: Christus resurgēs ex mortuis, iam nō moritur, mors illi ultrà nō dominabit.

¶ De eo quod dicitur, Ecce ego adducam seruum meum orientem, &c.

Cap. XXII.

Caeterum & quotidie sordida magni sacerdotis huius uestimenta tolluntur, & ipse mutatorijs induitur: quotienscunq; corporis eius, quod est ecclesia, peccata lauātur, superductis iustitiæ operibus, iuxta hanc uerā rationem quod ille caput & ecclesia corpus: ille inquā caput, & nos membra sumus, quod hactenus de hoc sacerdote magno dicebatur de capite intellexerimus, quæ post hæc dicuntur de corpore intelligamus.
Zach. 3. [Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui qui tecum habitant coram te, quia viri portendentes sunt. Ecce enim ego adducam seruum meum orientem, quia ecce lapis quem dedi coram Iesu, super lapidem vnum septem oculi sunt.] Et post aliq. Et educet lapidem primarium, & exequabit gratiam gratię eius.] Audi inquit Iesu sacerdos magne, imò audi ecclesia, corpus Iesu sacerdotis magni, genus regale & sacerdotale: & audiant amici, qui habitant corā te, id est apostoli & prophetæ uere amici, parati uidelicet propter te animas ponere, & idcirco habitantes coram te, ut pugnent moriendo, moriantur pro te pugnando, unde & uiri portendentes, id est magnorū exemplorum authores, uel magni futurorum præcones sunt. ¶ Ecce eñ ego adducam seruū meum oriētem, id est Christū filium meū, seruum meū secundū susceptam serui formā: orientē, id est Christū secūdū sempiternæ diuinitatis lumen. Quia ecce lapis quē dedi coram Iesu, super lapidē unū
Chrūs seruus oriens, lapis primarius. septem oculi sunt. Nimirū inde dixi orientem, quia septē oculis totū illuminat orbem. Nam ipse qui seruus propter assumptam hominis naturā, ipse oriens propter septiformem diuinitatis plenitudinem corporaliter in se habitantē, ipse lapis ꝑpter mysterij causam præsentē, id est ꝑpter ciuitatis uel templi cœlestis ædificationē, cuius in typū ciuitas illa ædificari incipiebat, cū istam propheta uideret uisionē. Quæ cū ita fuit, perspicuū est cur deinde dicat: &
Zach. 4. educet lapidem primariū. Etenim nos quotquot superædificamur, lapides uiui dicimur: hic autem non solum lapis uiuus, sed lapis quoq; dicitur primarius, ob causam hanc, quia septē oculis est perlucidus, & quia homo fieret ut nobis in fundamento supponeretur, idē in principio erat deus. Sequitur aūt: [Et exequabit gratiam gratię eius.] Num ergo æquales illi erimus? Non utiq;, quia nos adoptiui, ipse aūt naturalis dei filius. Nec sic dictū est, & exæquabit gratiā naturæ eius, sed exæquabit gratiā gratiæ eius, ut ex Israhel credentes, & gentiū populus æqualē gratiā, & par accipiant munus. Nā isti sunt parietes quos in se uno coniungit hic lapis angularis, lapis primarius.

¶ De candelabro, de quo idem, Ecce inquit candelabrū aureū totū, &c. lucernę eius super illud, ꝙ sit Christus, & quid sint duæ oliuæ, una à dextris & una à sinistris eius.

CAP. IIII. Cap. XXIII.

Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi, Vidi, & ecce candelabrū aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernę eius super illud, & septem infusoria lucernis, quę erant super caput illius, & duę oliuę super illud, vna a dextris lampadis, & vna a sinistris eius.] Qui paulo ante per lapidē septem oculorū, ipse nunc per candelabrum figuratur aureū, totū septem lucernarū, scilicet Christus, qui septem spiritibus lucens, uniuersam illuminat ecclesiæ suæ domū. De isto can-
Exo. 25. delabro plenius in Exodo diximus, ubi cū totidem lucernis suis à domino per Moysen fieri imperatur. Idcirco nūc ad alia properātes, duas tantū oliuas quæ sunt super illud, una à dextris lampadis, & una à sinistris eius, agnoscere cupimus. Has quippe alij Moysen & Heliā qui cū domino loquebantur in monte, id est legē & prophetas, passionē eius concorditer ꝑdicente

dicantes: alij legem & euangeliũ interpretantur, ut in dextera euangeliũ sit, in sinistra lex. Ergo non longe quidẽ ab hoc sensu progredientes, manifestius tamen oliuam utranq; discernere cupimus: quibus hinc & inde stantibus tantũ tamq; lucidũ candelabrũ, siue candelabri lampas, rite condecoretur. Apostolus de isto candelabro, id est Christo, ad Colossenses scribens, ita loquitur: Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipso condita sunt uniuersa in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante oẽs, & omnia in ipso constant. Quisquis hæc de illo fideliter sentit, profecto oliuã uberem stantẽ intuetur à dextris candelabri siue lampadis, quia ueraciter propter bonitatem suam deus pater per uerbũ suum bonum, hæc omnia creauit. Sequitur apostolus continuo & dicit: Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principiũ primogenitus ex mortuis ut sit ipse in omnibus primatũ tenens: quia in ipso cõplacuit omnẽ plenitudinẽ habitare, & per eũ reconciliare omnia in ipso pacificans p sanguinẽ crucis eius, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Quisquis itidem hæc de illo non ingrata fide sapit, nimirũ oliuam speciosam à sinistris prospicit: à sinistris inquã, quia peracta sunt hęc in aduersitate tribulationis propter beneuolentiam charitatis, qua patri obediens miseriæ nostræ condescendit. Coram tanto tantæ claritatis candelabro quomodo subsisteret mons magnus, id est princeps tenebrarum? Increpatur ergo repentina inuectione, ut transferat & mittat se in mare. Quis tu mons magne coram Zorobabel in planũ? Zorobabel quippe & ipse Christũ significat, ducẽ magnũ, ortum secundum carnem in hac Babylone. Nam & ille sic dictus est, eo quod ortus fuisset in Babylone. Colos. j.

¶ Q; ait, Exulta satis filia Syon, Ecce rex tuus ueniet tibi iustus. Cap. XXIIII.

Exulta satis filia Syon, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinum & super pullum filiũ asinę. Et disperdam quadrigam ex Ephraim, & equũ de Hierusalem, & dissipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus. Et potestas eius a mari vsq; ad mare, & a fluminibus vsq; ad fines terrę. Tu quoq; in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Quod Danieli ostensum est, post aurũ & argentũ, æs quoq; & ferrũ, itemq; post quatuor bestias grandes ascendentes de mari, quæ sunt quatuor regna mundi: ipsum post eadem regna superbi huius seculi: iste quoq; prædicat regnũ dei, regnum humilitatis Christi. Supra nanq; dixerat: Et conuersus sum & leuaui oculos meos & uidi, & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorũ montium, & montes, montes ærei. In quadriga prima equi rufi, & in quadriga secunda equi nigri & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi uarij fortes. Deniq; hæc erant illa quatuor regna mundi egredientia quasi de medio duorũ montium, qui erant ærei, id est insuperabilia atq; fortissima: & quæ ut putabatur nulla possent uetustate consumi. In quadriga prima equi rufi erant cruenti & sanguinarij, & Babylonia captiuitate & crudelitate terribiles. In quadriga secunda equi nigri, regnum Mœdorũ atq; Persarum, quod bigę sedẽs & egrediens per Assueri regis edictum mortem omnium Iudæorum tristi nuncio præferebat. In quadriga tertia, equi albi Macedones, sub quorum rege Anthiocho Machabeorum uictoriam legimus. In quadriga quarta equi uarij fortes: scimus em̃ Romanorum reges alios in gentem Iudæam esse clementes, ut Gaium Cæsarem Augustum, & Claudium, alios persecutores atq; terribiles, ut Gaium Caligulam, Neronem, Vespasianum, & Adrianũ. Nũc autem annuncians regnum dei cum dixisset, ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator, continuo subiunxit. Ipse pauper & ascendens super asinum, & super pullum filium asinæ. Tanq̃ diceret: Hi in curribus, & hi in equis: hic autem in nomine domini benedictus ueniet nobis. Nam & cũ iuxta literalem huius prophetiæ sensum, sedens super pullum asinæ ingrediens ueniret in ciuitatem Hierusalem regnum accepturus, id est per passionem suam ad seipsum omnia tracturus: turbæ conclamabant illi, Osanna benedictus qui uenit in nomine domini benedictum regnum quod uenit patris nostri Dauid. Cuius regni effectus uel officiũ in quo sit, subdendo manifestat. Tu quoq; in sanguine testamenti tui, emisisti uinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Quod ita intelligitur. In sanguine passionis tuæ eos qui uincti in carcere tene-

CAP. IX.

Danie. 7.

Zacha. 6.

Quatuor quadrigæ quid designant.

re tenebantur inferni, in quo non est ulla misericordia, tua clementia liberasti. Protinus ad ipsos gratulabundus per apostrophã dicit. ⌊Conuertimini ad munitiones vincti spei⌋ Et est sensus. Qui nũc uincti estis, qui solutionem uinculorum in Christi speratis aduentu, conuertimini ad munitionem quam non aliam debemus accipere, nisi habitationem paradisi, in quam primus cũ domino latro ingressus est.

¶ Quid sit domus Dauid, & quæ Hierusalem, de qua dicit, Et effundam super domum Dauid, &c. Cap. XXV.

CAP. XII. Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Hierusalẽ spiritũ gratię & precum, & aspicient ad me quem confixerunt. Et plangent eũ quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti.⌋ Ac deinceps. ⌊In illa die erit fons patens domus Dauid, & habi-
CAP. XIII. tantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatę.⌋ Hic spiritus gratiæ & hic fons domus Dauid, ille spiritus & illa aqua est de qua scripturarum omnium sacrarũ
Iohan. 3 saluator noster in euangelio loquitur: Amen amen dico uobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire in regnum dei. Porrò Hierusalem, super quam effunditur hic spiritus, ipsa est menstruata, cuius in ablutionem patens factus est iste fons domus
Iohan. 19 Dauid, id est latus lancea apertum est filij dei filij Dauid: unde hæc aqua lauacri salutaris, cũ sacro fluxit sanguine nostræ redemptionis. Et ne solam illam quæ de gentibus est ecclesiam quis putet menstruatam debere intelligi propter idolatriæ sordes quibus polluta fuit: unus
Esa. 64. ex illis prioris populi electis Esaias propheta sanctus dicit: Et facti sumus ut immũdi nos omnes, quasi pannus menstruatæ uniuersæ iustitiæ nostræ. Igitur uniuersa ecclesia, à primo usque ad ultimum electum, ipsa est Hierusalem adhuc eo tempore quando prophetæ ista loquebantur menstruata, id est peccati originalis sanguine polluta nõ aliter sancto sanctorum deo, ciuitas aut regnum futura: nisi effunderet dominus super illam spiritum gratiæ, & precum, id est spiritum remissionis peccatorum: nisi in ablutionem eius patẽs fieret fons domus Dauid, id est nisi fuso de latere crucifixi saluatoris sanguine cum aqua conditum fuisset baptismum salutare sacramentum. Et quidem prius est ad fontis uisibile sacramentum
Caute legas. accedere, & tunc demum accipere spiritum in remissionem peccatorum: sed quia spiritus idem ablutionis eiusdem, arbiter est, & tota de illo fontis uisibilis utilitas pendet, recte prius dictum est, effundam spiritum gratiæ & precum, & deinde erit fons patens domus Dauid. Non ergo nouum aliquid dixit ipse uerus Dauid, sed cum ueridicis huius & cæterarũ scripturarum testimonijs locutus est: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. ¶ Porrò quia Hierusalem illa terrena spiritum uel fontem istum nõ erat receptura, Idcirco ⌊in die illa (inquit) magnus erit planctus in Hierusalem.⌋ & cætera. Planctus ille incoeptus obsidione Romana usque in finem perseuerat, quemad-
Deut. 32 modum Moyses in cantico: Ignis, inquit, succẽsus est in furore meo: & ardebit usque ad inferni nouissima. Et notãdum, imò mirabile quod ita dixit, & plangẽt eum quasi super unigenitum, & dolebũt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti. Quid enim? O Iudæi, Christus dei filius uobis non complacuit, quia talis erat, quia taliter uenit, quia sic & sic operatus est, quia sic & sic locutus est. Nullo modo uobis complacuit, animo uestro non conuenit, alium uultis, alium expectatis. At ille, scilicet deus pater, qui istum misit filium, alterum non habet. Iste filius primogenitus atque unigenitus illi est. Alterum inquam nõ habet: primus illi & nouissimus est, alium nõ mittet. Quid ergo facietis desolati? Nimirũ ut ait ipse. ⌊Tũc aspicietis ad eum quem confixistis.⌋ Vt inquam ait, nunc spiritus eius graui ueritate uera grauitate. ⌊Plangetis super eum quasi super vnigenitum, & dolebitis super eum vt doleri solet in morte primogeniti.⌋ Quia uobis mortuus est hic primogenitus, quia uobis uos occidistis unigenitum, post hac saluatorem neq; hũc habituri, neq; aliũ: quia hic solus est, hic primogenitus, hic unigenitus est.

¶ De prophetia qua dictum est, Ecce ego mitto angelũ meũ, &c. q; & hic à templo sumpta parabola de nouo templo, & nouo Christi sacerdotio uaticinetur. Cap. XXVI.

Post

Post Zachariam Malachias ultimus in ordine duodecim prophetarum, quem ipsum Hebræi Ezdram sacerdotem fuisse autumāt, ita dicit. [Ecce ego mittā angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum suum dominator quem uos quæritis, & angelus testamenti quē vos vultis. Ecce venit dicit dominus. Et quis stabit ad videndum cum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui. Et colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia, &c.] Et hic à templo quod tūc reædificabitur parabola de nouo templo & nouo Christi sacerdotio uaticinatur. Nā de illius tēpli reprobādis cultibus paulo ante hæc sic loquitur. Ecce ego proijciā uobis brachium, & disperdā super uultū uestrū stercus solennitatū uestrarū. Item: Nō est mihi uolūtas in uobis dicit dominus exercituū, & munus nō suscipiā de manu uestra. Ab ortu em̄ solis usq; ad occasum magnum est nomen meū in gentibus dicit dominus exercituū, & uos polluistis illud. Ergo ecce uenit, siue & statim ueniet ad templū suū, id esse intelligimus, ueniet ad ecclesiā suā ad sanctū spūs sancti sanctuariū, incorruptæ uirginis uterū, ut exinde sibi ædificaret templum uerū, iuxta quod & alia scriptura dicit: Sapientia ædificauit sibi domū. Et ipse in euāgelio dominator dn̄s, & hic ipse angelus testamenti: Soluite, inquit, templū hoc, & post triduū excitabo illud, dicēs de templo corporis sui. Hoc ita factū est, & iam uenit. ¶ Cæterū, O Iudæi, qui dicitis ultimo tēpore uenturus est, nōdum uenit: quomodo uos rerū exitus nō docet ueritatē? Quod em̄ templū suū dominator inueniet? Nā usq; ad fundamēta destructum est. Aut si ab alio extruendum est, antequā Christus adueniat: quid Christus eorū amplius facturus est, cū ab alio restituta sint omnia? Igitur iam uenit dominator dn̄s, quē uos quæritis, & angelus testamēti, quē uos uultis: sed nō talis qualem quæritis, nō talis uenit qualē uultis. ¶ Quæritis em̄ dominatorem urbiū, & terreni sceptrigerū imperij, largitorem auri & argēti: qui per mille annorū seculum satisfaciat cupiditatibus uestris & luxurijs. At ille non talis est, neq; ex hoc uenire debuit: sed ad hoc ut quasi ignis cōflans, & quasi herba fullonū sederet cōflans & emūdaret argentū, & purgaret filios Leui, quod iam fecit, & facere non desinit usq; ad finem seculi. Sedet em̄ à dextris dei, de cætero iā igneus & immortalis dominus iudicij: nec mora, postquā illuc ascendit, misit ignē suū, misit uelut ignem spiritū sanctum, & emundauit atq; purgauit filios Leui, id est apostolos suos successores legitimos sacerdotij sui: & colauit eos quasi aurū, uidelicet liquefactos amore suo, quo ineffabiliter inflammati sunt, ita ut ueraciter quisq; illorū dicere posset. Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Extunc placet & placebit deo sacrificiū Iuda & Hierusalē, id est cōfessionis & pacis quod est corpus & sanguis Christi filij sui: de quo & Psalmista, reprobatis carnibus taurorū & sangnine hircorū, immola inquit deo sacrificiū laudis. Ita placet hoc sacrificiū, sicut dies seculi, & sicut anni antiqui, id est, sicut sancti angeli, qui immortalitatis seculi dies lucidi sunt sunt, & anni æterni. Nam per hoc singulare sacrificiū fit, ut simus æquales angelis dei. De secūdo aduentu cōtinuo subiungit. [Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris, & periuris.

Malachiā Ezdrā fuisse Hebræi putant. MALA. III.

Prouer. 9.

Iohan. 2

Apostrapha in Iudæos

Filij Leui apostoli spūpr.

Cant. 5.

Psal. 49

¶ Q. hec de templo manufacto ualeant utiliter intelligi, ad quod tulerunt eū, sicut scriptū est in lege domini, quia omne masculinum adaperiens uuluam, &c. & quia sacerdotium erat primogenitorū antiquitus, & quia hic est primogenitus. Cap. XXVII.

Valet nihilominus, & in rem plurimum confert, ut cum dicit, & statim ueniet ad templum suū, templum intelligimus manufactū, & recordemur in euangelio secundū Lucā sic esse scriptū. Et postquā impleti sunt dies purgationis Mariæ secundū legē Moysi, tulerunt illū in Hierusalem ut sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini, quia omne masculinū adaperiens uuluam, sanctum domino uocabitur. Itemq; illud nos nō prætereat, ꝙ cū eiusdē ꝑcepto legis omne primogenitum legis redimeretur, quinq; siclis argēti: iste primogenitus uirginis redemptus nō est, sed tantummodo dederūt hostiā secundū ꝙ dictū est in lege dn̄i, par turturū, aut duos pullos columbarū, quæ nō erat redemptio primogeniti, sed oblatio pro ea quæ peperit, ut emūdaretur à proflu-

Lucæ. 2.

Leui. 18.

Exod. 13

Nume. 3.

 uio san-

uio sanguinis, non quia peperisset primogenitũ, sed simpliciter qa peperisset siue masculum siue fœminã. Cur hæc dicimus? Videlicet quia sacerdotiũ antiquitus primogenitorũ erat, & hæc erant primogenita, quæ pro edulio lenticulæ uendidit Esau fratri suo Iacob. Verũ quia per principes tribus Leui, uidelicet Moysen & Aaron facta est quantula salus, ut educerentur filij Israhel de illa terra Aegypti, de illa domo seruitutis, & uerũ nondũ erat sacrificiũ: idcirco legislator, imò legis author & dator deus, non magnopere de illo carnali sacrificio curauit, ut seruaretur iure suo primogenitis, donec ueniret iste uerũ habens sacrificiũ filius dei, primogenitus idẽq; unigenitus uirginis. Qđ sentiens diuinus Euangelista cũ dixisset, & peperit filiũ suũ, continuo addidit primogenitũ, ut subaudiat prudens lector uel auditor, illũ esse cuius esset sacerdotiũ: quiq; amoto uicario Leuiticæ tribus sacerdotio, nõ redemptus assisteret deo patri offerens semetipsum, iã ex eo sacerdos in æternũ secundũ ordinem Melchisedech. Igitur ueniet, inquit, ad templũ suũ, id est recipiet sacerdotium suũ, oblatus deo & patri suo, sanctus sanctorũ, sacerdotũ sacerdos: & purgabit filios Leui, id est nouos faciet sacerdotes, non per sortem, sed per fidẽ, non secundũ carnẽ Leui, sed secundũ gratiã spiritus sancti. Nam ne quis putaret reprobato sacerdotio reprobari etiã personã Leui: Paulo ante dixit. Et scietis quia misi ad uos mandatũ istud, ut esset mandatũ meũ cũ Leui, dicit dominus exercituũ. Pactũ meũ fuit cũ eo uitæ & pacis, & dedi ei timorẽ, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Lex ueritatis fuit in ore eius, & iniquitas nõ est inuenta in labijs eius. In pace & in æquitate ambulauit mecũ, & multos auertit ab iniquitate. Labia eñ sacerdotis custodiunt scientiam, & legẽ requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituũ est. Itaq; ille quidẽ in posteris suis pro tempore functus est honore sacerdotij, nunc uero hic dominator dominus & angelus testamenti ueniens ad templũ suũ posteros eius pontifices & pharisæos, facto flagello iratus & rigidus eiecit: sacerdotes alios igne spiritus sancti quasi aurũ & quasi argentũ conflaturus atq; purgaturus sibi. Quare? Ait. Vos autẽ recessistis de uia & scandalizastis plurimos in lege: irritũ fecistis pactũ Leui, &c. Non ignorat anima fidelis, & eruditæ pietatis quod sequitur, si affiget homo deũ, quia uos confixistis me, in decimis & primitiuis, & uos me configitis gens tota illud esse, quod propter auaritiã suã hunc dominatorẽ dominũ & angelũ testamenti crucifixerunt pontifices & pharisæi. Ideo dixit, in decimis & in primitiuis uos me configitis. Testatur & hoc ipse in psalmo, cũ dicit: Quoniã zelus domus tuæ comedit me. Quod est dicere. Quoniã pro domo tua zelatus sum, eijciendo uendentes & ementes, dicendo, scriptũ est: Domus mea domus orationis uocabitur, uos autẽ fecistis illã speluncã latronũ. Idcirco hæc oñia passus sum, quorũ hæc summa est, quia cõfixerunt me.

Gene. 25 — Lucæ. 2 — Psal. 109 — Cap. 2 — Auaritię causa Chrũs occisus est. — Psal. 68. — Iohan. 2.

¶ Qđ dũ ad finem properamus non oñibus prophetis insistere potuimus, & singulorũ confessionis donaria quæ ad templũ dei non manufactũ detulerunt inspiceremus. Cap. XXVIII.

Heb. 9 — Psal. 95.

HActenus sanctũ patriarcharũ atq; prophetarũ chorũ consecuti, ad templũ deuenimus quo sanctus sanctorũ Christus sacerdos summus candida pietatis stola redimitus, non per sanguinẽ hircorũ aut uitulorũ, sed per propriũ sanguinẽ, deo patri astitit pro reconciliandis hominibus: & intuitu sumus, ꝙ quisq; illorum pio studio ac feruenti desiderio & deuotione, suũ propriæ confessionis & pulchritudinis obtulerit aurũ, festinando partẽ habere in sacrificio eius, secundũ psalmũ. xcv. qui intitulatur sic: Quando domus ædificabatur post captiuitatẽ, canticũ Dauid. Etenĩ illic scriptũ est: Confessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius. Et scimus quia domus quæ ædificabatur post captiuitatẽ domus spei nostræ, domus est sapientiæ, quã illa sibi ædificauit, domus carnis uel corporis quã sibi assumpsit de uirgine uerbum dei: in qua corporaliter inhabitaret plenitudo diuinitatis, post captiuitatẽ, qua captiui facti sumus in Adã, cuius in typũ domus illa manufacta ædificabatur post captiuitatẽ Babyloniã. ¶ Huc usq; uenerabilẽ antiquorũ cœtũ sanctorũ secuti sumus: & cõteplati sumus quid confessionis & pulchritudinis, quid sanctimoniæ & magnificentiæ quisq; obtulerit: & si nõ totũ perspeximus, gaudendũ tamen nobis, ꝙ uelut in nocte sublustri, in qua clarus nondum intuitus est, beatæ illorũ uisioni admissi sumus. Verũ illud admodũ nostram exiguitatem

cõtristat

contristat, quod dum properamus, non omnium singulos licuit cognoscere uultus, uel donaria confessionis ponderare, quæ à singulis offeruntur. Præteriuimus enim nouem ex illis, scilicet Osee, Iohel, Amos, & Abdiam, & Ionam, Micheam, Naum, Abacuc, & Sophoniam, & sanctum Iob; qui non quidem de eadem linea ortus est seminis Abraham, sed ad eandem per omnia cum istis contendit regis & sacerdotis Christi testificandam gloriam. Omnes ergo in hoc placatos nobis esse optemus, dum illorum fidem aut dignitatem non negligendam fuisse duximus, sed multitudinis nimiæ fastidia uitando, imò nostram fatendo inertiam, fessi ad residendum, quasi ad cornu altaris declinauimus, finem iam quintæ ætatis huius facientes, & ad cursum sextæ inopem animum parua recreatione reparantes. Nouem præteriit prophetas.

¶ Finis libri commentariorum in Danielem prophetam.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN VOLVMEN Quatuor Euangelistarum Commentariorum, Liber Vnus.

¶ De sexta mundi ætate, qua cunctis præmissis præconij, uenit ipse qui loquebatur rex & sacerdos. Capitulum primum.



SEXTA mundi ætate Christus dei filius de uirgine nascitur: cunctisque iam dudum præmissis præconibus, tandem adest ipse qui loquebatur. Ex eo iam tempore, ecce regnum dei intra nos est: rex enim ante nos graditur: rex, inquam, & sacerdos ante nos & pro nobis ingreditur, qui & in psalmo loquitur. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Regnum ergo extunc & sacerdotes domino deo nostro facti sumus. Tanto nobilitatis honore iste cum sit os ex ossibus nostris, & caro de carne nostra: nostram antiquam ignobilitatem consolatur. Serui quippe omnes eramus, qui omnes de seruo nati fuimus id est de Adam qui peccatum fecit, & idcirco peccati seruus fuit. Hic autem nobilis est, nobiliter de uirgine matre creatus, nobilius de deo patre natus. Digna ergo imperare persona generi humano data est: quando (ut iam dictum est) Christus dei filius de uirgine natus est. Sexta mundi ætas. Lucæ. 17 Psal. 2. 1. Pet. 2. Roma. 8

¶ Quomodo sexta hæc ætas sexto primæ creationis seculi diei correspondeat. Cap. II.

RESpondet itaque sexta hæc ætas seculi, sexto diei creationis secundum spiritum intellectus, qui sextus est sursum à spiritu timoris domini. Illic nanque habes: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris & uolatilibus cœli, uniuersæque creaturę, omnique reptili quod mouetur in terra. Hic autem habes factum hominem, qui ipse imago est dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt uniuersa in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia. Ille talis factus est, qui piscibus maris, cæterisque animantibus præest dignitate rationis: hic talis natus est, qui hominibus præmineret maiestate diuinitatis uel primatu intelligentiæ spiritualis. Vtrobique sextus (ut iam dictum est) à timore spiritus intellectus operatur: dum & ille per intellectum excellens cæteris animantibus uocabula ponit: & hic ad intelligendum scripturas, sensum hominibus aperit, quorum nomina in cœlo scripsit. Ille celsus & erectus statura præ cunctis generibus animantium: hic speciosus forma præ filijs hominum. Ille colonus paradisi; hic dominus, imò & plantator paradisi. Verum de huiusmodi dicendum in tertia parte huius operis, quam tertiæ personæ, sanctæ trinitatis spiritui sancto nostra propositio dedicauit. Nunc quod ad præsentem locum attinet prosequamur, id est regnum regis huius secundum euangelica præconia prædicemus. Gene. 1. Colos. 1. Psal. 44

¶ Quanta regis huius nobilitas sit secundum initia quatuor Euangeliorum eiusdem Iesu Christi filij dei. Cap. III.

Mat.i. Mar.i. Luc.i. PRimus Euangeliſta Matthæus dicit: Liber generationis Ieſu Chriſti filii Dauid, filiĳ Abraham. Poſt hunc Marcus ſic incipit: Initium euangeliĳ Ieſu Chriſti filiĳ dei. Deinde in Luca: Gabriel angelus Mariæ percunctanti, quomodo fiet iſtud, quoniã uirũ non cognoſco, reſpondens ait: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi, Ideoq̃ & quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei.

Iohã.i. Deinde Iohannes altius repetens, dicit: In principio erat uerbum, & uerbũ erat apud deum, & deus erat uerbum, Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. His perſpectis intus fides quæ uultus ingenuos probare atq̃ à plebeis diſcernere nouit: magnificam ſui regis ingenuitatem agnoſcit, creditq̃ & confitetur non ingratis laudibus, ꝙ ſolus iſte humano generi homo nobilis quem ſolum regnare deceat, cuius profiteri ſeruitutem om̃i homini, uera & unica ſit libertas. Qualis em̃ eſt ſecundum hæc quæ præſcripta ſunt huius regis noſtri facies? Nimirũ cum ſic dicitur: Liber generationis Ieſu Chriſti filiĳ Dauid, filiĳ Abraham. Probat auditus fidei, quia uerus homo eſt, quippe qui de homini Dauid atq̃ Abrahæ ſemine natus eſt. At illi non ualde erant nobiles, quippe qui in iniquitatibus concœpti ſũt, & eorũ quemq̃ ſua in peccatis concœperat mater. Quod ergo illorum ignobile erat, qualiter excellit generatio huius Ieſu Chriſti, ſingulariter nobilis & inclyti? Nimirum concipiente

Luc.1. illum matre ſua, non de ſemine uiri, ſed de operatiõe ſpiritus ſancti, ꝙ in Luca fides eadem

Filius hic patre nobilior. audiuit, dicente angelo: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ergo longe nobilior iſte filius Dauid, filius Abrahæ, quàm om̃es patres ſui, etiã ſecundũ formã ſerui. Nunquam em̃ ſeruiuit, non ſaltem in maſſa ſeruus fuit, quia non ſaltem in A-

Roma.5 dam peccatum fecit, in quo (ut ait Apoſtolus) om̃es peccauerunt. Cæteri, Marcus & Iohãnes altius perſonant, id quod iſta nobilitate hominis nobilius eſt. Marcus dicendo, initium euangeliĳ Ieſu Chriſti filiĳ dei, illam eius nobilitatẽ confeſſus eſt, quæ non ex matre, ſed ex patre, non ex carne, ſed ex diuinitate eſt: Attamẽ minus definiuit aduerſus ſeruiles blaſphe-

Filiĳ dei plures dicuntur. mias hæreticæ ignobilitatis Nam & multi dicuntur & leguntur filiĳ dei, ſiue homines ſiue angeli: filiĳ inquam dei, ſed gratia adoptionis, non proprietate naturæ. Quod perpendens Iohannes, litem omnem diremit diffiniendo, hunc filium dei qualis ſit: quàm diſſimiles natura ſint illi om̃es quicunq̃ nominantur & ſunt filiĳ dei. Nam in principio, inquit, erat uerbũ, & om̃ia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Ecce hic eſt uultus ingenuus regis noſtri, filius hominis ſine peccato, filius dei natura, non dono.

¶ De generatione Ieſu Chriſti filiĳ Dauid filiĳ Abraham, quòd maxime ſpiritualis ſit, unde & contigit illa linea Ioſeph, qui non eum ſecundum carnem genuit, & poſteritas Hiezabel uſq̃ ad quartam generationem eradicata eſt, quæ parentes ueri dei prophetas occidit. Cap. IIII.

Liber generationis cur dicatur. APeriat nunc nobis ipſe librum ſuæ generationis, ut uidere queamus, qualis uel qua ratione generatio ipſa conſcripta ſit: uel cur liber generationis dici debuerit. In Geneſi legimus: Hic liber generationis Adam, in die qua creauit deus hominem

Gene.5. ad imaginem dei fecit illum: maſculũ & fœminam creauit eos. Et benedixit illis, uocauitq̃ nomen eorũ, Adam in die qua creati ſunt. Hic liber, inquit, generationis Adam, liber terrenus, liber generationis terrenæ, liber generationis in terra ſcriptæ, iuxta illud: Re-

Hiere.17 cedentes à te in terra ſcribentur. Receſſerat em̃ homo à deo, & recedendo meruerat in terra ſcribi dicente deo: donec reuertaris in terrã, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerẽ

Gene.3. reuerteris. Hic autẽ homo Ieſus Chriſtus rex nobilis, rex magnus, homo cœleſtis, homo nouus, idcirco natus, idcirco rex datus eſt, ut prouinciales ſuos in libro uitæ conſcriberet, ut ciuium ſuorũ nomina in curia cœleſti notificaret. Igitur hic ẽ liber generatiõis electæ, generationis Chriſtianæ in cœlo conſcriptæ, cui libro longe diuerſus eſt ille liber generationis Adam. Nam in illo confuſa eſt generatio filiorũ hominũ, & filiorum dei: quia uidentes filiĳ dei filias hominũ, ꝙ eſſent pulchræ, acceperunt ſibi uxores ex omnibus quas elegerũt. Hic

Gene.6. autẽ liber ſimplicem admittit generationem filiorũ dei, fratrum & cohæredũ Ieſu Chriſti. Alioquin quæ ratio eſt, ut generationis linea contingat Ioſeph, qui Ieſum Chriſtũ non genuit? Aut qua ratione tres iſtos de medio generationis huius eliminauit, Ahaziam, Ioas, &

& Ama

& Amasiam. Itaq; Euangelista diuinus, quod dignitatem euangelicam condecuit genera-
tionē carnis Iesu Christi minus curauit, quæ paucorū erat, nec eisdē ad salutē sola sufficiebat
& ad generationē gratiæ intendit, quæ multorū est uel esse potest, & eis ad salutē sola suffi-
cere ualet. Quod sua cōmendans authoritate, ipse cuius est hic liber generationis, cū dixis- Lucæ.11.
set ad eū quædam mulier, extollens uocem de turba, beatus uenter qui te portauit, & ubera
quæ suxisti: ut corrigeret imperfectæ scientiæ confessionē, dixit: Quinimò, beati qui audi-
unt uerbū dei & custodiunt illud. Hoc fecit beatus uenter qui te Christe portauit: credidit
eñ uerbo dei, credidit angelo euangelizanti omnipotentiā dei, deditq; credulitatis suæ res-
ponsum festinū: fiat, inquiens, mihi secundū uerbū tuū. Idcirco beata est, & hæc beatitudi-
nis eius principalis causa est. Hoc Abrahā fecit, qui cū uxorem haberet sterilē, credidit deo Gene.12.
dicenti: Atq; in semine tuo benedicentur omnes gentes, & in hac fide sperans & de promis-
sa mercede securus, perpetuā peregrinationē ingressus est. Idcirco beatus & ipse testimo-
nio laudis euangelicæ, qua hic in capite libri sic scriptū est, Iesu Christi filij Abraham. Hoc
Hiezabel non fecit, quinimò præcones huius generationis prophetas domini interfecit. Id-
circo beata nequaquā est, quinimò posteritas eius usq; ad quartā generationē, de iste genera
tionis Iesu Christi libro eradicata. Nam & ipsi posteri eius iam dicti Ahazias, Ioas, Ama-
sias, secundū exemplū eius prophetas domini occiderunt, aut prophetare prohibuerūt.

¶ Quare minor Dauid, Abrahæ præpositus sit, dicendo: filij Dauid, filij Abrahæ, & quomodo idem Dauid prius ueri dei quod Christus est, quam carnis Christi pater esse meruit. Cap. V.

QVare autem iunior Dauid patri Abrahæ præpositus est in libro generationis huius, dicendo: filij Dauid, filij Abraham? Nimirum hoc Euangelista pro sua fecit intentione, nā si diligenter aduertas, dum regnū Christi euangelizat, plusquā cæteri Euangelistæ, regalia regis huius conscribit insignia: quod non tacebit
nostri quoq; studij possibilitas. Dauid aūt rex fuerat, & regalis ad eum promissio facta est, Psal.131.
dicendo: De fructu uentris tui ponā super sedem tuam. Deinde regni Christi filij sui myste
ria factis præsignauerat, dictis cecinerat. De factis eius mysticis uel passionibus figuratiuis,
suo loco pro posse diximus: dicta eius omnis ecclesia concinit, & concinendo regnū Chri-
sti confitetur. Verbi gratia: In illo rege Dauid, rex iste Christus loquitur. Ego autem con- Psal.2
stitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctū eius, prædicans præceptum eius. Item, in
eodem de isto filio suo rege nostro persona patris loquitur: Eructauit cor meum uerbū bo- Psal.44
num, dico ego opera mea regi. Et ad ipsum regem: Accingere, inquit, gladio tuo super fœ-
mur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere, procede, & re-
gna. Et subinde: Populi sub te cadent in corde inimicorum regis, sedes tua deus in seculum
seculi, Virga directionis, uirga regni tui, & cætera usq; ad finem psalmi. Sed & & ipse pro- Psal.71.
pheta de isto ad patrem dicit: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis.
Quid multa? Cuncta quæ locutus est domino, uel cecinit, mysteria sunt regis huius Chri- Cūcta uerba Dauid myste ria sunt Chr.
sti filij dei, filij sui, ut recte beatificet animam eius mulier quæ usq; hodie uocem extollit de
uniuersa Iudæorum, paganorum, atq; hæreticorum turba, scilicet catholica ecclesia, dicat-
q;. Beata anima regis Dauid, quæ audiuit uerbū dei, & custodiuit illud, quæ admissa castæ
dei patris copulæ, uerbum bonū de corde uel ore eius suscepit, priusq; uerbi quod est Chri-
stus, ꝗ carnis Christi pater esse meruit. Recte igitur hic Euangelista regni dei, regem regis
patrem, in libro generationis proposuit patri, quem scriptura solummodo seminis, id est,
hominis, enunciat patrem, dicens, Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham.

¶ Q. in eadem generatione tres isti Abraham, Dauid, & Ioseph magis insignes sint, & ꝙ ad istos per incrementa terrena promissio Christi facta sit. Cap. VI.

NOminatus deinde loco uel ordine suo dum dicitur: Iesse autem genuit Dauid regem, tertio tandem repetitur in Ioseph, nominatione insigni, cōpellatione an- Mat.1.
gelici præconij: Ioseph filij Dauid, noli timere. Verum hæc nominatio magnifica propria sit beati Ioseph, ꝗ sponsus, custosq; eē beatæ uirginis, & nati ex ea re
gis filij dei, filij Dauid, optimo nomine pater dici meruit. Ecce enim in hoc generatiōis libro
tres isti sunt patres insignes Iesu, Christi, hōis, regis, & dei: & secundū hæc tria tuarum esse

aduertimus incrementum promissionis Christi, quæ ad ipsos spiritualiter facta est, scilicet Abraham, Dauid, & Ioseph. Deniq; homo tantũ intelligitur in promissione quæ ad Abraham hoc modo facta est: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Iam autem rex ea promissione pronunciatur, quæ facta est ad Dauid: De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Porrò beato Ioseph promittitur tanquam deus, dum ei dicitur: Pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum, Ipse em̃ saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Nã quia saluare à peccatis dei est, neq; hoc nisi solus deus potest, dum dicit, ipse em̃ saluum faciet populũ à peccatis eorum: idem atq; æquipollens est, ac si dixisset, ipse em̃ deus ẽ, & idcirco uocabis eum Iesum, id est saluatorem.

Gene.23 Psal.131. Mat.1.

¶ Quomodo tres magi secundum eadem incrementa, myrrham, aurum, & thus obtulerint. Cap. VII.

Miro autem modo, miro & uenerando gratiæ dono, cunctos fidei huius thesauros quos sparsim thesaurizauerant prædicti patres Iesu Christi, simul gentilibus refudit ortus uel aduentus eiusdẽ regis: sicut cõtinuo narrat hoc modo hic Euangelista regni dei. Cũ ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis regis: ecce magi ab oriente uenerunt Hierosolymã, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus em̃ stellam eius in oriente, & uenimus adorare eum. Deniq; gentiles isti simul hominem, regem, & deum Iesum esse confessi sunt uerbis, testati sunt muneribus, dicendo enim: ubi est qui natus est, hominem: dicendo, rex Iudæorum, regem: dicendo, uidimus stellam eius, deum esse confessi sunt. Item, apertis uasis suis, offerentes ei munera: auro, regem: thure, deum: myrrha, hominem mortalem esse testati sunt. Hoc inquã mirando simul & uenerando gratiæ dono gentilibus una inspiratione collatũ est: quod ternario (ut prædictũ est) promissionis incremento, Iudaici populi patribus fuerat præparatũ, totiusq; fidei Christianæ summã, tã uoce q̃ muneribus de bono cordis sui thesauro protulerunt.

Mat.2

¶ De turbatione Herodis qua turbatus est ipse & omnis Hierosolyma cum illo. Cap. VIII.

Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum eo. Turbatio Herodis & Hierosolymæ de profundo prodijt erroris infiniti: de cæcitate mẽtis, & tenebris ignorantiæ inexcusabilis: quia eiusmodi ignorantia, scilicet ignorare regnum dei, regnum regis huius, quid uel quale sit, peccatũ est, imò pœna peccati, quemadmodum sapientia dicit: Hæc cogitauerunt & errauerunt: excæcauit enim illos malitia ipsorum, & nescierunt sacramenta dei. Hic error, hæc ignorantia, à capite descendens, id est à senioribus, qui uidebantur regere populum: simplices atque ideotas non maliciose inuoluerat, ita ut apostoli quoque qui magistrum suum dominum Iesum Christum regẽ Iudæorũ ex lege & prophetis promissum aduenisse credebãt, & gaudebãt: nimiũ carnaliter de regno eius sentiendo errarent, non maliciose, ut iam dictum est, sed simpliciter, donec glorificato eodem Iesu, & accepto eius spiritu, scirent quia regnum eius de hoc mundo non est. Porrò scribarum & pharisæorum qui legem & prophetas lectitabant ignorantia, maliciosa erat & damnabilis cæcitas: quia futurum Messiam, id est Christum legentes, non regnum iustitiæ, sed regnum peccati & cupiditatis intelligere uolebant, aut poterant, & interim sub specie religionis cupiditatibus suis studebant. Propterea uehemẽter illos percutit hæc sententia huius regis: Væ autem uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum ante homines: non enim uos intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Igitur cœli rege nato, rex terræ Herodes turbatus est: utpote cæcus, & pœnalem habens ignorantiam regni eius, quasi illo rege foret ipse regno deturbandus, quippe qui non erat sceptriger de tribu Iuda, aut dux de fœmore eius. Audierat enim scriptum illud propheticum. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de fœmore eius, donec ueniat qui mittendus est.

Mat.2 Excæcatio pœna est peccati. Sapien.2 Mat.23. Gene.49

¶ Quomodo uane timuerit Herodes, dicente propheta, Et tu Bethleem terra Iuda, &c̃. cum in eodem propheta prædicetur, regnum Christi potentia cœlestis nullo terreno regno nociturũ.

Capitulum IX.

Et con-

ET congregans omnes principes sacerdotũ & scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethleem Iudæ. Sic em̃ scriptum est per prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te em̃ exiet dux qui regat populum meum Israhel. ¶Quia Christum (ut iam dictum est) audierat nasciturum, nec auferendum esse sceptrum de Iuda, & ducem de fœmore eius, donec ille ueniret: se autem rege, sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius ablatus erat, quippe qui ex patre Idumeo & ex matre erat Arabica: igitur illud sciscitabatur, ubi Christus nasceretur, insidias machinaturus. Et uerum quidem scribæ, & principes sacerdotum de scriptura prophetica protulere iudicium. Sed nunquid solum hoc per prophetam illum fuerat dictũ, Christum regem in Bethleem nasciturum? Nonne per prophetam eundem dixerat spiritus sanctus, regis huius ortũ, nihil Herodi, imò nihil cuiquàm mortalium esse nociturum? Nempe antequàm locum expressisset natiuitatis eius, prædicere curauit & miram innocentiã regni eius? Dixerat em̃: Et in nouissimo dierũ erit mons domus domini præparatus in uertice montiũ, & sublimis super colles: & fluent ad eũ populi, & properabunt gentes multæ. Et concident gladios suos in uomeres, & hastas suas in ligones. Non sumet gens aduersus gentem gladium: & non discent ultrà belligerare, &c. Ergo cæco cæci male ducatum præbebant, ideoq; ambo in foueam cadebant: dum sciscitaret Herodes, ubi Christus nasceretur, nesciens sciscitari, quale foret regnum eius: & illi ostendentes locũ natiuitatis non uiderent in eadem scriptura pacem & innocentiam regni eius. Quid em̃ uerius eo quod dixit, non sumet gens aduersus gentem gladium: & non discent ultrà belligerare? Gens quippe regis huius, gens conuersa ad regem istum, gens tota paruulorum est, nequaquam sumptura gladium, aut belligeratura contra Herodis uel Romani imperij gentem: sed gente aduersa feriente se gladio semper & in ipsa morte prædicatura pacem. Quomodo paruuli quos continuo tuo Funeste Herodes occidisti, non se defenderunt, non te repercusserunt: sic uniuersa regis huius gens, dum occidetur, gladiũ non leuabit, non contra gentem homicidã tui similem belligerabit. ¶Nec uero contrarium huic est, id quod subinde regis huius ciuitati Syon consolator spiritus per eundem prophetam dicit: Surge & tritura filia Syon, quia cornu tuum ponam ferreum, & ungulas tuas ponam æreas, & comminuam populos multos, & interficies domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum domino uniuersæ terræ. Longe aliud cornu, & interfectio dissimilis. Cornu istud non contra homines sed contra diabolum erigitur. interfectio hæc nõ hominum, sed uitiorum est. Cornu istud de cœlo datum est, dicente militibus suis rege isto: Vos autem sedete in ciuitate, quoadusq; induamini uirtute ex alto. interfectio hæc est de qua Petro dictum est: Surge Petre occide & manduca. Igitur o Herodes latro, filiorum tuorum occisor, illic trepidasti timore ubi non erat timor.

Mat. 2. Mich. 5. Mich. 4. Christi fidelium summa patientia. Mich. 4. Lucæ. 24 Act. 10

¶De eo quod in Osee dictum est, Ex Aegypto uocaui filium meum, quàm uere ad Christũ pertinuerit, & q̃ impie Iulianus Euangelistã simplicitati gentium quasi illudentem calumniatus sit.

Cap. X.

QVi consurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum & erat ibi usq; ad obitum Herodis, ut adimpleretur qđ dictum est à domino per prophetã dicentẽ: Ex Aegypto uocaui filiũ meũ. Propheta per quẽ hoc dictũ est, Osee est. Porrò textus siue locus unde hoc breuiter sumptũ est, testimoniũ, sic se habet. Sic mane transit, pertransiit rex Israhel, quia puer Israhel, & dilexi eũ: & ex Aegypto uocaui filiũ meũ. Igitur præeunte, imò exigente authoritate huius Euangelistæ, ueraciter dicamus, quia rex Israhel qui pertransiit sicut mane, trãsit rex alienigena Herodes: puer aũt Israhel saluator est, tunc tẽporis infantulus, & puer quẽ dilexit pater, & dixit: Hic est filius meus dilectus in quo mihi cõplacui. Rex inquam Israhel illius temporis: Herodes erat alienigena sicut mane transiturus, id est, temporalis cito periturus. Itaque dum dicit angelus IOSEPH, surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi donec dicam tibi, scilicet usq; ad obitum Herodis, quoniam tunc, id est post obitum Herodis adimpletũ est quod dictũ erat à dño p prophetã dicentẽ, ex Aegypto uocaui filiũ meum,

Mat. 2. Osee. 11. Mat. 3.

meum: hęc quoque dicta prophetica quæ circa testimoniũ hoc textus cõtinet, eiusdem angeli sint, dicatque: Sicut mane transiit, pertransiit rex Israhel, quia puer Israhel, & dilexi eũ dicit dominus, ut sit sensus. Iste rex Israhel, qui quærebat puerũ ad perdendũ eum: ecce mortuus est & moriendo pertransiit, sicut mane transiit. Cito nanque transit mane, ueruntamẽ iterũ reuertitur, hic autẽ nõ reuertetur amplius. Ergo sicut mane transit, sic iste transiuit, imò quia iã ultrà nõ rediturus est, sicut mane redit, iste pertransiit, quia puer meus Israhel iste est, quẽ quęrebat ad perdẽdum eũ, & dilexi eũ. Nam & iuxta alium prophetam: Ecce puer meus suscipiam eũ, electus meus, cõplacuit sibi in illo anima mea. Sic olim faciebãt reges Israhel. Vocauerunt eos, sic abierũt à facie eorũ Baalim immolabãt, & simulachris sacrificabãt, subauditur, prophetas occidẽtes ob defensionem simulachrorum, quemadmodum nũc quærebant occidere puerum dominum prophetarum, abeuntes à facie regis sui Herodis, uocantis eos ad occidẽdum tot infantes propter eum. ¶ Quodque sequitur, & ego quasi nutricius Ephraim, portabam eos in brachijs meis, & nescierunt quod curarem eos: subauditur, ita & nunc. Nã quemadmodũ tũc cum peccassent, & fecissent sibi uitulos, dedi locum pœnitẽtiæ, & ignorauerunt quod curarem eos, ut obducto uulnere idolatriæ pristinam reciperẽt sanitatem, ita & nũc cum ad hoc uenissem clemens pastor, ut morbidam ouem quæ errauerat, humeris meis portarem, ipsi ignorauerũt, quod curarem eos, imò scire aut intelligere noluerũt, quod uenissem ad saluãdum eos. Quid deinde? ¶ Non reuertetur in terra Aegypti, & Assur ipse rex eius, quoniam noluerũt cõuerti. Et cœpit gladius in ciuitatibus eius, & cõsumet electos eius, & comedet capita eorum, & populus meus pendebit ad reditũ meum. Iugum autem imponetur ei simul, quod nõ auferetur. Omnino ita & nũc. Quemadmodũ enim tunc quia noluerũt cõuerti, cœpit gladius in ciuitatibus eorum, & impositũ est eis ab Assur captiuitatis iugum: ita & nũc multo amplius, quia noluerũt conuerti, ceciderũt in ore gladij, & in omnes gentes captiui ducti sunt. ¶ Cætera ut prosequamur, præsens nõ admittit locus. Hoc tantum animaduertisse cõtenti simus, quod impie Iulianus Augustus in uolumine quod aduersum Christianos euomuit. Hunc euangelistã calũniatus est, dicẽs eũ, id quod de Israhel scriptũ est ad Christũ transtulisse, ut simplicitati eorum, qui de gentibus crediderãt, illuderet. Nam uere hic nemini illusit, sed ueritatis testis oculos fidei habentibus amplum subobscuræ prophetiæ locũ breui uersiculo fideliter illustrauit.

Esa. 43 · Osee. ij. · Iuliani apostatę blasphemia

¶ Quare recte Euãgelista dicturus, Ex Aegypto uocaui filiũ meũ, præmiserit, Sicut mane trãsiit, pertrãsiit rex Israhel, quod latius dici potest de omni regno mũdi qui mane surrexit, & cito trãsiit. Cap. XI.

NVnc reuertamur ad rem, nam de regno regis huius loquebamur, cui & præsens uolumen dedicauimus, pro cuius regis ortu rex Herodes turbatus, sciscitatus est locũ natiuitatis eius. De hoc ergo regno sermonẽ repetẽtibus, illud admodũ placere debet, quod de primo aduersario eius dictũ est. Sicut mane trãsiit, pertrãsiit rex Israhel. Dicamus latius ad gloriã & laudẽ regni dei, quia sicut mane trãsit, pertrãsiit regnũ huius mũdi. Mane quippe surrexit, mane, id est festinãter extructũ est à filijs huius seculi, quorũ primus erat Cain, qui occiso fratre, festinauit ædificare ciuitatem, & appellare eam ex nomine filij sui primogeniti. Extunc in posterũ per successiones suas contentiose regnauerũt principes illius generationis omnes matutini, omnes festini: & ecce tempore illo, de quo loquimur regnũ illorũ fortissimũ erat, uelut bestia terribilis, & fortis nimis, dentes ferreos habens, comedens atque cõminuens, & reliqua pedibus conculcans. Iam comederat atque cõminuerat, iam sub pedibus eius cõminutus mundus iacebat, cũ in isto rege humili, de uirgine nato regnum dei quasi uespere silenter surrexit, id est circa finem seculi. Omnes alterius generationis filij persecutionũ, passi à generatione Cain, quasi tota die laborantes, pondusque diei & æstus portantes, expectauerant hoc uespertinum regnum dei, manentem hic ciuitatem non habentes, sed futuram inquirentes, & confitentes quod peregrini & hospites sunt super terram. Hos atque illos distinguens spiritus regis huius in psalmo dicit: Vanum est uobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnũ, ecce hæreditas domini, filij merces fructus uẽtris. Rex ipse per omnia sic egit. Ante lucẽ surgere, quia uanũ erat, noluit, sed postquã sedit, humiliatus usque ad mortẽ, mortẽ autem crucis

Danie. 7 · Heb. ij. 13. · Psal. 126

postque

postquam manducauit panem doloris in passionis tolerantia faciendo uoluntatem patris, Iohan. 4
quam facere cibus erat illi: tūc demum in luce surrexit, tūc demum in gloriam suā intrauit.
Ante lucem inquam surgere noluit, imò cum cognouisset, quia uenturi erāt, ut raperēt, eum Iohan. 6
& facerent eum regem, fugit iterū in montē solus ipse. Igitur nō solus rex ipse Herodes, sed
& omne regnum huius mundi, sicut mane transit pertransiit, iuxta illud: Hæreditas ad quā Prouer. 20
festinatur in principio, in nouissimis benedictione carebit: regnū autem dei quod per patientiam construitur, in æternum permanebit.

¶Q. frustra timuerūt reges terræ, qa nō dixit Iohānes, arma corripite cōtra reges, propter Christū, sed pœnitētiam agite, &c. Cap. XII.

IN diebus autem illis uenit Iohannes Baptista prædicās in deserto Iudeæ, & dicēs: Pœnitentiam agite, appropinquabit em̄ regnum cœlorum, &c. Frustra nimirū reges terræ timuerunt, sine causa turbati sunt. Ecce em̄ qualis minister militū, qualis signifer regis huius, qualis primæ legionis primicerius, pilis camelorum uestitus, & zona pellicia præcinctus. Non dicit, arma corripite, appropinquabit em̄ regnum Iudæorum: sed, pœnitentiam agite, appropinquabit em̄ regnum cœlorum. Non dicit filii regum, & patriarcharum demonstro uobis animosa sumere bella: sed dicit, progenies uiperarum, quis demōstrauit uobis fugere à uentura ira? Non dicit, nolite Cæsari censum dare: sed dicit, facite fruct⁹ dignos pœnitentiæ. Non dicit, iam iugum imperatorum contritum est: sed dicit, iam enim securis ad radices arborum posita est. Non dicit, oliueta Iudaica seruabūtur, & Romana pomeria succidentur: sed, absq; distinctione hortorum aut nemorum: omnis, inquit, arbor quę non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. ¶Nunc cæteris omissis, præsentis negotii maxime est differere hoc unum, pœnitētiam agite, appropinquabit em̄ regnum cœlorum. Quid est regnum cœlorum? Regnum sanctorum, siue eorum qui in cœlis regnabunt. Nam sancti quorum in cœlis est regnum, ipsi quoq; cœli dicuntur & sunt, iuxta illud Cœli enarrant gloriam dei & opera manuum eius annunciat firmamentum, nō sunt loquelæ neq; sermones, quorum non audiantur uoces eorum. Istorum cœlorum hactenus longe erat regnum, quippe qui necdum habebant regem suum, sed expectabant promissum. Iuxta fidem (inquit apostolus) defuncti sunt omnes isti, nō acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes, & salutantes, & cōfitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui em̄ hæc dicūt, significant se patriam inquirere. Ergo prius longe erat, sed nunc inquit appropinquabit regnum cœlorum. Quando uel quomodo appropinquabit? Quando rex iste à terra exaltatus fuerit, eadem ipsa exaltatione sua destruet regnum peccati & mortis: quæ (ut idem apostolus ait) regnauit ab Adam usq; ad Moysen, nō quod per legem Moysi regnum illud destructum fuerit, sed quod à Moyse peccatum audita cōtradictione cōtra se conscriptæ legis, quasi tyrannus irritatus amplius in subiectos homines grassari cœperit. Destruet inquam rex iste exaltatus à terra regnum peccati, & om̄ia trahet ad seipsum, resurgensq; à mortuis, intrabit in gloriam suam, regni cœlorum rex. Igitur pœnitentiam inquit agite, quia pœnitentiam agentium est emundari à peccati seruitute, exaltati regis sanguine, & in regnum cœlorum introire. Et ne uelitis dicere, patrem habemus Abraham, quia non est hoc regnum habentium patrem Abraham, sed agētium pœnitentiam. Imò nō in carne gloriantes, sed pœnitentiam agētes ueraciter dicere possunt, patrem habemus Abraham. Nam hoc est quod sequitur. Dico em̄ uobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, subauditur, si modo sciant aut uelint pœnitētiam agere. Etenim lapides lapidum cultores gētiles erant.

Mat. 3 — Regnū cœlorum quid. — Psal. 18 — Heb. 11. — Regnū cœlorū quādo appropinquarit. — Roma. 5

¶Quæ causa fuerit ut qui peccatum nō fecerat, ad baptismum ueniret Iohānis qui in pœnitētia baptizauit. Cap. XIII.

TVnc uenit Iesus a Galilæa in Iordanem ad Iohānem, ut baptizaretur ab eo. Iohānes autem prohibebat eum, dicēs. Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Respondēs autem Iesus, dixit ei. Sine modo, Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Certum tenet tota regalis Christianæ fidei curia, quia rex iste liber homo erat, quia peccatum non fecerat, ac proinde peccati seruus non erat, atq; idcirco nō egebat pœnitētia. Iohānes autē in pœnitētiā baptizabat. Ego qdē inqt,

Mat. 3 — Iohan. 1

uos

uos baptizo in aqua in pœnitentiã, qui aũt post me uenturus est, fortior me est, cuius nõ sum dignus calciamenta portare, ipse uos baptizabit in spũ sancto & igni. Quãobrẽ igitur ad suscipiendũ tale baptismũ ueniebat? Nimirũ qa causa postulabat, quia iustitiæ ratio flagitabat. Erat autem duplex causa. Prima, ut pro omnibus pœnitentiam ipse agẽdã susciperet, quod & fecit continuo ut bapzatus est: ieiunauit eñ quadraginta diebus & quadraginta noctibus & deinde incessanter afflictus est tentationibus, persecutionibus, cõtumelijs, obprobrijs, flagellis, & tormento ultimæ mortis. Secũda, hęc causa erat, ut nemini æstimare liceret se iustũ esse, & idcirco pœnitẽtia uel baptismo nõ indigere, ut nemo detractaret, quasi iustus suscipere baptisma dñi, cũ dñs ipse suscepisset baptisma serui. Nã quisqs ita putaret miles regis huius dici uel esse nõ posset: regnũ cœlorũ non introiret.

Cur Christus baptizatus

¶ Cur in primo aduentu suo rex iste spiritũ sicut columbã uiderit, Secũdo autem in igne reuelandus sit: & ꝙ rex iste secũdo unctus fuerit, & de eo ꝙ dictũ est, In te mihi complacui. Cap. XIIII.

Mat. 3 Mar. 1. Luc. 3 Ioh. 1.

BAptizatus aũt Iesus, confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli, & uidit spiritũ dei descendentẽ, sicut columbã, & uenientẽ super se: Ecce uox de cœlis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quare in primo aduẽtu suo uidit rex iste spiritũ dei descendentem sicut columbam, & uenientem super se? Nimirũ quia ueniebat tunc nobis in mansuetudine, in multitudine misericordiæ: qa ueniebat in spũ pietatis, peccatores non cõdemnare, sed ad pœnitentiã inuitare. Secundo cum uenerit, nõ tunc super eũ colũba apparebit: sed in igne reuelabitur, ignis in cõspectu eius ardebit. Hoc iam secũdo rex noster, deus noster in homine, assumpto oleo lætitiæ unctus est. Semel nanq; unctus iam fuerat in utero uirginis: quippe qui concœptus est, non ex semine uiri, sed ex operatione spũs sancti: Ergo secundo hic sanctus in baptismo unctus est, prę participibus suis, id est præ omnibus sanctis, quos sui participes fecit, ut quod est ipse per naturam, sint per gratiam scilicet filij dei. Sed de hoc aliàs. Nunc instantia prosequamur ¶ Hic est, inquit, filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quando uel quomodo in isto mihi complacui? Tunc utiq; quando in isto principio cœlum & terrã creaui, qñ in isto omnia feci: tunc inquam in eo mihi complacui, testante scriptura, cũ dicit: Dixit deus, fiat lux, & facta est lux: & uidit deus lucem ꝙ esset bona, Dixit deus, fiat hoc uel illud, factũq; est ita, & uidit deus ꝙ esset bonum. Itemq;: Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Sic in isto mihi complacui, meo ipse iudicio cõprobatus, ꝙ operarius & architectus essem bonus & utilis. Hæc idcirco pater opportune dixerit, ne dubitet auditor beneuolus hunc filiũ dilectum illud esse uerbũ, per quod omnia facta sunt, & sine quo factũ est nihil. Sed & tũc in isto bonus deus sibi cõplacere ueraciter potuit, quando eũ, qui deus erat propter charitatem suam hominem fieri, & pro hominibus pati uoluit. Nullum eñ unquam opus bonitatis laude dignius fecit.

1. Cor. 3 Psal. 44. Gene. 1. Iohan. 1.

¶ De tribus tentationibus, qbus rex iste uictor uicit, cũ cæteri oẽs serui fuerint peccati, & idcirco accedentes angeli ministrabant ei. Cap. XV.

Mat 4 Mar. 1. Luc. 4

TVnc Iesus ductus est in desertum à spũ, ut tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. Tunc accedens tentator, dixit ei: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant, &c. Quia filius iste rex erat: regis autem officium est legitimi in prima fronte contra hostem congredi, ac dubio militi in semetipso præbere exempla uirtutis, ut cum ita gesserit, tunc demum maiori cum authoritate exercitum cohortari possit, Recte ergo continuo docturus, primũ tentationes nostras in semetipsum admisit, & uicit, atq; uincendo milites suos uincere uoluit. Quare autem triplicem fraudulenti hostis tentatiõem perferre uoluit? Singulas consideremus, cuius generis unaquæq; sit intueamur, iamq; se ostendet altitudo rationis in humilitate tentationis. Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Tentatio hæc nimis antiqua est nam ipsa gula est, per quam primus homo tentatus atq; illectus est. Non inquit in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Sic plane tunc respondere debuerat homo rationalis, non in omni uel solo paradisi ligno uiuit homo, sed in præcepto quod à deo propositum est illi bene custodito. Non sic dixit, magisq; ad morsum q̃ ad huiusmodi responsum

Tentatio prima Deut. 8.

ponsum os suum aperuit..Idcirco ille seru⁹ factus est eius à quo & superatus est: hic autem legem intendens regalem liber procedebat, cui dicebatur in psalmo: Intende prospere, pro- Psal.90.
cede, & regna. ¶ Si, inquit, filius dei es, mitte te deorsum. Scriptum est em̃, quia angelis suis
deus mandauit de te, &c̃. Tentatio hæc Iudaicæ curiositatis est. Nam Iudæi signa petunt. i.Cor.1.
Et illi quidem tentauerunt deũ in cordibus suis ut peterent escas animalibus suis, & male lo Psal.77.
cuti sunt de deo, dixerunt, Nunquid poterit deus parare mensam in deserto, &c̃. dixerũtq́;
Est ne deus in nobis, an non? Hic autem datum homini acceptans præceptum, scriptum est Exo.17.
inquit: Non tentabis dominum deum tuum. ¶ Hæc inquit om̃ia tibi dabo si cadens adora- Deut.6.
ueris me. Tentatio hæc paganæ dementiæ est. Pagani quippe uel gentes propter regna mũ
di & gloriam eorũ, diabolũ in simulachris adorauerunt: & ut foris exaltarentur, intus ceci-
derunt. Hic autẽ stans in gradu suo, poplite recto, & inflexibili regiæ libertatis collo, scrip-
tum est inquit, subauditur homini: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Igi- Deut.6.
tur o speciosissime forma præ filiis hominum, te solum regnare decet, regnumq́; obtinere
Iudeoærum, pariter & gentium: quia tentatus per om̃ia pro similitudine uicisti, & absque
peccato supergressus es tentationes Iudæorum & gentium, quibus uniuersaliter in Adam
quibus particulariter in semetipsis tẽtati & oẽs uicti sunt, præter unũ, sicut scriptũ est: Om- Psal.13.52.
nes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unũ.
Et quia uictori regi seruitus debetur à suis lætantibus ministris: tunc inquit Euangelista, re-
liquit eũ diabolus, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

¶ De prædicatione domini & regis nostri, quam tradito Iohanne incepit, & de testimonio prophetico, ubi inter cætera dictum est, multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis. Cap. XVI.

CVm autẽ audisset Iesus, q̃ Iohannes traditus esset, successit in Galilæam, & cæte- Mat.4
ra usq;, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni. Tanquã ad
regalia properans insignia, unum hic Euangelista, eundemq́; primun Euangelii
annum prætermisit, de quo Iohannes plurima scribit. Et recte ab eo hic incipit, q̃
Iohannes traditus est, nam extunc publice rex & dominus iste, sua potestate utẽs prædica-
re cœpit: erat enim inquit docẽs eos, sicut potestatẽ habẽs, & non sicut scribæ eorum & pha Mat.7
risæi. Nec uero solum id impletum eẽ credimus, quod hic de propheta testimonium sum-
psit: Terra Zabulon, & terra Nephthalim, & cætera usq;, lux orta est eis: sed & reliqua eius Esa.9
dẽ capituli prophetici, quæ propter prolixitatẽ supprimẽs tanquam ostio patefacto, reliqt
intelligẽda, hic scriba magni regis: ut scias hunc eẽ de quo scriptum est illic, & uocabitur no
mẽ eius ammirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Multiplica- Ibidem.
bitur eius imperiũ, & pacis non erit finis. Super solium Dauid, & sup regnum eius ut con-
firmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia amodo & usq; in sempiternum. ¶ Pœnitẽtiã
inquit agite, appropinquabit em̃ regnum cœlorum, Iuxta prophetæ præscriptum testimo-
nium agebat ut multiplicaretur eius imperium, quod est regnum cœlorum, peccatores ad
pœnitẽtiam inuitans, & deinde Simonẽ Petrum, & Andream fratrẽ eius, cæterosq́; apo-
stolos uocans. Nam si quæras qualiter multiplicandum foret eius imperium: faciam uos ait
fieri piscatores hominum. Deniq; sic factum est. Pauci qui tunc regẽ suum secuti sunt, facti
sunt piscatores hominũ, & extunc multiplicatur imperium Christi regis magni, multitudie
gẽtium sublatis aduersariis, & inimica morte pax erit, & pacis non erit finis.

¶ Q. Iesus uocatis turbis docuit discipulos suos quales esse debeãt qui militẽt regno dei. Cap. XVII.

VIdẽs autẽ turbas, ascẽdit in montẽ. Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli
eius. Et aperiẽs os suum, docebat eos, dicẽs: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ Mat.5
est regnum cœlorum, &c̃. Loquatur nunc nobis rex, & dominus noster leges
regni sui, iã non montis exigui, sed ipsius ascẽsor cœli, sedẽs non in uertice mon
tis terreni, sed ad dexteram maiestatis in excelsis, aperiẽs pro imperii maiestate non sensua- Heb.1.
liter os suũ, sed inuisibiliter thesaurũ suũ, i quo diuitiæ salutis, id est sapiẽtia & sciẽtia reposi-
tæ sunt, Gloriã quippe regni eius & potẽtiam loqui gestiẽs, secundũ Euangelistã hunc, qui
de illo penè cũcta regalia loquitur, huc usq; properauimus, ubi uidẽs turbas ascẽdit in mõtẽ



& aperuit regale os suum, ut ipse loqueretur ore suo rex, qui loquebatur prius, per suorum ora præconũ. Loquebatur inquã dignas apertione oris sui sententiàs: & docebant qui uel quales esse debeant, qui militent regno dei, quo belli ordine, uel qualibus armis promerendũ sit, ut sempiterna stipẽdia percipiant illius regni. Putabant eñ carnales filij regni, qui audierant illud repromissum fuisse patribus suis, ꝙ tẽpore illo Messia imperãte diuites sibi forent, atq; opulenti, uacaretq; superbire in diuitijs: putabant reges & principes terreni imperij audito nomine huius regis qualis fuerat Herodes, ꝙ sanguinẽ suũ fundere, sibiq; urbes, & uectigalia præripere haberent milites regni dei.

¶ Quales leges & qualia edicta sint huius regis regni dei, ut non sit cur timere debeat propter eum Herodes & cæteri reges mundi, cum sic prænunciat regni sui militibus, Beati pauperes spiritu, &c. Cap. XVIII.

Beatitudo prima. Mat. 5. Lucæ. 6. Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cœlorũ. O amabile regnũ dei, o pia & uenerabilis cõditio, proposita quærẽtibus regnũ dei. Beati, inquit, pauperes spiritu, beati habẽtes spiritũ timoris domini, quia tametsi diuites in hoc seculo sunt, ut fuit Abrahã, tametsi, regali purpura uestiti incedant, & crebros de hostibus triumphos ducant, ut fecit Dauid: corde contrito & humiliato ambulant spũ, cognoscẽtes se esse pauperes spiritualibus bonis, mẽdicantes iugiter, & supplici gemitu stipẽ postulãtes, ab uno
Esa. 14 & solo diuite rege regni dei. Hoc peruersus ille angelus in cœlo nõ fecit, arbitrans semetipsum sufficere sibi, & cecidit angelus, & factus est diabolus. Hoc primus ille generis nostri, pater Adam in paradiso non fecit, arbitrans proprijs semetipsum diuitijs adornare posse ad similitudinẽ dei: & idcirco à paradiso excidit, & in infernũ cecidit. Miseri ergo superbi omnes tumido spiritu: beati autẽ pauperes spiritu, quia sic mẽdicando grandẽ eleemosynam, id est regnum cœlorũ, de manu regis consequẽtur: Nam hoc est quod de isto rege, de isto
Psal. 71. filio regis, uel de iudicio eius Psalmista dicit: Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperũ. Itẽ: Parcet pauperi & inopi, & animas pauperũ saluas faciet. Paupertatis impe-
Zach. 9. randæ ipse ut regẽ decet, exẽplar est. Nam de illo in propheta tale insigne est. Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator, ipse pauper, & ascẽdens super asinum & super pullum filiũ asi-
Psal. 108 næ. Itemq; pro illo contra Iudam siue Iudaicum populum conquæstio est hæc. Et persecu-
Beatitudo secunda. tus est hominẽ inopem, & mẽdicum & cumpunctũ corde, mortificare. ¶ Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Mites, id est spiritũ pietatis habẽtes, mansueti atq; tractabiles, non opera sua defendẽtes, sed ueritati confitẽtes peccata sua. Isti beati quoniam possidebũt terram, quã pro contrario spiritu perdidit immitis, atq; intractabilis Adam. Manũ quippe dei pertractantis atq; dicẽtis, quare hoc fecisti, spinosus hericius immiti responso exaspera-
Gene. 3. uit, dũ dixit mulier, serpẽs decepit me & comedi: dũ dixit uir, mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi & comedi. Immites isti ita se defenderunt, & idcirco miseri quia terram uiuẽtium ꝑdiderunt. Beati autẽ mites, qui neq; iudicia uł mandata dei reprehendunt, neq; semetipsos defendunt, quoniã ipsi possidebunt terram, non istã terrã mortuorũ atq; morietiũ, quam reges immites armis cruẽtis sibi subijciunt, & tamẽ eam possidere non possunt, sed ter-
Mat. 11. ram uiuẽtium, in qua est lignũ uitæ, q̃ reuera fluit lacte & melle. Nihilominus quod hic ꝑdi-
Beatitudo tertia. cat militibus exẽplo suo ꝑsuadet alibi rex ipse dum ueraciter dicit. Et discite à me, quia mitis sum & humilis corde. ¶ Beati qui lugẽt, quoniam ipsi consolabuntur. Beati inquam isti, qui tantum à spiritu sciẽtiæ profecerunt, ut sciant tẽpus istud tẽpus eẽ lugẽtium, ut sciãt lugere mortuos suos, id ẽ semetipsos, quia in Adam oẽs mortui sunt, & ex eo non ẽ domus in qua non sit mortuus, cum uniuersali originalis peccati morte, trahẽte uno quoq; actualis etiam peccati morticinum proprium. Qui in hac sciẽtia lugẽt, id ẽ pœnitẽtiam agunt nimirũ beati sunt: quoniam ipsi consolabuntur: ipsi eñ sunt, quibus promittitur & datur paraclet9, id ẽ consolator spiritus sanctus, annuncians illis quia causa huiusmodi luctus destructa est mors illis in uno homine, in isto rege suo Christo domino Iesu, qui & in isto loco hæc dicit,
Esa. 9 & alibi loquitur. Spiritus domini sup me, eo ꝙ unxerit dominus me. Ad annunciandũ mã-
Luc. 4 suetis misit me, ut mederer contritis corde, ut prædicarẽ captiuis indulgẽtiam, & clausis apertionẽ, ut consolarer oẽs lugẽtes, & ponerẽ fortitudinẽ lugẽtibus Syon, & darẽ eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. Nimirũ nec partis huius

huius exemplo rex ipse defuit, antequam em̄ hæc diceret, prior luxit, suisq́; dedit militibus exempla lugendi: uidelicet ubi peccati nostri mortem lugendo quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit. ¶ Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniã ipsi saturabuntur. Isti fortes sunt, & idcirco beati: habēt em̄ sanctũ fortitudinis spiritum, dũ in prædicto luctu suo fide & spe confortati sitiunt & auide fructus dignos pœnitentiæ faciunt. Beati inquam quia saturabuntur, & satiabuntur, uidelicet eo ipso quod esuriũt & sitiũt, id est iustificabuntur per unũ iustũ regē suũ, Iesum Christũ. Huius quoq; uirtutis, id est esuriēdi & sitiēdi iustitiam, ipse qui docet exēplũ actu præbuit rex, dicēdo: Sic em̄ decet nos implere omnē iustitiam, quod utiq; esuriens ac sitiēs dixit, queãdmodũ quodã loco testatur dicēs: Meus cibus est, ut faciã uoluntatē patris mei. ¶ Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiã consequentur. Vere & iuste beati agētes, cum spiritu consilij, ut peccantibus in se cũ nocere possint misericorditer indulgeant, propter conuentionē illã, quã inter deũ & hoīes, rex ipse cōstituit, ut dicant: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Beati inquã isti, quoniã non repugnante iustitia ipsi misericordiã consequētur: ut quæ peccauerũt in deum, dimittat illis deus. Ecōtrariò nō beati immisericordes, quoniã ipsi misericordiã nō consequētur: quod maxime ex illa euangelica regis iustitiæ parabola cōprobatur, qui uoluit rationē ponere cũ fratribus suis. Et cũ cœpisset rationē ponere, oblatus est ei unus qui debebat decē milia talēta. Sic em̄ iustissime concluditur. Sic & pater meus faciet uobis, si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. Plane rex iste hac uicissitudine nō indiguit, quippe qui peccatũ nō fecit, quod dimitteretur illi: attamē fecit qđ docuit. Dixit em̄: Pater ignosce illis, nō em̄ sciunt qd faciunt. Atq; ita factũ est. Dimissum est em̄ eis q crediderunt. ¶ Beati mundo corde, quoniã ipsi deũ uidebũt. Mundo corde ille est quē emundauit puritas dilectionis ex operibus misericordiæ, ut habeat simplicē & absq; odio cordis oculũ, ut sit mundus ab omni cupiditatis puluere, ab omni furoris pturbatōe. Sed ecce legim⁹ sanctũ Moysen nimia cōmiseratōe pro populo dn̄m deũ suũ orasse, cũ dixisset: Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleã eos, faciãq; te in gentē magnã. Adeo cor ab omni cupiditate uel ambitōe mundũ possidebat, ut non curaret promissionē hanc, faciãq; te in gentē magnã, sed stabat in confractōe cordis in conspectu eius ut auerteret irã eius. Hic tamen cũ tam mundi cordis sibimet conscius diceret. Si ergo inueni gratiã in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuã: Non inqt dn̄s poteris uidere faciē meã. Non em̄ uidebit me homo, & uiuet. Quid ergo dicemus? Nimirũ qa & Moyses mundo corde erat: & tamē nihilominus sentētia ueritatis uera est. Non em̄ dixit: beati mundo corde, qm̄ ipsi deũ uidēt, aut uiderunt, sed qm̄ ipsi deum uidebunt: subauditur postmodũ, soluto pariete inimicitiarũ, qbus interiacētibus, ex quo primus homo per peccatũ contra se hostilē dei iram constituit, neq; Moyses, neq; hoīm quisquã deũ uidit unquã. Et huius uisionis dei facultatē penes semetipsum esse testatur, ipse rex q hæc loqtur, uidelicet q̄ uisionē dei conferat qbus uult, cũ alibi dicit: Et nemo nouit filiũ, nisi pater, neq; patrē qs nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare: per speculũ in ænigmate dando spm̄ intellectus mundis corde, ut itelligant scripturas, quæ utiq; clara sunt specula uisionis diuinæ. ¶ Beati pacifici, quoniã filij dei uocabūtur. Pacifici sunt, q primo qdem & præcipuo studio īter se & deũ, īter oēs, quoad possint hoīes, deũq; pacē exquirũt: secũdo aũt īter hoīem & hoīem lites dirimere, charitatisq; cōcordiã nectere satagunt. Beati nimirum isti, quoniã filij dei uocabuntur: filij inquam non quidem natura, sed gratia, fratres & cohæredes unigeniti filij principis pacis q inter deum & hoīes per suum sanguinem inimicitias soluit, pacem reformauit. Isti in septimo spũ sapientiæ iã sabbatizare īcipiunt, adhuc positi in isto mortali corpore: suntq́; (ut iam dictum est) filij dei, filij sapientiæ. ¶ Beati q persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniã ipsorũ est regnum cœlorũ. Iam prioris meriti fuerat hoc primũ: beati em̄ inqt pauperes spũ, quoniã ipsorũ est regnum cœlorũ. Quid ergo amplius ī octauo dum dicitur, beati q persecutionem patiũtur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorũ? Nam magnum qdem est pauperem spũ esse, & cæteros assequi gradus iustitia: maximum autem & optimum propter eam iustitiam persecutionem sustinere. Quomodo ergo iferioris & summi meriti, id est primi & octaui una eademq́; est merces? Sed aduertamus omnia quæ hactenus, id est à primo us-

Beatitudo. 4 Mat. 3 Iohã. 4 Beatitudo. 5 Matt. 6 Lucæ. ij. Matt. j8 Luc. 23 Beatitudo. 6 Exo. 32 Exo. 33. Iohan. j. Matt. jj. Beatitudo. 7 Beatitudo. 8.

uſq; ad ſeptimũ gradũ diſpoſita ſunt cõmunia eſſe merita uel præmia cunctorum regis huius exercituũ, id eſt angelorũ & hominũ: hoc aũt ſcilicet perſecutionẽ pati propter iuſtitiã propriũ eſſe hominũ, qui utiq; ex anima & corpore conſiſtunt. Igitur beati, tam angeli q̃ hoies pauperes ſpũ, mites, lugentes, ſiue condolentes, iuſtitiã eſurientes & ſitientes, miſericordes, ſiue cõmiſerantes, mundi corde, pacifici, quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlorũ, in quo terram uiuentiũ poſſidebunt, conſolabuntur & ſaturabuntur, & miſericordiã conſecuti, deũ uidebũt, & filij dei uocabuntur: beati præterea hoies, qui ſoli in corporibus ſuis perſecutionem paſſi propter iuſtitiã regnũ cœlorũ, quod iã cũ beatis angelis poſſident, ſecundũ animã in octaua, id eſt in reſurrectione poſſidebunt, etiã ſecundũ corpus. Parũ autẽ fuerat dixiſſe, qui perſe-
2. Timo. 3. cutionẽ patiuntur propter iuſtitiã, quia uidelicet hodie paucorũ hominũ iſtud eſt: niſi forte quia confirmare licet, ꝙ omes qui pie uolunt uiuere in Chriſto, & ſi extrinſecus pacẽ habeant, intus tamen à uitijs ſpiritualibus ſiue carnalibus infeſtationem patiuntur, propter iuſtitiã pietatis eiuſdẽ. Cũ igitur dixiſſet, beati qui perſecutionẽ patiũtur propter iuſtitiã, quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlorũ, ſubſecutus: beati inquit eſtis cũ maledixerint uobis, &c. Hoc dicto ſine dubio nos quoq; extremos contigit, quos hodieq; in ſynagogis ſuis ſub nomine Nazareorũ maledicunt Iudæi. Sane cũ omniũ quæ hactenus dixit rex noſter, exẽpla in ſemetipſo præbuerit: tunc uero huius patientiæ, id eſt perſecutionis, propter iuſtitiam ſuſtinendæ, tale tantũq; exemplũ dedit, ut neſciri non poſſit, imò obliuiſci nefariũ atq; impiũ ſit. Paſſus quippe eſt perſecutionẽ propter iuſtitiã uſq; ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis, & idcirco ipſius eſt re-
Philip. 2 gnũ cœlorũ, Nã propter hoc deus illũ exaltauit, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ. Quid igitur o reges terræ & principes audito nomine regis Chriſti, uel regni eius turbati eſtis male ſoliciti? Securi eſtote, quia milites regis uel municipes regni huius lege prohibentur eſſe, ut uos: ſuperbi, immites, riſores, iuſtitiæ tædiũ patientes, immiſericordes, immundi, inquieti, ſed omnino tales, ut iniuriam pati q̃ facere, peregrinari q̃ regnare, occidi malint q̃ occidere.

Serui duorũ regnorũ diſpares.

¶ De ſequentibus ſermonis eius quomodo nulli blandiatur, ſiue adulteretur, dura prædicando & aſpera, Intrate per anguſtã portã, & ꝙ hoc exẽplo cuncti adiutores regni dei non debeant ita delectari numero diſcipulorũ, ut non prædicent eis dura, per quæ itur ad deũ. Cap. XIX.

Poſt hæc magnis ac legitimis, ideoq; in magna curia totius aures audiendi habentis eccleſiæ, orator facundus ſermonẽ dignũ ſe hoc modo ingreditur. Vos eſtis ſal ter-
Mat. 5 ræ, ꝙ ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilũ ualet ultrà, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ob hominibus. Vos eſtis lux mundi, &c. Primatibus uel primis officialibus ſuis, id eſt apoſtolis rex regni dei hœc loquitur, breui ſimilitudine, magnã ſatis exprimens diſtantiã ipſorũ à ducibus terræ, uel principibus, cunctiſq; regno terreno militantibus, quia uidelicet non ſunt ut illi qui bellis atq; diſcordijs inſiſtant, ſed qui mundum inſulſum, & habentẽ ignorantiã dei cœleſtis doctrinæ ſale condiant, atq; in docendo beneuolentiã mereantur audientiũ bona uerba dicturi, bonorũ nihilominus operũ lucẽ proferãt. ¶ Sed quid ſibi uult hæc tanta tamq; uehemens regiæ authoritatis ſæueritas, tanta diſtrictione formidabiles prouincialibus ſuis iam in exordio regni ſui proponens ſententias? Nolite, inquit, putare, quia ueni ſoluere legẽ aut prophetas. Non ueni ſoluere, ſed adimplere. Et ſubinde: Audiſtis qa dictũ eſt antiquis, Non occides, q autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem
Anguſta pcepta euãgelica dico uobis, qa omnis q iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Poſt hæc, & cætera huiuſmodi,
Mat. 7 quæ nimirũ anguſta ſunt, & quanto anguſtiora tanto perfectiora legalibus præceptis, ita dicit: Intrate per anguſtam portam, qa lata porta, & ſpacioſa uia eſt, quæ ducit ad perditionem & multi ſunt q intrant per eam. Q̃ anguſta porta, & arcta uia quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt q inueniũt eam. Quid inquam hoc ſibi uult, ꝙ rex iſte ſapiens in exordio regni ſui, imò nondum ſedens in ſolio regni tam dura tamq; aſpera prædicit? Nunquid adhuc ignorabat
Mat. 11. illud, quod poſtmodum de eximio milite ſuo loquens cum dixiſſet, Quid exiſtis in deſertũ uidere hominem mollibus ueſtitum, continuo ſubiunxit, ecce qui mollibus ueſtiuntur, in domibus regum ſunt? Imò & illud iam dudum nouerat, quam ob cauſam regnum Iſrahel à domo Dauid ſciſſum fuiſſet, uidelicet quia dixerat nouus rex. Minimus digitus meus groſſior

grossior est dorso patris mei, & nunc pater meus posuit super uos iugum graue, ego autem 3. Reg. 12
addam super iugum uestrũ. Quo audito populus, quæ inquit nobis pars in Dauid, uel quæ hæreditas in filio Isai? Redi in tabernacula tua Israhel. Nunc uide domum tuam Dauid. Et abijt Israhel in tabernacula sua. Super filios autem Israhel quicunq; habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit domus Dauid. Hoc inquam factum nouerat, sibiq; simile euenturũ erat. Si em̃ in adulterio simul & homicidio Dauid, sacrum inuenerunt sancti patres exemplar cœlestis mysterij: cur non in stultitia regis pueri reperisse nos iuuet altitudinis similitudinẽ diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei? Constat quippe certa & uera patrum eorundem attestatione, quia quod à domo Dauid scissum est regnũ Israhel, tribus autẽ Iuda adhæsit regi suo: simile uel par est ei quod accidit uero Dauid, Christo: quando à fide eius multitudo seditiosa per multas atq; multiloquas hæreses scissa est, sola aũt ueræ confessionis ecclesia fabricantibus illis uitulos mendacij ueritatẽ tenens adhæsit regi suo, & templo dei sui. Itaque ꝙ nunc ait rex iste, rex nouus nondũ per passionẽ mortis gloria & honore coronatus, audistis quia dictũ est antiquis. Ego aũt dico uobis: & in omnibus angustã ostendit esse uiam regni sui magis q̃ hactenus fuerit: pene idẽ est ac si dicat. Pater meus posuit super uos iugũ graue: ego autẽ addam super iugum uestrũ. Pater quippe deus pronis ad sanguinẽ hominibus graue iugũ imposuit, dicendo: Non occides, graue iugũ petulcis atq; luxuriosis, dicẽdo: Nõ mœchaberis. graue iugũ iurantibus, dicendo: Non peierabis. graue iugũ iracundis, ac propriæ uindictæ auidis, dicendo: Oculũ pro oculo, dentẽ pro dente. Hic aũt filius eiusdẽ dei super iugũ illorũ, addidit dicendo: omnis qui irascitur, reus erit: omnis q uiderit mulierẽ ad concupiscendum eam, iam mœchatus est: non iuretis omnino, sit sermo uester, est est, non non, & ego autẽ dico uobis, non resistere malo. ¶ Quid igitur hoc sibi uult, nisi quia rex iste deus est, & iudicij dñs, & quod regno terreno solet obesse, hoc cœlesti prodest regno eius? Deniq; reges terræ ab hominibus fiunt, tributisq; egent, & uectigalibus hominũ suæ anhelanti inopiæ subueniunt reges egeni & inopes: huic autem cœlesti dño & regi ueraciter dicit sapiens terræ rex: Deus meus es tu, quoniam bonorũ meorũ non eges. Proinde homĩes terreni ut reges fiant, & in domibus regũ sint, mollibus uestiantur, id est, placẽtia loquantur, nam rex iste qui ueraciter dicit hominibus: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos: rex inquam iste unus & solus, non ab hominibus, neq; per hoĩes factus, nemini blanditur, sed sicut stimuli, & quasi claui in altũ defixi, ita recte sunt uerba eius, ut iudicet & probet eos qui regno suo digni habeantur. Hoc itidẽ eius exẽplo faciẽdũ est cunctis regni eius adiutorib⁹ ut uidelicet nemini adulentur delectati nũero discipulorum, sed prædicent illis dura & aspera, per quæ itur ad deũ. Nec uero quicq̃ in hoc est quod uereatur aut uereri debeat prudens magister militũ. Nã si is qui uenit reuera deũ quærit, & regno dei ueraciter militare cupit: nulla terretur austeritate legis militaris sciens quia rex qui dura hæc proposuit, dicit in fine sermonis: Omnis ergo qui audit uerba mea hæc & facit ea, assimilabitur uiro sapienti, q ædificauit domũ suã supra petrã, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domũ illã, & nõ cecidit, fundata em̃ erat supra petrã. Qui hæc nõ attendũt, iuxta quod apostolus ait: Omnes quæ sua sunt quærunt, nõ quæ Iesu Christi, similes sunt scribis & pharisæis, quos Euangelista continuo denotat, cũ dicit. Erat em̃ docens eos sicut potestatẽ habens, & nõ sicut scribæ eorũ & pharisæi. Potestate nãq; se priuant q cũ quippiam ab aliquo accipiunt, illũ cẽsent militẽ bonũ: qui aũt non dederint aliquid in ore eorũ, sanctificãt super eos bellũ: Hoc rex iste nõ faciebat, idcirco sic dictũ est: erat em̃ docens eos sicut potestatẽ habens, & nõ sicut scribæ & pharisæi, id est, non sua quærendo, cõtemptibilẽ faciebat docendi authoritatem, quemadmodum illi.

Mat. 5. Exo. 20. Deut. 5 Leuit. 19 Exo. 21. Deut. 19 Psal. 15. Iohan. 15 Aspera annũciare debẽt prædicatores euãgelij peccatoribus. Philip. 2 Mat. 7 Mich. 3.

¶ Quomodo ueraciter dictum sit, Erat em̃ docens eos sicut potestatem habẽs, secundum signa quæ fecerat. Cap. XX.

Mat. 6

Amplius aũt. Erat em̃ docens eos sicut potestatẽ habens, & nõ sicut scribæ eorũ & pharisæi, subauditur, siue boni siue mali. Fuerunt em̃ in illis scribæ boni, uidelicet quorũ Moyses & Esdras erant optimi. Fuerunt & boni pharisæi, scilicet Aaron, & filij eius, imò quotquot erãt sacerdotalis aut leuitici generis. Nã pharisæi clerici dicunt illius populi. De optimis sumam⁹ cõparationẽ. Nõ sicut Moyses & Aarõ erat iste

Exo.14. docens, sed sicut potestatẽ habens, Verbi gratia: Dixitq; dñs ad Moysen: Quid clamas ad me? Loquere filijs Israhel ut proficiscantur. Tu aũt eleua uirgã, & extende manũ tuã super mare, & diuide illud, ut gradiantur filij Israhel in medio maris per siccũ. Sic & in cæteris q̃cunq; fecit non penes se potestatẽ habebat, quippe qui homo & non deus erat, & idcirco necessario ad deũ potestatẽ habentẽ clamabat Hic aũt sicut potestatẽ habens cũcta peragebat quippe qui, nõ homo tantũ, sed deus & homo erat. ¶ Cõsideremus ergo eius opa, quõ sicut

Mat.8 potestatẽ habẽs illa faciebat. Descendente illo de monte cũ sequerẽtur eũ turbæ multæ, ec-

Mar.1. ce inquit leprosus ueniẽs adorauit eũ, dicens: Dñe, si uis potes me mũdare. Non dixit, si cla-

Luc.5 mes ad deũ potes emũdationẽ mihi obtinere, sed qđ magnæ fidei est, si uis ait, potes me mũdare. At ille ueraciter potestatẽ habẽs, ut eandẽ potestatẽ gestu quoq; corporis significaret, extendẽs manũ tetigit eum, dicens: Volo, Mundare. Et confestim mundata est lepra eius.

Potestatem Christi leprosus cõfessus ẽ

¶ Deinde accedens Centurio, potestatẽ illũ habere, ut habebat uere, egregia fide cõfessus ẽ. Tantũ, inquit, dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nã & ego homo sum sub potestate habẽs sub me milites. Et dico huic uade, & uadit: & alio ueni, & uenit: & seruo meo fac hoc, & facit. Deniq; hac proposita similitudine uir admirãdæ fidei, hoc uoluit subintelligi, ut diceret. Tu homo q̃ & deus es, passiones oẽs & uniuersas infirmitates habes potestati tuæ & iudicijs tuis militantes: & dicis huic uade, & uadit: dicis inquã huic spiritui infirmitatis, recede, & recedit: dicis item alio, cũ causa & ratio postulat, ueni, & uenit, ut scilicet flagelletur, quẽ flagellari uolueris, tu qui malis seruitijs nosti bene uti. Itaq; potestatẽ cõfessus est, & responsum accepit, sicut potestatẽ habẽtis pro merito suæ fidei, uade, & sicut credidisti fiat tibi. Sic & cętera quæcũq; faciebat, sicut potestatẽ habẽs operabatur, & non sicut scribę & pharisæi: imõ nõ sicut summi principes, Moyses & Aaron, quibus ut aliqua facerẽt clamore & oratione opus erat: & idcirco recte admirabãtur turbæ super doctrina eius.

¶ Q, illud ad potestatem regiam pertinuerit, ut alijs quoq; potestatẽ daret eijciendi immundos spũs, & curandi omnẽ infirmitatẽ, & quorũ signa, antiquorũ sanctorũ, an apostolorum potiora fuerint. Cap. XXI.

Mat.10. QVia de potestate loqui cœpimus, & potestatẽ regiam dñi nostri agnoscere debemus, quod maxime ad hãc rẽ attinet non prætereamus. Et cõuocatis duodecim discipulis suis, dedit ilis potestatẽ spirituũ immũdorũ, ut eijcerent eos, & curarẽt omnẽ languorẽ & omnẽ infirmitatẽ. Duodecim aũt aplorũ noia hæc sunt. Primus, Symon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Iacobus Zebedei, & Iohannes frater eius, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, & Iacob⁹ Alphæi, & Thaddæus, Symon Chananæus, & Iudas Iscariothes, q̃ tradidit eũ. Ecce potesta-

Potestatẽ suã discipulis Chrs cõmunicauit

tẽ habẽs uere regiã, potestatẽ habẽs iure diuinã. Nec uero solũmodo potestatẽ habẽs, sed potestatẽ hoibus dare potẽs Quid amplius inquã hoibus cõtulit deus, in forma dei, quã nunc deus in forma hois, dñs in forma serui? Conferamus nũc potestatẽ quã dedit Moysi deus in forma dei potestati quã dedit hic aplis, deus in forma serui. In q̃ fuit illa ptãs, quam Moysi

Exo.7.8.&c. potẽs iste dederat? In proijciẽdo uirgã corã Pharaone, ut draco fieret, & uirgas maleficorũ deuoraret: in educẽdo ranas & cyniphes, cynomiam q̃q; & mortẽ in omne pecus Aegyptiorũ, in spargendo fauillã in cœlo ut fierẽt ulcera in hoies, in extendẽdo manus in cœlũ, ut dñs ignẽ & grandinẽ plueret, & ut super oẽs fines Aegypti locusta ueniret, & ut p triduum in tota terra Aegypti tenebræ fierẽt: & ut pcussis à dño primogenitis Aegyptiorũ eleuaret uirgã sup mare, quo diuiso populus transiret. Magna quidẽ magnæ ptãtis opa sunt hæc: ue- runtamẽ prudẽter cõsiderandũ, qa nõ adeo uicina saluti hũanæ potestas illa operata est. Nã extra ipsam hois substãtiã cũcta peracta sunt. Hic aũt & ipse potestatis dñs circa ipsam hois substãtiã operať, & ipsi q̃bus potestatẽ largitur, uidelicet potestatẽ spirituũ immũdorum, ut eijcerẽt eos, & ut curarẽt omnẽ languorẽ & omnẽ infirmitatẽ. Vbi maior clemẽtiæ gratia, ibi sine dubio maior uenerãdæ potestatis dignitas. Hæc opa potestatis simul & gratiæ sunt, & uiciniora hũanæ saluti: & idcirco recte reseruata sunt aduẽtui saluatoris, cuius & propria

3.Reg.17 potestas est, & p quẽ gratia facta est. ¶ Prophetarũ tñ nobilissimi, Helias & Helisæus quę-

4.Reg.4. dã huiusmodi opa fecerũt. Nã Helias mortuũ suscitauit, Helisæus quoq; & mortuo uitam reddidit, & leproso lauacrũ quo mundareť ostẽdit. Verũ hęc ita facta sunt, ut uitæ & salutis

per

per potentē hūc perficiendæ sacramenta præsignarent, sicut ipse in euangelio insinuat, dicens: In ueritate dico uobis, multæ uiduæ erāt in diebus Heliæ in Israhel, qn̄ clausum est cœlū annis tribus & mensibus sex, cū facta esset fames magna in omni terra, & ad nullā illarum missus est Helias, nisi in Sarephta Sidoniæ ad mulierē uiduā. Et multi leprosi erāt in Israhel sub Helisæo propheta, & nemo eorū mundatus est, nisi Naaman Sirus. Lucæ.4

¶ Quomō iuxta prophetiā dicentē, Audi serue meus Iacob & Israhel, quē elegi, &c̄. Iste uerus Iacob & uerus Israhel, & qa iste duodecim filios carnalr̄, hic duodecim aplos spūaliter genuit, quibus hāc potestatē dedit. Cap. XXII.

QV ibus primis potestatē hanc potens iste dedit, duodecim apostoli sunt, de quib⁹ & Marcus: Et fecit inquit, ut essent duodecim cū illo, & ut mitteret eos p̄dicare, & dedit illis potestatē curādi infirmitates, & eijciēdi dæmonia. Et hoc ualde delectat, ꝙ hic homo cœlestis uerus Iacob, & spūalis Israhel in primordio suæ gētis uel generatiōis duodecim spūales filios genuit, illū Iacob siue Israhel in typū sui p̄cessisse cōprobās, q carnales filios duodecim patriarchas patres & principes futuræ gētis carnaliter genuit. Hic est em̄ ueraciter ille Iacob & ille Israhel, cui in Esaia diceba[tur] pater: Et nūc audi serue meus Iacob & Israhel quē elegi. Effundā em̄ aquas super sitientē, & fluēta sup aridam Effundā spm̄ meū sup semē tuū, & benedictionē meā sup stirpē tuā, &c̄. Quid em̄ uerius si ad istū respicias: qd inq̄ uerius aut certi⁹, eo ꝙ ait: effundā spm̄ meū sup semē tuū, & benedictionē meā sup stirpē tuā? Effudit em̄ sup hoc semen, & sup han[c] primitiuā stirpē eius spm̄ sanctū suū, & in eodē spū benedictionem suā: qn̄ apparuerunt illis dispartitæ linguæ tanquā ignis, seditq; supra singulos eorū, & cœperunt loqui uarijs linguis prout spūs sanctus dabat eloqui illis. ¶ Quid em̄ deinde? Et germinabunt, inquit, inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Iste dicet: Dn̄i ego sum, & ille uocabitur in noīe Iacob: & hic scribet manu sua dn̄o, & in nomine dei Israhel assimilabitur. Hoc ita uerū est ut assertione nostra non indigeat, imò ut nesciri nō liceat, qa post effusum sanctū benedictiōis spm̄ continuo q pauci fuerant, germinauerūt quasi salices, id est, multiplicati sunt uelociter, cōuocādo atq; conuertendo oēs gentes, & iste atq; iste pro modulo quisq; suo professus est, quid esset, aut qd posset, secūdū grām quā pro uolūtate distribuētis dn̄i ac dei cōsecutus est. Igitur ut ille Iacob siue Israhel duodecim filios: sic iste uerus Iacob & uerus Israhel spūaliter initiū suæ gētis duodecim genuit aplos. Et ille de suis carnalibus, paruli sunt ait quos donauit mihi deus: & iste de suis spūalibus: Ecce inqt ego & pueri quos mihi dedit deus. Mar.3 Esa.44. Act.2 Esa.44. Gen.33. Esa.8 Heb.2

¶ Cur inter tales filios ac principes regni dei, Iudā quoq; qui ad illud regnū non pertinebat ipse omnia sciens admiserit. Cap. XXIII.

SEd inter istos regis filios & regni dei principes, quid ille Iudas, qui regis eiusdem proditor, & filiorū regis proditor futurus erat? Neq; em̄ ignorans illum rex elegit quippe qui alio loco dicit: Ego scio quos elegerim. Ut quid ergo tale elegit, & huic tali potestatē cū cæteris dedit? Ac si iā interrogassemus eū, ipse respondit. Ut adimpleatur scriptura, q māducat meū panē, leuabit cōtra me calcaneū suū. Sed nunqd talē nō elegisset, nisi hoc scriptura p̄dixisset? Imò nisi talē electurus fuisset, scriptura hoc nō dixisset. Verbo uero electionis hic nō absurde utimur, cū ipse dicat. Nōne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est? Quare igitur malū sciens inter bonos admisit? Nimirū ut prior ipse faceret, quod postmodū in parabolis, quas primas locutus est nobis, esse faciēdū docet. Cū em̄ parabolā seminātis, quā primā dixerat exposuisset, continuo hanc aliā proposuit, dicens: Simile factū est regnū cœlorū homini q seminauit bonū semē in agro suo. Cū autem dormirent hoīes uenit inimicus eius, & supseminauit zizania in medio tritici, & abijt, &c̄. Nimirū paterfamilias seminis boni seminator, q hæc dicit, ne forte colligētes zizania eradicetis simul cū eis & triticū, sinite utraq; crescere usq; ad messem: ipse est rex regni cœlorum, id est præsentis ecclesiæ uel congregatiōis sanctorū, in qua bono semini zizania, id est filijs regni filij nequā quos inimicus diabolus superseminauit, usq; ad messem. i. usq; ad cōsummationē seculi pmixti sunt. Illos tolerari iubet cū dicit: Sinite utraq; crescere usq; ad messem, cū sepissime citius efflorescant, & sublimius crescant, ita ut summos honores in eccliasticis gradibus apprehendāt, eo ꝙ nihil noceat bonis permixtio malorum, q̊s pro tp̄e inuiti sustinent, Iohan.13 Iudā cur elegerit, & potestatē parē cæteris dederit Ioh.6 Mat.13 Tolerādi mali iter bonos.

 quia

quia corrigere non possunt. Igitur quod præcepturus erat recte, & ut præceptorẽ decebat, prior ipse fecit, admittens Iudã in illo sanctorũ nũero, qbus potestatẽ dabat eijciẽdi spũs immũdos, & curãdi omnẽ languorẽ, omnẽq; infirmitatẽ: ut scias dona dei puenire ad illos, qui
Luc.22 cũ fide accipiũt etiã si talis sit is per quẽ accipiũt, qualis fuit & Iudas. ¶ Sciendũ tñ, qa postq̃ ut Lucas scribit: Intrauit in eũ Satanas, & abijt, & locutus est cũ principibus sacerdotum, & magistratibus, quẽadmodũ eum traderet illis: Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniã illi dare, & spopondit: iã nec in eijciendis spiritibus immũdis, nec in languoribus aut infirmitatibus
Matt.27 curandis illa potestate apostolica usus est, quippe qui sequenti die inter cœnandũ per buccellam intinctã proditor designatus cõtinuo exiuit, & anteq̃ eũ quem tradiderat in crucem suspenderent Iudæi, laqueo se ipse suspendit. Nec uero tam segnis patientiæ, ueros Christi apostolos fuisse arbitremur, ut postq̃ ille designatus est, si nõ exisset cõmunicare illi, potuissent, ut prius. Hæc idcirco dicimus, ut zizania quæ inimicus homo semini bono superseminauit, nõ absq; discretiõe rerũ uel tẽporũ tolerãda esse, uel cõmunionẽ illorũ nihil obesse putemus. Cũ adhuc esset Iudas occultus fur, idq; solus sciret deus Chrũs: nihil bonis apostolis oberat, q eius cõmunione uel potestate apostolica cõmiscebatur. At ubi teterrima eius iniquitas actu prodijt, ut cũ inimicis dñi & magistri sui pactũ iniret proditionis & homicidij: ubi hoc hominibus notũ fecit homo Chrũs, nunqd ratiõi placet sine culpa potuisse fieri, ut deinceps illi diabolo aliqua hoĩes fideles cõmunione cõmiscerẽtur? Sic nimirũ quandiu qlibet filij nequã quantalibet regno Christi scandala faciant, ita agunt ut tñ sub nomine Christiano tegantur, solusq; quales sint nouerit deus, tolerandi sunt. At ubi manifesto conuictos
1.Cor.5 actu nominauerit ex nomine quo digni sunt, Christus qui in ecclesia loquitur, iã nec ratio, nec ueritatis regula patitur, ut cũ huiusmodi uel cibũ sumamus.

¶ De inimicis regni dei q dicebant, In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia, quibus ait, Omne regnum diuisum contra se, desolabitur. Cap. XXIIII.

PRima potestas regis huius erat in eijciendis dæmonibus, hoc mõ inuidiæ flamma
Matt.12 perustos mouit inimicos eius. Oblatus est ei dæmoniũ habens, cæcus & mutus, & curauit eũ ita ut loqueretur & uideret. Et stupebant oẽs turbæ, & dicebãt: Nunqd hic est filius Dauid? Pharisæi aũt audientes, dixerũt: Hic nõ eijcit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorũ. Quærimus & scire cupimus, isti inimici regni dei, quales apud se intus fuerint qui foris tales apparuerunt: q tantũ tãq; horridũ blasphemiæ putorem per apertas oris & linguæ portas efflauerunt, cõtra conscientiã propriã, cõtra ueritatẽ debac
Exod.8 chantes sibi non incognitã. Sciebant eñ q dæmonia dñs eiecerit in digito dei, sciebant inquam eadẽ ratione duce, qua & magi corã Pharaone scire potuerunt, & dicere, digitus dei est hic. Quærimus ergo. Et unde scire poterimus? Ait: Omne regnũ diuisum contra se, desolabitur. Et omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, non stabit. Et si Satanas Satanã eijcit,
Argumentatus Christus ualide aduersus se diuisus est. Quomodo ergo stabit regnũ eius? Validũ quippe argumentum, & quo uehementius, uerius, atq; constantius apud oratores seculi siue dialecticos nullum est. Sed quid illo conficitur? Hoc nimirum quod non possit stare regnũ Satanæ. Sic eñ conclusit. Quomodo ergo stabit regnũ eius? Ergo ne istud in quæstione erat, utrum staret regnum eius? Nunquid hoc affirmauerant isti aduersarij regni dei? Si nõ affirmauerant, frustra negat. Frustra, quod absit, contra illos tam ualide argumentatur sapiens rex regni dei. Compellimur igitur dicere illos aduersarios eius tam pessimos, tamq; peruersos fuisse, ut in auribus eius & si non uocis strepitu, certæ cogitationis clamore dicerent stare regnum Satanæ. Sed rem tã grandem unde poterimus probare? Parũ quippe cuipiam uideatur ut dicamus: Nisi istud in cordibus eorũ affirmaret Satan ipse qui eis dominabatur: non ecõtrario, sic dominus noster argumentaretur. Ergo ad sanctæ & ueridicæ scripturæ authoritatẽ confugia
Esaiæ.28. mus. In Esaia loquitur spũs sanctus, nimirũ iamdudũ audiens blasphemias, quas ab istis illusoribus erat accepturus. Propter hoc audite uerbũ domini uiri illusores, q dominamini sup populũ meũ, qui est in Hierusalem. Dixistis enim: Percussimus fœdus cũ morte, & cũ inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non ueniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Idcirco hæc dicit dñs deus Ecce ego mittam in fundamẽtis Syon lapidem, lapidẽ probatũ angularẽ, ꝓciosum in fundamento

mento fundatum. Qui crediderit non sustinet. Et ponam iudiciū in pondere, & iustitiam in mensura. Et subuertet grando spem mendacij, & protectionē, atq; inundabunt. Et delebitur fœdus uestrū cū morte, & pactū uestrū cū inferno non stabit. Flagellum inundans cū transierit, eritis ei in conculcationē. Quandocunq; pertransierit, tollet uos. Tali propheticæ ueritatis præeunte testimonio dicere non dubitamus eos tā fuisse perditos, ut apud deū omni spe diruta, sese ad diabolū diuertissent, & per arcana maleficiorū cōmertia pactum cū illo pepigissent, facturi quicquid tali domino placuisset, usq; ad ipsam regis magni dei interfectionem, dummodo templi diuitias, & consuetas populi rapinas non perderent. Nam hoc est quod & in quadam dicitur parabola. Occidamus eum, & nostra erit hæreditas. ¶ Cum autem tam teterrime mendaciū posuissent spem suā, & mendacio se protegi sperarent, multū contra eandē spem suam faciebant, cū dicerent: In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia. Hæc enī dicendo fatebantur, quia dæmonibus nulla est fides, nulla concordia, nullus pacti tenor, nulla iurati fœderis custodia. Opportune igitur Iesus sciens cogitatiōes eorū: omne, inquit, regnū diuisum contra se, desolabitur, &c. Sciens, inquit, cogitationes eorum. Quas cogitationes eorum? Non utiq; quod dixerunt, in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Nam hæc erant dicta. Sed sciens cogitationes eorū, & audiens dicta eorū, cogitationes, inquam, sciens, quibus Satanæ regnū stare sperabant, unde & fœdus cū morte percusserant, & cū inferno pactū fecerant: & audiens dicta eorū, quibus ijdem Satanæ regnū fatebantur esse diuisum, ut conuinceret eos ex ore ipsorū, ꝙ decepti ac perditi in mendacio spem suam posuissent, talem facere dignatus syllogismū. Omne regnum diuisum contra se, desolabitur, & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, non stabit. Et si Satanas Satanam eijcit, aduersus se diuisus est. Quomodo ergo stabit regnū eius? Et continuo. Et si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij uestri in quo eijciunt? Nam filij quoq; eorū apostoli potestate (ut supra dictū est) sibi tradita iā dæmonia de obsessis corporibus eijcere poterant uel cœperant. Futurū autē erat, ut & de animabus gentiū eijcerent, atq; de templis, aris & simulachris abigerent, eisdem aduersarijs uidentibus atque inuidentibus, & dicere nō ualentibus, ꝙ hoc facerent in Beelzebub, eo ꝙ Beelzebub contra semetipsum facere nō posset id, in quo maxime regnū suum destrueretur, scilicet idolorū cultus. Quid ergo, inqt, tūc dicetis. Nihil quidem habebitis quod dicatis: & nihilominus tamē persequemini. Quid deinde? Ideo ipsi iudices erunt uestri. Sedebunt enī super sedes duodecim iudicātes duodecim tribus Israhel, quia uidelicet cū fecerint quod primū facere oportebit, id est primum uobis uerbū dei locuti sint, uos non credetis. Idcirco uos iudicaturi iāq; iudicantes cōuertentur ad gentes. ¶ Si aūt ego in spū dei eijcio dæmonia, igitur puenit in uos regnū dei. Ac si diceret: Si ora uestra blasphemijs fluentia cōtinueritis, mentēq; & linguā correxeritis, ut dicatis qđ dignū, quod uerū est, quia in spū dei eijcio dæmonia, igitur puenit ī uos regnū dei, ut liberati à seruitute peccati, sedes & domus efficiamini regni dei. Sed uos non per ignorantiam, sed p inuidiam: non per errorem, sed ueritatis odiū loquimini sic. Ideo dico uobis omne uerbum & blasphemia remittetur hominibus, spūs autem blasphemiæ non remittetur. Et quicunq; dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei. Qui autem dixerit contra spm̄ sanctū, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Deniq; uerbum ille contra spm̄ dicit, q ueritatem sciens ex scripturis, quæ utiq; uerba sunt spūs sancti, ueritatem eandē in iniustitia uel mendacio detinet, præ furore inuidiæ uel odij rotans uerba aliena contra conscientiam cordis sui. Huic nimirū nō remittetur, neq; in hoc seculo, neq; in futuro, nō qđ ullū peccatū uere pœnitentibus irremissibile sit, sed ꝙ talis ad humilitatē ueræ pœnitētiæ nunq̄ aspirare dignus sit iudice deo, iudicante ipso, in quem peccauit, spū sancto.

Mat. 21. Quas cogitationes Chrūs uiderit. Syllogismus Christi. Mat. 19. Mat. 12.

¶ De primatu Petri apostoli inter illos principes regni dei, & ꝙ cū adhuc nescierit quale foret ipsum regnū dei, cū diceret, Absit à te domine, non erit tibi ita. Cap XXV.

PRædicti duodecim apostoli, potestatē (ut dictū est) acceperāt, ut spūs immundos eijcerēt, & omnē languorē, omnēq; infirmitatē euangelizādo regnū dei curarent: oēs quidē, sed iter oēs unus per primogenitā fidē Petrus hoc promeruerat. Primꝰ hic dixit: Tu es Chrūs filius dei uiui, ut claues eiusdem regni dei acciperet, dicente sibi rege ipso, collaudatore probatæ fidei: Beatus es Symon Bar Iona, quia caro & sanguis nō

Mat. 16. Mar. 8. Luc. 9.

guis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, &
super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et portæ inferi non præualebunt aduersus
eam. Et tibi dabo claues regni cœlorũ. Pars iuris cœlestis, & senatoriæ dignitatis quæ sub-
iecta est his uerbis. Et quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quod-
Mat.18. cunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis: cæterisq; apostolis communiter con-
tradita est. Dixit em̃ alibi: Amen dico uobis, quæcunq; alligaueritis super terram, erunt li-
Iohan.20 gata & in cœlo: & quæcunq; solueritis super terram, erũt soluta & in cœlo. Itemq; & alibi:
Quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis: & quorũ retinueritis, retẽta sunt. Itaq; potestas q-
dem cõmunis omniũ, sed unũ & singulare, unius est Petri priuilegiũ, cui prius & singulari-
ter dictũ est, tibi dabo claues regni cœlorum. Potestatem inquam regni dei acceperunt, sed
eiusdẽ regni scientiã non habebant, quale foret hoc regnũ, qua uia, uel quali ordine in illud
Mat.16. esset ascendendum, tam princeps Petrus, q̃ cæteri ignorabant. Vnde cum diceret rex ipse,
Lucæ.18 ꝙ oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus & scribis, & principibus sa-
cerdotum, & occidi, & die tertia resurgere quod erat profecto in regnum introire: assumẽs
eum Petrus cœpit increpare illum, dicens: Absit à te domine, non erit tibi hoc. Statimq; au
dire meruit. Vade post me Satanas, scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ dei sunt, sed
quæ hominum Simpliciter nimis Satanas, id est aduersarius erat, nimiumq; simplici uolun
tate cõmuni bono contraibat. De cæteris autem Iacobus & Iohannes filij Zebedei multũ
Mat.20 eadem errantes ignorantia, magister inquiunt, uolumus ut quodcunq; petierimus facias no
Mar.10. bis. At ille dixit eis: Quid uultis ut faciam uobis? Et dixerunt: Da nobis, ut unus ad dextram
Lucæ.17 tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Itaq; qui ad hoc uocati erant ut uni-
uerso mundo prædicarent regni dei gloriam: q̃ rudes, q̃ indocti, q̃ paruuli, & infantes erãt.
Idcirco rex ipse idemq; magister paruulorum eruditor fieri dignatus est, ita ut propter hoc
Heb.5. ipsum ꝙ paruuli erant, quibus lacte & non solido cibo opus erat, in parabolis loquebatur ad
eos, quatinus per notarũ similitudines rerum ad incognita regni cœlestis mysteria paulatim
nos introduceret.

¶ De parabolis eiusdẽ regis introductorijs, ad cognoscẽda mysteria regni dei, & de eo ꝙ ait, Vobis datũ est nosse mysteriũ regni dei, cæteris aũt in parabolis subiungẽs, quia uidentes non uident, & audientes non audiunt. Cap. XXVI.

ET quod maxime in Euangelistæ huius dispositione delectabile est, quot erant apo-
Mat.13. stoli, totidem, id est duodecim erant introductæ parabolæ. Prima est parabola se-
minantis, qui dum seminat, quædã inquit, ceciderunt secus uiam, & uenerunt uolu-
cres & comederunt ea. Et reliqua. Sane ꝙ in illa uel pro illa parabola dicit eis: Vo-
Lucæ.8 bis datũ est nosse mysteriũ regni dei, illis autẽ non est datũ, uel ut apud Lucam manifestius,
cæteris aũt inqt in parabolis, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant, non de
illo tempore quo hæc dicebantur, sentiendum est, sed de illo quo uenturus erat spiritus san
ctus, & docturus eos omnẽ ueritatem. Quo nimirum intendens ipse, continuo passurus di-
Iohan.16 cit ipsis. Hæc in prouerbijs locutus sum uobis. Venit hora, cũ iam non in prouerbijs loquar
uobis. ¶ Secunda parabola est hominis qui seminauit bonũ semen in agro suo. Cum autem
dormirent homies, uenit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt.
¶ Tertia est, quam proposuit, dicens: Simile est regnum cœlorum grano sinapis quod mi-
nimum quidem est omnibus seminibus, cũ autem creuerit, maius est om̃ibus holeribus, &
fit arbor, ita ut uolucres cœli ueniant & habitent in ramis eius. ¶ Quarta hæc est, Simile est
regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier in farinę satis tribus donec fermenta-
retur totum. ¶ Quinta, Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quẽ qui
inuenit homo, abscondit. ¶ Sexta, Simile est regnum cœlorum homini negociatori quæ-
renti bonas magaritas. ¶ Septima, Simile est regnum cœlorũ sagenæ missæ in mari, & ex
Mat.18. om̃i genere piscium congreganti. ¶ Octaua, Simile est regnũ cœlorũ regi, qui uoluit ratio-
nem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationẽ ponere, oblatus est ei unus qui debe-
bebat decẽ milia talenta. ¶ Nona, Simile est regnũ cœlorũ homini patrisfamilias, qui exijt
Mat.20 primo mane, conducere operarios in uineã suam. Decima, Simile est regnũ cœlorũ homini
Mat.22 regi, qui fecit nuptias filio suo. Nam duas in hoc numero prætermittimus, quas non tam
discipu-

discipulis suis, quam principibus sacerdotũ, locutus est inimicis suis, quarũ una hæc est: Homo quidã habebat duos filios, & accedens ad primũ dixit fili uade, hodie operare in uinea mea. Alia: Homo erat paterfamilias qui plantauit uineam, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, &c. ¶ Vndecima est: Tunc simile erit regnũ cœlorum decem uirginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsę. ¶ Duodecima: Homo quidam peregre proficiscens, uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alij autẽ duo, alij uero unum. ¶ In his parabolis introducendi studio loquebatur illis, aliquando solis, aliquando simul astantibus, & audientibus turbis. Plane quod in prima dixit, Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, siue regni dei, illis autem non est datum, uel cæteris autem in parabolis, sicut supra dicere cœperamus: tunc adimpletum est, quando principes isti accepto spiritu sancto, spiritu ueritatis, omne cœperunt nosse mysterium regni dei, quod occultum erat in lege & prophetis, nos autẽ populares uel plebei quibus tanta non collata est gratia, cœpimus præeunte fide, ex parabolis istis euangelicis eadẽ paulatim percipere mysteria regni dei. Sed quid est quod subiũgit, ideo in parabolis loquor eis, ut adimpleatur in eis prophetia Esaiæ prophetæ, dicẽtis: Auditu audietis & non intelligetis, & uidẽtes uidebitis, & non uidebitis? Num idcirco loquebatur in parabolis, ut illi de quibus hoc prophetatum fuerat non perciperent mysterium regni dei? Hoc nempe ut intelligamus ipsæ literæ textus uel ordo compellit. Dixerant enim discipuli stantibus in littore turbis: Quare in parabolis loqueris illis? Cui nimirum percunctationi, ne dicam intentioni, siue uoluntati, quia uera necdum uia tendere sciebant ad manifestationem regni dei, percunctationi inquam satisfacere hoc erat, ut manifeste & non in parabolis, sed actu ipso, & potentia spectanda cunctis iam se ostenderet regem esse regni dei. At ille tali ordine processurus erat rex regni dei, ut intus admitterentur humiles illuminati, superbis relictis foris, ut errarent cæci in plateis. Cum igitur dixisset, uobis datum est nosse mysterium regni dei, terribiliter pro re & tempore subiunxit, quia uidentes non uident, & audientes nõ audiũt.

Mat. 21
Lucæ. 4.
Mat. 13
Lucæ. 8
Esa. 6

¶ De uirtutibus eius siue miraculis, quòd talia sint ut ex illis manifestentur potestas simul & misericordia regis dei. Capitulum XXVII.

Virtutum opera parabolis prædictis ad idem regni dei consignificantia sic Euangelista iste contexuit, ut in omnibus & regalis potestas, & misericors gratia, diligenter expectantibus appareat. Sunt autẽ numero decẽ & octo, quæ certis & locis & personis ædita sunt. ¶ Primum est ubi descẽdente illo de monte, & sequẽtibus turbis, ecce leprosus ueniẽs adorabat eum, dicẽs: Domine si uis, potes me mundare. Et extendẽs manum, tetigit eum, dicẽs: Volo, Mundare. Secundum, ubi Centurioni dicẽti: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus, miratus fidẽ eius, cum regali imperio dixit: Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Tertium, ubi tetigit manum socrus Petri, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis Quartum, ubi facto motu magno in mari surgẽs qui dormiebat rex cœli, terræ, & maris, imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna. Quintum, ubi dæmonibus rogantibus eundem regem potestatem habẽtem, ac dicentibus, si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum, tales non longa uel familiari responsione dignatus est, ait: Ite. Sextum, ubi paralyticum uidens in lecto iacentem, & fidem offerentem, cum dixisset, confide fili, remittuntur tibi peccata tua, & pro hoc quidam de scribis murmurarent, dicentes: Hic blasphemat: ut sciatis inquit, quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittẽdi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Septimũ, ubi mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam uestimenti eius. At ille conuersus, & uidens eam, solito cum imperio dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Octauum, ubi dominator uitæ & mortis: recedite inquit, non est enim mortua puella, sed dormit Et eiecta turba, tenuit manum eius, & surrexit. Nonum, ubi clamantibus duobus cæcis, miserere nostri fili Dauid, cõfessionẽ approbãs regij nominis, secũdũ fidẽ uestrã inquit fiat uobis. Decimũ, ubi obtulerũt ei hominẽ mutũ dæmonem

.I. Mat. 8
II. Ibidem.
III. Ibidem.
IIII. Ibidem.
V. Ibidem
VI. Mat. 9
VII. Ibidem.
VIII. Ibidem.
IX. Mat. 12.
X.

XI. monem habentem, & eiecto dæmonio, locutus est mutus. Vndecimũ, ubi dominus sabba
Ibidem. ti conuictis aduersarijs ꝙ liceat sabbatis bene facere, ait homini manũ habenti aridã. Exten-
XII. de manũ tuã. Et extendit. Duodecimũ, ubi oblatus est ei dæmoniũ habẽs, cæcus & mutus, & curauit eum ita ut loqueretur & uideret, & pro hoc inuidentibus atq; blasphemantibus pharisæis, ius suum defendit, ꝙ ipse esset rex regni dei, qui fortem armatũ alligare uenerit,
XIII. ipsi autẽ serui eiusdem tyranni in ruina regni eius diuisi forent inuoluendi. Tertiumdecimũ
Mat.14. ubi quinq; milia uirorũ, exceptis mulieribus & paruulis, de quinq; panibus ordeaceis facia-
XIIII. uit & duobus piscibus, propter quod & iuxta alium Euangelistam, rapere uolebant eum, &
Mar.6. facere regẽ sibi. Quartumdecimũ, ubi discipulis periclitantibus in medio mari, quarta uigi-lia noctis uenit ad eos ambulans super mare, & Petro dicenti, Domine si tu es, iube me ue-
XV. nire ad te super aquas. Ipse ait: Veni. Quintumdecimũ, ubi cũ dixisset mulieri Chananææ,
Matt.15 rex & nobilium filiorũ pater ingenuus, non est bonũ sumere panem filiorũ & mittere canibus. Illa respondit: Etiam domine, nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorũ, sæueritatem imperij uel iudicij sui mox in clementiã conuertit, o mulier inqui
XVI. ens, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Sextumdecimũ, ubi miseratus turbam, eo ꝙ nõ ha
Mar.6 berent quod manducarẽt, & si dimitteret eos ieiunos, deficerent in uia, saturauit de septẽ pa
Matt.15. nibus & paucis pisciculis quatuor milia hominũ, extra mulieres & paruulos. Septimumde-
XVII. cimũ, ubi Petrum & Iacobũ & Iohannem fratrem eius ducit in montem excelsum, & trans
Mat.17. figuratus est ante eos & resplenduit facies eius sicut sol, uestimenta aũt eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Helias cum eo loquentes, in quo præsignauit illam, quæ nunc est regni sui gloriã, contestantibus Moyse & Helia, id est lege & prophetis, quia rex ipse est iam immortalitatis carne regnans semper in splendore diuinitatis.
XVIII. Octauumdecimũ, ubi homini prouoluto genibus ante eũ, & dicenti: Domine miserere fi-
Mat.17. lio meo, quia lunaticus est, & male patitur. Respondens ait: O generatio incredula & peruersa, quousq; ero uobiscũ, usquequo patiar uos? Afferte illũ ad me. Et increpauit illum, & exiuit ab eo dæmoniũ. Et hoc, inquit genus non eijcitur, nisi per orationem & ieiuniũ, quod tamen eiecerat ipse potestatẽ habens non per orationẽ, neq; per ieiunium. ¶ Post potentis misericordiæ suæ, siue misericordis potentiæ magna hæc opera, per quæ cunctis regno suo seruientibus maiora intus bona spiritualiter præsignabat, unum ponitur opus terribile, quo eiusdẽ regni sui hostibus magnitudinẽ significauit, eius quæ nunc est illis iræ & uindi-
Mat.21. ctæ. Intrauit, inquit, in tẽplum dei, & eijciebat om̃es uẽdentes & ementes in templo, & mẽ
Iohan.2. sas nummulariorum uendentium columbas euertit. Deniq; hoc non leuiter attendendum est, in potentia regis, quod cum uno flagello de funiculis, homo tunc uilis, & in tantũ uilis, ut postea crucifigeretur, hoc fecit quod infinitus non potuisset facere exercitus. Tumultus ille quo sic perturbati, funiculus ille quo de tẽplo sic eiecti sunt, tempestatem illam præsignauit qua de regno dei proiecti sunt, longis peccatorũ suorum funibus circundati à sanguine Abel iusti, locum quoque & gentem tollentibus Romanis, cuius rei tumultum totus orbis audiuit.

¶ Qualiter in fine tollenda sint om̃ia scandala de regno dei, & ꝙ non uane pater Augustinus uelit intelligi Matthæũ in leonis facie. Cap. XXVIII.

NEmo ferè q̃ nesciat, nemo prorsus q̃ nescire debeat, cũcta hæc cæteraq; q̃tidiana eius facta & dicta, sicut à patribus sc̃tis sunt exposita, regni dei. i. ecclesiæ p̃sentis cõtinere mysteria, qđ uidelicet regnũ usq; ad finẽ seculi, ex bonis, malisq; p̃mixtũ sc̃dm edictũ, piterq; exẽplũ regis erudit & p̃ficit in om̃i patiẽtia. Tandẽ q̃liter de hoc regno tollenda sunt om̃ia scandala, quod per multiplices apud hunc Euangelistã significabat parabolas: terribiliter hæc nouissima ante passionẽ prolocutio regis indicat. Cũ aũt
Mat.2. inq̃t uenerit filius hoĩs in maiestate sua, & oẽs angeli cũ eo, tũc sedebit sup̃ sedẽ maiestatis suæ, & cõgregabunt ante eũ oẽs gẽtes, & separabit eos ab inuicẽ, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidẽ à dextris, hœdos autẽ à sinistris, &c. Iã sæpe dictum, & sæpe dicendum est, quia cuncta ferè sic locutus est hic Euangelista, ut ubiq; spectanda nobis proponatur tam uocibus q̃ sensibus regni cœlorum maiestas regia p̃sona regalis dñi nostri

Iesu

Iesu Christi potestas. Hoc animaduerso pater Augustinus, ubi euangelicæ quatuor facies spectãdæ proponuntur tam in apostolo, q̃ in ꝓpheta non uane arbitratur, aut intelligi uult, ꝙ facies leonis sit Matthæus, facies aũt hominis Marcus, licet alij plures econuerso tradiderint, ꝙ in homine Matthæus, in leone Marcus sit agnoscendus. Nos huius ætatis sextæ finem facientes de septima breuiter quid loquamur, ut iuxta ꝓpositum ad laudandã, atq; adorandam sancti spiritus gratiam, quandoq; lassi perueniamus.

Augusti n° I de cõsens. euangel. li. 1. cap. Super Iohan tracta. 36.

¶De septima ætate mundi ꝙ ueraciter sabbatum dicatur & sit, id est, requies, & quid sit illa. Caput XXIX.

SEptima mundi ætas. Non pro tempore, uel tempoꝝ ordine ætas dicitur, aut septima nuncupatur. Neq; eñ quomodo quinta quartæ, quomõ sexta quintæ, sic illa huic sextæ temporaliter succedit: sed coniuncta uelut ex latere, usq; ad finem seculi, usq; ad uniuersalis diem resurrectionis, cum ea currit. Est aũt alterius seculi secretũ, in quo electoꝝ animæ depositis corporibus, felici sabbatismo, cum deo requiescunt, quæcunq; per sex ætates mundi diuersis meritis opeꝝ, differentes quidem mansiones, sed eandem requiem ingredi meruerunt. Ipsa sabbatum, id est, requies dicitur & est, quia nihil illic operatur, sed operum suoꝝ mercede recepta, quieto deinceps otio feriatur. In huius sabbatismi typum legale illud sabbatum circũcisioni datum fuisse recte intelligitur, ut quicquid de illo carnali sabbato litera legis loquitur, & isto spiritualiter intelligit homo rationalis: in spiritu legisperitus, in ueritate literatus. Exempli gratia: Memento (inquit) dñs ut diem sabbati sanctifices. Hoc præceptum in decalogo, tabulis digito dei inscripto, quartum est. Quod tunc demũ ueraciter sic intelligis, ut scribentis dei digito dignum sit, ut sanctificare diem sabbati id esse sentias, ac si dictum esset. Memento ut quicquid boni operaris, non pro qualibet transitoria, & uana re, sed pro æterna facias remuneratione. Igitur præsentis uitæ tempus operãdi quod bonum est, rationem uel oportunitatem habet: illius aũt seculi cuncta longiturnitas quiescentiũ est, fixãq; & immutabilem sabbati legem possidet. In illã requiem deus prior ingressus est, quod & scriptura testatur, cum dicit: Compleuitq; deus die septimo, opus suum quod fecerat, & requieuit die septimo ab uniuerso opere quod patrarat. Apostolus autem: Qui enim inquit ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab opibus suis sicut & à suis deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem, & cætera.

Aetas mundi septima in nouæ legis traditione exorsa

Exo. 20

Sabbati mystica traditio.

Gene. 2.

Heb. 4

¶Q. reuera Christus post passionis laborẽ in illa sabbatizauerit, & resurgens ex mortuis, iam in octauam introierit. Caput XXX.

AMplius autem post passiõis, & mortis laborem, in illo sabbato suo, requieuit deus. Deus eñ erat in Christo, & quia propter personæ unitatẽ congrue deus laborasse dicitur: ubi laborauit, & usq; ad mortem fatigatus est Christus, pulchre requieuisse deus dicitur, ubi exempta corpori per crucem sabbatizauit anima, de qua nunquã recessit semel assumpta uerbum deus. Tunc ergo deus in sabbato suo requieuit, ab operibus suis, quando deus & homo Christus, & secundum animã in secreto diuinitatis, & secundum corpus in sepulchro terræ requieuit. Delectat ualde illa dei dispositio, sex diebus operãtis in sudore passionis, & septimo deposita carne requiescentis, Nam sicut euangelica fideliter narrat historia, primo dieꝝ, id est, die dñica in ciuitatem Hierusalem passurus introiuit, secundo & tertio mitis agnus inter lanistas crudelissimos, iuges insidias pertulit. Quarto à discipulo suo traditus est: quinto testamentum scribens filijs, hæreditatem corporis & sanguinis sui delegauit: sexto moriendo suum omne opus, acri cum labore consummauit: septimo in sepulchro requieuit, & in illa ætate quam dicimus septimam, usq; ad primã sabbati cum beatis spiritibus sabbatizauit, deinde resurgendo à mortuis, iam in octaua est, id est, in gloria immortalitatis & incorruptionis. Maxime ergo illo respicientes dicamus, cum Apostolo quia qui ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis deus. Etenim illo labore suo, & illa requie sua, requiẽ nobis acquisiuit deus, & dominus noster Iesus Christus, ut deposita carne, mox in septima requiescamus, donec in resurrectione carnis celebrata, iam in octaua regnemus.

Sabbatũ egit Christus in sepulchro

Opera Christi sex dierum

Hebræ. 4.

¶Q. ad hunc sabbatismum nos inuitet, dicendo: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Caput XXXI.

HAec itaq; septima ætas, septimum respicit diem creationis mundi, sabbatum, id est, requiem domini, septimum à spiritu timoris domini, spiritum possidens sapientiæ quæ ipsa requies est filijs suis. Ad hanc omi auiditate festinant filij sapientiæ, & cũ adhuc pro conditione mortalitatis hic laborent, illuc mente transpositi properant.

Matth.11 quanta possunt ex parte requiescere. Inuitat enim eos iugiter mater sapientiæ, cum dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et inuenietis requiem animabus uestris. Cum autem hæc dicit clamitando foris, in plateis dando uocem, intus nihilominus spiritu sancto docet, intus in corde persuadet, & tædium patientes curarum & solicitudinum huius seculi, dulcedine delectentur sanctæ contemplationis. Veniunt ergo ad scholam sapientiæ, iuxta & illud consilium quod offert in Psalmo eiusdē sapientiæ spiritus, dicendo: Psal.45 Vacate & uidete quoniam ego sum deus. In qua schola quanto quisque melius atque efficacius studuit, tanto uicinior atque apparatior factus, est huic septimæ, id est, requiei: & cum à scholis egreditur, quanto exercitatior est in uerbo dei, tanto honorabilior assistit ante faciem regis & in illo æterno choro beatorum gradum altiorem, ordinante illo sortitur, testante Propheta, cum dicit: Qui autem autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor in firmamēto, & qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Proinde ueraciter quidem beata actiua, sed beatior uita contemplatiua, domini quoq; testimonio, qui illa non improbata istam collaudat: Maria (inquiēs) optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Doctorū gloria.
Dani.12
Lucæ.10

¶Finis secundæ partis libri huius de sancta trinitate & operibus eius respicientis opa filij secundæ psonæ trinitatis eiusdem.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE OPERIBVS SPIRITVS SANCTI

Liber Primus.

¶De gemina resurrectione mortuorum, quarum altera nunc resurgimus in anima accipiendo spiritum sanctum, altera uiuificabunt, & mortalia corpora nostra propter inhabitantem in nobis eundem spiritū sanctū. Ca. I.



Psal.103 Mnipotentis iram simul & gratiam Psalmista breui laude confitens. Auertēte inquit, te faciem turbabuntur, auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerē suum reuertentur. Emittes spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Quod enim memoriter tenendum, & suppliciter confitendum est, propter peccatum unius hominis, auertit deus faciem suam, & turbati sumus, abstulit spiritum nostrum & defecimus, & in puluerem nostrum reuertimur. Et hic dupliciter iræ uindicta geminæ mortis pœna intelligenda est. Nam quo die comederent ex ligno uetito, auertit deus faciem suam, & præuaricatores turbati, id est, in anima mortui sunt, & præter illam mortē auferēte illo spiritū eorū, & dicente homini, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Quod itidem fideliter credendum, & cum omni gratiarū actione recolendum est, propter iustitiam unius hominis Iesu Christi, emisit deus spiritum suum, & creati sumus, & faciē terræ renouauit. Et hic duplicis gratiæ indulgentia geminæ gloria uitæ, uel uiuificationis agnoscenda est. Nam qua die uel hora credit homo in Christū, & baptismi eius percipit sacrm, emittit deus spm suum & creat, ut omni uetustate peccati abolita, iam noua scdm animā creatura fit, & præter hoc facies terræ. i. terrenū corpus, quod inueterauit & mortuū est, propter peccatū renouabitur in nouissimo die resurrectionis. Hæc duplex gratia recreatōis animarū, & renouationis corporū, hęc gemina resurrectio mortuorū, nunc nobis ruminanda atq; tractāda est, in laudem & gloriam eiusdē spūs sancti, dei & dñi nostri, cuius emissio per Chrm nostras iam animas uiuere fecit, & corpora uiuificabit. Nā corpus qdem, inquit Apostolus, mortuū est ppter peccatū: spūs uero uiuit ppter iustificationē. Quod si spūs eius, q suscitauit Iesum a mortuis habitat in uobis, q suscitauit Iesum a mortuis, con uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritū eius in uobis.

In puluerem omnes cōuertimur ob peccatum unius.
Gene.3.
Resurgimus uniuersi ob iustitiam unius.
Roma.8.

¶Quod nouus homo Christus primum ac præcipuum opus sit sancti spiritus, & idcirco sermonis de operibus eiusdem spiritus sancti principium a conceptione illius hominis recte debuerit inchoari. Caput II.

1.Thim.2
1.Iohan.2
VErum speculandæ huius gratiæ uia recta legitimusq; ordo, tunc demū nobis seruabitur, si gratiæ principem, & largitorē, dei & hominū mediatorē, hominē Iesum Christum prius cognouerimus. Ipse est scdm hominē primū, ac præcipuum spūs sancti opus, quo pulchrius aut p̃ciosius nihil unq̃ fecit deus, aut iste dei spiritus. Nouus hic homo, noua hæc creatura est. ¶Forte dicis: Si Chrus noua creatura, si ut Apostolus ait: Et nos in Christo noua sumus creatura, qūo uerū dixit scriptura, quia requieuit siue cessauit deus die septimo ab omni opere suo quod patrarat. Quomō cessauerat si hāc nouā creaturā facturus erat.

2.Cor.6.
Gala.6

Ad hæc

Ad hæc inquam: Primo sciendum, quia psona quam scriptura illa veterē narrat condidisse creaturam, deus pater est. Persona, inq̄, quæ dixit, & dicendo fecit, pater est uerbi, quo cœli firmati sunt, pater est generans uerbum, per quod omnia facta sunt. De ipa nihilominus psona sentire litera postulat, q͛ requieuerit, & cessauerit. Num ergo quia deus pater cessauerit, consequtur, q͛ spūs eius cessauerit? Non utiq;, nam & si cessauit pater, cuius erat ꝓprium condere rerum naturā nō cessauit spūs sanctus, cuius est op⁹ ꝓpriū meliorare naturam. Sic recte distinguamus patrem deum & spm̄ sanctum deum, ut pater condiderit, spūs sanctus reformauerit, quam uoluit creaturam, & utraq; psona p tertiam siue mediam, id est, p filium. Sed pater per filium deum tantum, spūs sanctus p filium iam hoīem factum. Nam sicut nulla creatura facta est nisi per filium deum, sic nulla reformata est, nisi per eundem filiū deum hoīem factum. ¶ Itaq; ut dicere cœperamus nouus homo Iesus Christus, primū ac præcipuum spūs sancti est opus, qppe qui de spū sancto conceptus est. Igitur ut magnum & euidens habeamus ostium sermonis de creatore, spū sancto renouante faciem terræ: ab illa eius emissione sumemus principium, de quā angelus ad Mariam: Spūs, ait, sanctus supueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Et hoc qdem faciemus, si prius breuiter faciem eiusdē sancti spiritus in confessione ueræ fidei preuenire meruerimus.

Psal. 32

Ab omi opere deus pater cessauit nō spiritus, nō filius

Lucæ. I.

¶ Quod spūs sanctus patri & filio consubstantialis deus ac dominus sit, & q͛ hæc ꝓprie psona sit amor dei, quem q non habet angelus, est diabolus, q non habet homo cū angelo non habente damnatur. Caput III.

SPiritum sanctum credimus & confitemur, ueꝝ esse deum & dominū, patri & filio cōsubstantialem & coæternum, id est, p om̄ia scd̄m substantiam qd̄ patrem & filiū non eundē in psona quē patrē & filium. Nam sicut alia patris, & alia filij, sic nihilominus alia est psona spūs sancti: diuinitas aūt & gloria atq; maiestas quæ patris & filij, eadem nihilominus est spūs sancti. Et ut psona filij, & huius spūs sancti ꝓprietates, alijs quoq; discernamus uocabulis, sicut filium uerbum patris dicimus siue rōnem non utiq; uerbum affectiuū, neq; affectatam rōnē, sed substantiale uerbū, & rōnem sempiternæ & substantialiter uiuentem. sic spm̄ sanctum dicimus patris, & filij charitatem, siue amorem, non utiq; accidentalem charitatem, neq; aduenticium amorem, sed substantialem charitatem, & æternæ constantiæ amorē. Qui amor quanti sit momenti, imo quantæ sit maiestatis, ut aliquatenus speculari mereamur conferamus nunc in eodem genere uel specie creaturam eius participem creaturæ quæ eius particeps non est. Certe si de angelica specie duos conferas, alter diabolus, alter forte sanctus Gabriel, aut gloriosus Michael est. Si de humano gn̄e, uerbi gratia, de apostolico sumas ordine, alter beatus Petrus Apostolus, alter Iudas diabolus est. Attn̄ hoc solū interest, q͛ hic hō, uel hic angelus, huius amoris est pticeps: ille aūt hō, uel ille angelus nō est eius pticeps. Vterq; ex maiestate uerbi, p qd̄ factus est, hoc habet, ut sit rōnalis, hoc solo, ut dictū est, differūt, q͛ hic habet, & ille non habet cōmunionē huius amoris. Claret itaq; etiā in isto ꝓprietas opationis spūs sancti, quia uidelicet p uerbum patris esse sumpsit: p spm̄ uero sanctum, bene esse sumit creatura rationalis.

Spiritus sanctus patri & filio consubstantialis

¶ Quod ꝓcedens sit spūs sanctus, & q͛ filius qdem à deo ꝓcessisse, hic autē à deo ꝓcedere recte dicatur. Ca. IIII.

HIc deus, hic spūs sanctus, alias qdem mitti, uel emitti ut supra meminimus, emittes spm̄ tuum, & creabuntur: alias autem ꝓcedere dicitur. Parum erat ad maiestatem uel gratiam eius qd̄ mitti dicebatur, nisi et ꝓcedere diceretur. Etenī̄ sæpius psona inferior mitti dicit̄, & p̄t non sua uoluntate uenire uel ire q mittitur. At uero spūs sanctus in psona sua dn̄s, mittente se non minor est, & sua gratia cum mitteretur uenire dignatus est. Recte igitur ꝓcedere, uel ꝓcedens dr̄, ut ipo uerbo dominantis psonæ dignitas pariter & uoluntas iudicet̄. Procedere autē uel ꝓcedentē hunc esse, nō quilibet author non angelus aut ꝓpheta, sed ipe ore ꝓprio deus & dn̄s noster Iesus Chr̄us primus dixit: Cum uenerit, inqt, paracletus quē ego mittam uobis a patre spm̄ ueritatis, q a patre ꝓcedit. Et notandum q͛ de seipo loquens p̄terito huius uerbi tpe usus est, ego enī, inquiens, ex deo ꝓcessi & ueni. Itemq; alibi: Exiui a patre, & ueni in mundū: e disto autē non p̄terito sed p̄senti tpe dixit, q à patre ꝓcedit. Etenī aliter ipe a deo ꝓcessit, nascendo uidelicet ante secula, de secreta substantia patris, ut conderet mundum, qd̄ semel factum est, siue assumendo carnem, ut q inuisibilis erat uisibilis fieret, qd̄ itidem semel factum est, aliter spūs iste ꝓcedit, cum subiectæ creaturæ gr̄am impendit, quod totiens fit, quotiens uiuificat ea, quæ mortua erant, & replet ea quæ uacua fuerant. Amplius autem atq; abundantius in illa beata uita, quam speramus, de diuina maiestate ęterna processione procedit quomodo calor de substantia ignis, quia ut iam dictum est, ipe amor est, imo & torrens uoluptatis, qui illic nunquam deficit.

Psal. 103

Procedit spūs sanctus, nō tā tum mittitur

Missio digna tionē, processio potestatē prefert.

Iohan. 15

Iohan. 8.

Ibidem. 16

¶ Quod filius a patre solo processit nascendo, spūs autem sanctus a patre procedat, & filio, & q͛ in enuntiando nonnihil distantiæ sit cum filius alias absolute pater, alias pater meus dicit. Ca. V.

Sed &

Iohan.15 SEd & in hoc differt, quia filius de solo patre ꝓcessit, uidelicet nascēdo, ut iam dictum est: hic aūt spūs de patre filioq; ꝓcedit. Nec em̄ quia sic dixit filius dei, spm̄ ueritatis, q à patre ꝓcedit, consequtur, ꝙ non ab ipso etiam ꝓcedat filio, cum & hoc p̄miserit ipse quem ego mittam uobis a patre. Longe melius est qđ intelligi uoluit, sic distinguendo, quem ego mittam uobis à patre spm̄ ueritatis, q à patre ꝓcedit. Sciendum qppe, ꝙ in nomine patris, alias qdem una de tribus ꝑsonis, alias autem sine distinctione ꝑsonaꝝ, deus siue diuinitas debeat intelligi. Discretōis huius uis, si euangelica rite uerba ppendas, in promptu est. Nam alias absolute patrem, alias cum possessiuo ꝓnomine, patrem meum, pater meus, patris mei dicit ipse filius dei. Vbi sic patrem nominat ꝓculdubio distinctionem facit ꝑsonarum, patris & filij, & quæ illic de semetipso loqtur, lōge superexcellunt formam serui. Exēpli grā: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Item: Ego ueni in nomine patris mei. Et alibi: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum. Vbi autem absolute dicit pater, non unam ꝑsonam, sed simul patris & filij & spūs sancti, unam uult intelligi diuinitatem, & quæ illic de semetipso loqtur humiliora sunt, & formam serui non supeminent. Verbi grā: Venit em̄ princeps mundi huius, & in me non habet quicq̄, sed ut cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Item: Confitebor tibi pater domine cœli & terræ. Hoc animaduerso nullum mouet scrupulum, imo fidei confert plurimū, ꝙ ita dixerit: Cum uenerit paracletus, &c. Quid em̄ est, ꝙ cum dixisset, quem ego mittam uobis, addidit a patre, nisi ut intelligas quia ꝙ spm̄ sanctum mittit dei filius, non est ex humanæ naturæ paupertate, sed ex diuinæ sufficientia naturæ? Et qđ est ꝙ a patre meo procedit, dixit: nisi quia non ab una tantum ꝑsona, sed absq; ꝑsonaꝝ distinctione à diuina maiestate spiritus sanctus procedit.

Marginalia: Patrem nominās filius, cur meus addat plerunq; — Iohan.5. — Ibidem. — Iohan.20. — Iohan.14 — Matth.11 — Iohan.15

¶ De processione spiritus sancti, quia non de patre solo processerit, sed [a] patre & filio procedit. Ca. VI.

IGitur filius de solo patre generatōe ꝓcessit inenarrabili, hic autem spūs sanctus, de patre & filio ꝓcessione ꝓcedit, nihilominus ineffabili. Habemus tamen in hac uostræ peregrinationis paupertate, quasdam primitias intelligentiæ. Vnde sciamus eum non tantum de patre, sed & de filio ꝓcedere. Ecce em̄ scripturam sanctam legimus. Quid autem scripturam sanctam nisi uerbum dei esse credimus? Plane multa sunt uerba digesta calamo ꝓphetarum, sed unum est dei uerbum, uniuersitas scripturarū: uerbum, inquā, nuum qđ uelut semen de legitimo uiro suo deo fideles animæ cōceperūt, & ore facundo parientes, signis qbusdā, i. lr̄is ut nobis cognoscendū transmitterēt, tradiderūt. Cum igitur scripturam sanctam legimus, uerbū dei tractamus, filiū dei p speculū & in ænigmate p̄ oculis habemus. Et reuera si beneuoli lectores sumus, si beneuoli auditores lectioni assistimus, legēdo uel audiēdo accendimur, legendo uel audiēdo ad amorē dei ꝑficimus. Nōne ergo de scriptura sancta nobis amor dei ꝓcessit? Quid aūt est amor dei, nisi ut supra iā diximus spūs dei? Procedit donū ex pr̄e, ut p scripturā intellectā cognoscam⁹ filiū patris: ꝓcedit nobis amor ex intelligētia scripturæ, ut amemus patrē filij, diligamus filiū patris. Nonne ergo iam nobis etiā hoc mō spūs sanctus ex patre filioq; processit? Igitur qm̄ dum uiuimus solem illum in sua claritate fulgentem uidere nō possumus, saltem ex isto speculo colligere licet, quia de patre & filio procedit hic spūs sanctus. His pro tpe, & re de adorāda maiestate spūs sancti breuiter dictis iam nūc in cōsideratōe pulchri opis eius, ipso duce ꝑgendum est.

Marginalia: Spiritus & a patre & a filio procedit. — Verbum dei in scripturis tractamus

¶ Qđ sacrariū huius spūs sancti beata Maria dei patris sponsa fuerit, & ex ipa fructus oīs extiterit, propter quē antiquæ ecclesiæ uirum se fuisse deus pr̄ asserit. Ca. VII.

PRimoq; sciendum beatā uirginē Mariā templū & sacrariū huius dei, & dn̄i nostri spūs sancti: sponsam esse uel fuisse dei patris, atq; in ea cōpletā esse causam, cur synagogā. i. ecclesiā prioris populi, idem deus pr̄ se adamasse, atq; in cōiugiū assumpsisse, tam multis testet scripturę locis. Verbi grā, cū in Ezechiele dicit: Qn̄ nata es in die ortus tui, nō est p̄cisus umbilicus tuus, & in aqua nō es lota in salutē, nec sale salita, nec inuoluta pannis. Nō pepercit oculus meus sup te, ut facerē tibi unū de his misertus tui, sed proiecta es sup faciē terræ in abiectōe animæ tuæ in die qua nata es. Transiēs aūt p te, uidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi tibi, cum esses in sanguine tuo, uiue. Dixi, inquā, tibi cum esses in sanguine tuo, uiue: multiplicatam quasi germē agri dedi te, & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & ꝑuenisti ad mūdum muliebrem. Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit, & eras nuda & confusione plena. Et transiui p te, & uidi te, & ecce tp̄s tuum, tp̄s amantium. Et expandi amictū meū sup te, & operui ignominiam tuam, & iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait dominus deus. Et facta es mihi, & laui te aqua, & emendaui sanguinē tuū ex te, & unxi te oleo, & uestiui te discoloribus, & calciaui te hyacinthino, & cinxi te byssino, & indui te subtilibus, & ornaui te ornamēto, & dedi armillas in manibus tuis, & torquē circa collum tuū, & dedi inaurem sup os tuū, & circulum auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo, & ornata es auro & argento, & uestita es bysso, & polimito, & multis coloribus. Hæc utiq; dicendo uirum se factum profitetur synagogæ, quē de Aegypto eduxerit, conculcatā in sanguine pc̄ti, & fanatici erroris, quo seruierat dijs Aegy-

Marginalia: Maria uirgo sacrarium spiritus, & sponsa dei patris fuit. — Ezech.16 — Vir synagogæ deus fuit.

Aegyptijs atq; in monte Syna, cum ea pactum ingressus sit, & legalis scripturæ ornamenta dederit. Nam quod pactum inibi cum illa ingressus sit, claret, hoc modo narrante scriptura: Ille uero sumptum sanguinem respersit in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis quod pepigit dominus uobiscum. Multa eiusmodi sunt in scripturis propheticis, multis in locis: uirum siue maritum, ecclesiæ siue synagogæ sese deus esse asseruit. Nunquid lætabunda aut ludicra leuitate, & non cum certæ rei pondere, hæc loquebatur, omnis sapientiæ pater deus, cuius est amor magnus & immensus, hic deus, hic spiritus sanctus? Absit hoc. Actu quippe uir esse intendebat rationalis creaturæ humanæ, id est, filium sibi ex ea generare, quod & facere iam incipiebat, cum hæc & hæc diceret: cum Moysen & prophetas mitteret. Electas nimirum, & probatæ fidei de illa gente animas, uir deus complexibus suis, complexibus castis spiritualiter deus spiritus sanctus admittebat, & in impetu huius amoris sui, huius spiritus sancti, semen suum de secretis suis, uerbum suum de profundo cordis sui incutiebat illis. Susceptum in anima fideli uerbum ueritatis, ora sibi prophetantia sumpta uoce corpea laxabat, fidemq; ab auditoribus exigebat. Vnde & apud Esaiam tales animæ dicunt: A timore tuo domine concepimus, & peperimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terram. Rem ueritatis non extenuet suspitio affectatæ similitudinis. Nam reuera quæcunque sancta, & ueridica scriptura nobis, de amore dei, uel amante deo loquitur: tam uera, tamque constantia sunt, ut potius hæc nostra carnalia de quibus similitudines dicuntur illis constantis ueritatis quædam quasi umbræ uel transitoriæ imagines sint. Verum quia nobis qui de terra sumus prius ista terrena in notitiam uenerunt, idcirco istæ res, illæ autem rerum similitudines æstimantur: reuera autem illæ res, istæ uero rerum similitudines sunt, quæ & illis permanentibus transeunt.

Exo. 24.

Animas sanctas deus complectitur

Esa. 26

¶De beatitudine uirginis Mariæ, & cur anterior ecclesia dei patris, posterior filij dei sponsa recte intelligi ac dici debeat. Ca. VIII.

IGitur ut iam dicere cœperamus beata uirgo Maria, sponsa dei patris erat, & causam pro qua gentis illius ecclesiam ille suam in scripturis coniugem dicebat, in ea perficere, id est, uerbum suum quod modo iam dicto per corda & ora prophetarum uocale fecerat, per huius beatæ uirginis uterum carnem fieri ante omnia secula proposuerat. Hoc facto futurum erat ut ipsum uerbum caro factum, ipse deus dei filius, homo factus, sponsus uocaretur & esset, atque ad suscipiendas conscriptiones coniugij eius, omnis ecclesia non relicto patre, quem solum prius uirum suum uocare conueniret, uouerat. Sic autem beata uirgo prioris ecclesiæ pars optima, dei patris sponsa esse meruit, ut exemplar quoque fuerit iunioris ecclesiæ sponsæ filij dei filij sui. Spiritus enim sanctus qui in utero uel de utero eius incarnationem operatus est unigeniti filij dei, ipse de utero uel per uterum ecclesiæ, per uiuificum lauachrum gratiæ suæ multorum operaturus erat regenerationem filiorum dei. Vnde nobis suo loco plenius dicendum erit. Nec uero ab re ita distinguimus ut præcedentem ecclesiam patris, sequentis filij sponsam esse diximus. Nam quem uirum non cognouerat, eius coniunx synagoga dici uel esse non poterat. Constat autem quia dei filium illius temporis ecclesia non cognoscebat, nam excepto quod paucissimis per prophetiæ spiritum reuelabatur, de cætero deus absconditus erat. Ergo quia in publico conuentu, in solenni religionis illius cultu non apparebat, neque adhuc rex deus huic filio suo nuptias fecerat, nondum actu dei filius sponsus aut maritus erat. Pater autem deus quem solum & eundem uix synagoga nouerat, uir eius erat: & ut pro uiro legitimo haberetur uehementi zelo exigebat. Verbi gratia. Saltem, inquit, amodo uoca me uir meus, dux uirginitatis meæ tu es. Et multa his similia. Igitur iste uir erat. Tota autem talis uiri utilitas, totus fructus, omnis affectus, totus amor, tota uirtus, ac generandi uis, quomodo ubi uenit plenitudo temporis in iam dictam uirginem se contulerit, ipsa quæ experta est melius nouit, nos autem audiuimus tantum uerba æternæ mandata memoriæ, uerba Gabrielis archangeli dicentis.

Iohan. j.

Ecclesia prior patris, posterior filij sponsa.

Hiere. 3

Gala. 4

¶De conceptu beatæ Mariæ uirginis per hunc amorem, id est, spiritum sanctum, dicente angelo. Lucæ. 1. Spiritus sanctus superueniet in te &c. Ca. IX.

SPiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei. Verba, inquam, hæc nos audiuimus tantum, illa autem & prior audiuit, & auditu credens, continuo quod audierat experiri meruit. Vbi enim bene credula mentem suam & os suum aperuit, ut diceret: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum mox iuxta dictum angeli hic spiritus sanctus superueniens in eam, per aptas fidei ianuas sese infudit. Quo autem sese infudit? Nimirum prius in sacrarium pudici pectoris: deinde in templum sacri et incorrupti uteri In domum pectoris, ut prophetissam faceret: in uterum, ut matrem faceret. Nam hæc est prophetissa de qua gratulabundus loquitur Propheta sanctus Esaias: Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. Num autem istum solum ad hanc prophetissam accessisse putamus, aut quomodo accedere potuerit miramur? Imo sanctos omnes prophetas, primumque Moysen ad hanc prophetissam accessisse non dubitamus. Omnes omnino ad illam conuenerunt: omnium enim & singulorum diuisiuæ gratiæ, & particulares prophetiæ in istam prophetissam simul conuenerunt, simul spiritu sancto superueniente concurrerunt. Et beatum se Esaias, imo beatos se omnes prophetæ sancti, non immerito crediderunt, quod hoc modo ad istam prophetissam accessuros se esse nouerunt

Lucæ. j.

Esa. 8

nouerunt, ꝙ ad istud dei templum, ad istud spũs sancti sacrarium quippiam uerbi boni sese afferre cognouerũt. Neq; em̃ hæc beata uirgo pticularem ut singuli iloꝝ uerbi grãm, sed uniuersam isto spũ sancto supueniente suscepit ex eo uerbi dei substantiam & pphetissa singularis facta est plenam spũs sancti gratiam suscipiẽs totum dei uerbum, deum uerum prius mẽte q̃ uentre suscipiens. Hoc digne nuncius ille ppendens, talem tam'q; inauditã cunctis seculis pmiserat salutationem: Aue gratia plena dñs tecum, benedicta tu in mulieribus. Ad exponendã eius grǣ magnitudinem parum fuerat dixisse: Spũs sanctus supueniet in te, nisi addidisset, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Miro uidelicet, atq; ineffabili modo, ut fortitudinem sustinere posset, conceptus sui uirtus altissimi obumbrauit ei: uirtus, inquam, altissimi, id est, idem ipe spũs sanctus, spũs amoris obumbrauit ei. Quid em̃ puella fragilis, non modo sexu, sed & conditione mortalitatis suscepit aut concepit, nisi ualidum uerbum deum, ualidam substantiam uerbi, de optima substantia pris dei, quem tremunt angeli? ¶ Etem̃ uel aspectum eius, nulla ualet ferre creatura, nisi hoc spũ amoris præuenta sit, testante scriptura cum dicit: Sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant pctõres a facie dei. Hæc autem uirgo non utcunq; aspectui eius præsentabat, sed de secretis paternis totũ se inferebat illi uerbũ dei, uerbũ deus. Oportune igit obumbrabit illi uirtus altissimi, uirtus miraculoꝝ potens, fœmineam substantiam deo uerbo conciliare ualens.

Totase grã in Mariam insulit.

Obumbratur Maria altissimi ꝟtute.

Psal. 47

¶ Quod non ita supuenerit spũs sanctus ut p semine sit, nec ipse q conceptus est dici debeat spũs sancti filius. Ca. X.

IDeo'q; ait, & qđ nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Quia spũs sanctus supueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, atq; hoc modo fiet istud quod concipies, & paries filium, quæ uirum non cognoscis, ideo sanctũ q̃d nascet ex te, uocabit filius dei. Num ergo uocabitur aut erit filius spũs sancti? Non utiq;. Neq; em̃ spũs sanctus ita supueniet in te, ut pro semine sit, aut ut de substantia sit, eius caro uerbi, aut filij quẽ cõcipis. Concipies em̃ de sancto q. dem spũ, sed non generante sancto spũ. Conceptus iste spũs sancti non generatio, sed operatio est. Caro de carne uirginis, non de ipsa erit substãtia sancti spũs. ¶ Et notãdum q̃d nõ dixerit sanctum uocabitur aut erit, neq; erit dixit, sed uocabit filius dei quod nascetur ex te. Quod em̃ uirgo concepit iamdudum erat. Et antiqua essentia sanctũ erat, filius dei erat. Restabat hoc solũ, ut uocaretur q̃d erat, & ipsa uocatõe dum uocat filius dei, manifestaret nomen dei, q̃d nondũ notũ erat, non quo dr̃ deus, sed quo pater filij uocat. Vocabitur, inquam, filius dei, q̃d iam est, non adoptione gratiæ, sed proprietate naturæ. Item & illud notãdum, ꝙ non dixit qui nascetur ex te sanctus, sed q̃d nascetur ex te sanctum. Etem̃ multi qdem sancti, uel sanctificati dicuntur, unum autem est sanctum, id est, sanctitas qua sancti omnes sanctificantur. Hoc sanctũ est iste sanctus sanctoꝝ, quẽ nõ in delicto præuaricationis Adæ conceptum uel natum sanctitas accidens sanctificauit, sed essentialiter sanctum, uirgo incorrupta de spũ sancto concepit. Sic igitur melius atque præstãtius dictum est, ut dici debuit, q̃d em̃ nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Sed nec illud uacat, quod uocabuli positionem archangelus uariauit. Nam pauloante, & uocabis nomẽ eius Iesum: hic aũt & uocabit, inquit, filius dei. Illic uocabis, hic aũt uocabitur, dixit. Nihilominꝰ & ad beatum Ioseph, & uocabis, ait, nomẽ eius Iesum. Etem̃ nomine Iesu quo plures equocabantur libere ab ipsa, uel ab Ioseph uocari potuit, filius aũt dei siue filius altissimi, ut uocaretur reseruandum erat euangelicæ prædicationi. Vocabitur ergo, id est, inuocabitur ab omni seculo hoc noĩe qđ est filius dei, filius altissimi. Ecce hæc est illa noua creatura ille nouus homo, de quo Apostolus: Primus, ait, homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Item: Factus ẽ primus homo Adam, in animã uiuentem: nouissimus uero in spm̃ uiuificãtem. Proinde iam ad superiora reuertamur, & in laudẽ dei patris, q primũ illum per oĩpotentiã plasmauit, in laudẽ spũs sancti, q nouissimũ istum pulchris digitis composuit, duos hoĩes istos conferentes noua & uetera de thesauro eius proferamus.

Spiritus sanctus in uirgine Maria, nequaq̃ seminis rationem habuit

Sãctũ nõ sanctꝰ cur dixit.

Lucæ. j.
Matth. i.

j. Coꝝ. jſ

¶ D plasmatõe primi hoĩs terreni, & conceptõe secundi huius cœlestis, quãto ista cõceptio illa formatõe dignior atque perfectior sit. Ca. XI.

FAciamus hoĩem, ait pater, ad imaginem & similitudinem nostrã, & præsit piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestijs, uniuersæ'q; creaturæ, oĩni'q; reptili, quod mouetur in terra. Subinde seqtur, & dicit scriptura: Formauit igitur dñs hoĩem de limo terræ, & inspirauit in faciem eiꝰ spiraculum uitæ, & factꝰ est homo in aĩam uiuentem. Hoĩem illũ terrenum cum isto cœlesti hoĩe conferentes, hoc primũ in factura illius abesse perspicimus: ꝙ terrã ipsam, cuius de limo formaret eum, non benedixit deus. Ecce aũt in ista cœlestis hoĩs factura noua, dicit archangelus: imo q in archangelo loquitur spũs sanctus. Benedicta tu in mulieribus. Et Psalmista per propheticã huc adductus grãm, succinit, & dicit: Benedixisti dñe terrã tuã. Amplius aũt & in hoc terra ista præpollet, quia terra dñi est. Non em̃ illic dixit scriptura: Formauit igit dñs hominem de limo terræ suæ: sed tantum de limo terræ: hic aũt non tantum benedixisti domine terram, sed benedixisti, ait, domine terram tuam, & cætera. Qualis em̃ illa, & qualis terra ista? Terra illa nullo modo seminis dei perceptibilis, utpote irrationabilis, insensibilis, inanimata,

Gene. I.

Ibidem. 2
Quid iter formationẽ Adę & Christi intersit.

Lucæ. I.
Psal. 84

mata, immobilis. Terra autem ista animata, sensibilis, rationalis, & quod optimũ est fidelis, & ꝓpter fidem spũs sancti, & seminis dei ꝑceptibilis. Non ergo melior aut sapientior ẽ artifex spũs sanctus, q̃ deus pater, licet iste nouus Adam qui de spũs sancti oꝑatione conceptus est melior atque dignior illo sit uetere Adam, quem fecit pater: sed melior terra, melior & diuinæ rationi uicinior, a spũ sancto materia sumpta est. Preterea non eadem hic atq; illic utriusq; figuli intentio. Illic nẽpe intẽtio p̃ris erat cõdere naturam, hic intentio spũs sancti facere gratiam. Igitur ut dicere cœpimus: Faciamus, ait pater, hoĩem ad imaginem & similitudinẽ nostram. Alio iam loco diximus, quia manifeste trinitas loquitur, dicendo: faciamus. uerũtamen ꝓprium erat opus patris facere, proprium opus filij, redimere. ꝓprium spiritus sancti opus, illuminare: & ad similitudinem dei hoĩem ꝑducere: Faciamus ergo, ait, hoĩem. Dixit hoc, & continuo fecit hoĩem: ueruntamen non ut ꝓposuerat, dicendo: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã, sic subiuncta quoque narratio explicat hominis facturam. Ait enim: Et creauit deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem dei creauit illum. Non dixit: Et creauit deus hoĩem ad imaginem & similitudinem suam, non dixit, ad imaginem & similitudinem dei creauit illum, sed tantum ad imaginem suam creauit, ad imaginem dei creauit. Non ergo sic omnino, ut ꝓposuerat deus facere hominem, narrat eadem scriptura factum esse hominem. Et recte atq; ꝓinde: nam illa uice, illo tꝑore non peruenit homo usque ad illam perfectionem. Factus est ad imaginem dei quia factus est rationalis, non peruenit ad similitudinem dei, quia non imitatus est bonum Dei. Sed nunquid uicium eius, propter quod à similitudine dei longius recessit, antiquum dei consilium uel ꝓpositum euacuare debuit. Memor igitur hic spũs sanctus illius ꝓpositi, ecce uenit ad partem suam operandam, ad facturam hominis perficiendam, ut ꝑduceret hominem ad similitudinem dei, ad quam non peruenit homo, nisi participatione eius, id est, spũs sancti. Venit, inquam, ipã similitudo, uenit imago dei inuisibilis, & in illa beata uirgine obuiauerũt sibi, in illa domo pudici pectoris se osculatæ sunt. Nam imago dei, ut Apostolus ait, ipẽ est filius dei: similitudo autem utriusq; hic est, unus spũs patris & filij. Quapropter & illud notãdum, qđ non dictum sit, faciamus hominem ad similitudinem & imaginem nostram, sed ad imaginem & similitudinem nostram. Flius qppe, sicut non est filius patris, & spũs sancti, sed solius patris, sic non est imago patris, & spũs sancti, sed tantum patris, & idcirco non recte sic p̃posteraremus ad similitudinem & imaginem nostram: ad imaginem, inquã, nostram. i. patris & spũs sancti. Spũs uero sanctus, sicut est spũs patris, & filij, sic & similitudo est patris & filij, & idcirco recte sic dictum conseruamus, ad imaginem & similitudinem nostram: similitudinem, inquam, nostram. i. patris & filij. Conuenerũt igitur in beatam uirginem similitudo atq; imago dei inuisibilis, & sicut in Psalmo canimus: Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt. Veritas qppe & iustitia secundum scripturaꝝ authoritatem, uera sunt nomina huius imaginis. i. filij dei: misericordia & pax pia sunt uocabula, huius similitudinis. i. spũs sancti. Itaq; quod dictum est: Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, hoc repetitum est, dicendo: Iustitia & pax osculatæ sunt. Dicẽdo deinde, ueritas de terra orta est, & iustitia de cœlo ꝓspexit: remouit impietatẽ blasphemiæ dicentis, quia Iesus ex Maria initium sumpsit. Etenĩ unus idemq; dei filius scđm carnem q̃dem de terra ortus est: sed scđm diuinitatem prius de cœlo prospexit.

[Margin: Faciamus hominem, trinitas tota dicit.]
[Margin: Homo nõ est sic fact⁹, sicut proposuerat deus]
[Margin: 2. Cor. 4]
[Margin: Psal. 84]
[Margin: Veritas & iustitia filio, misericordia & pax spiritui sctõ recte tribuuntur.]

¶De consideratione operis huius spiritus sancti, cum testimonio prophetico quod pater deus dicit: Eructauit cor meum uerbum bonum, & cætera.

Caput .XII.

Quomodo autem conuenerunt in illud sacrarium hic spiritus sanctus, & ille filius dei, nisi mittente patre, quemadmodum dicit in Dauid: Eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis? Neque enim tantummodo intelligendum est de creatione mundi, ubi pater uerbum bonum eructabat: creando quippiam, & dicẽdo, fiat: præsertim cum in isto confestim addat: Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, & cętera. Ergo hic quoque, imo hic maxime in uterum uirginis, uerbum bonum, cor patris eructauit, & dixit ipẽ, opera sua regi. Quomodo? Lingua, inquit, mea, id est, spiritus meus, reuera calamus scribæ uelociter scribentis, uerbum meum, uerbum bonum, naturæ humanæ uelociter inscripsit, & sic dixi, opera mea regi, ut assumptum hoĩem nihil lateret, omnium quęcunq; feci, ut sciret facere om̃ia, quæcunq; ego facere sciui. Igitur qui dixit olim, faciamus hoĩem ad imaginem & similitudinem nostram, eius spũs hic facit hoĩem nouum, quẽ ueraciter ipãm confiteamur esse imaginẽ, in quo plenariã non dubitemus inesse dei similitudinẽ. Et illic qdem dixit, & p̃sit piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestijs, uniuersæq; creaturæ, omnique reptili, quod mouetur in terra: Hic autem dicit: Populi sub te cadent in corde inimicorum regis. Sedes tua deus in seculum seculi, uirga directionis uirga regni tui. Ergo illum præesse iussit piscibus, uolucribus, & bestijs, uidelicet dignitate rationis, istum autem populis, scilicet authoritate diuinæ maiestatis. Cum enĩ dixisset populi sub te cadent in corde inimicorum regis, licet hoc idem sit populi q inimici fuerãt, te adorabũt

[Margin: Psal. 44]
[Margin: Gene. 1]
[Margin: Verbũ a corde eructatum patris, est fili⁹ eius]

orabunt, uera adoratione cordis, tamen ne quid deesset, saltem in proprietate uocis, continuo subiunxit. Sedes tua deus in seculũ seculi. Deũ utiq; hũc appellauit, qui tanto & multo amplius præesse debeat populis, q̃ ille piscibus uolucribus & bestijs

¶Quod dictũ est: Masculũ & feminã creauit eos, hic aũt: Ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo, quõ illis, & quõ illũ benedixerit. Ca. XIII.

Gene, j. ET illic dictum est: Masculũ & feminam creauit eos, benedixitq; illis deus & ait: Crescite & multiplicamini. Masculum (inquit) & feminam creauit eos. Multo hic honorificentius cum dixisset, dico ego opera mea regi, speciosus forma præ filijs hominũ, diffusa ẽ gratia in labijs tuis, postmodũ eis nuptias præparãs, astitit (ait) regina a dextris tuis Veruntamen adhuc secretius in ipso uirginei uentris hospitio scire debemus quiddam factum longe pulchrius, longe dulcius, eo quod illic factum dictumq; est, masculũ & feminam creauit

Psalm. j8. eos. Scriptum est enĩ alibi & de isto. Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Quo etenĩ sponsus iste de thalamo suo, nisi de sacro intemeratæ uirginis utero processit? Scire ergo debemus, de deo & homine Christo, quia sanctus hic spiritus non quidem masculũ & feminã creauit eos, sed in uno unius eiusdemq; personæ Christo, creatam hominis naturam coniunxit increato dei uerbo. Et benedixit eis, & ait: Nimirum & hunc deum & hominẽ deus benedixit, & oleo benedictionis unxit, imo & in labijs eius omnimodæ gratiã benedictionis diffudit, quẽ

Psalm. 44. admodum dicit: Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternũ. Et subinde: Vnxit te o deus deus tuus, oleo lętitiæ præ consortibus tuis. Præ cõsortibus, inquam, tuis Non enim quemadmodum consortes tui, qui postquam in delictis uel peccatis concepti sunt, deinde p̃ gratiam miseratoris diuisiua singuli p̃cipiunt dona benedictionis, nõ, inquam, sic tu, sed in ipsa conceptione plenitudinem possides totius benedictionis, ut de tua plenitudine accipiant omnes consortes, uel participes tui. ¶Et ad quid illis benedixit? Ad hoc nimirũ ut crescerent & multiplicarentur. Sic enim dixit: Crescite & multiplicamini. Et illa quidem benedictio quantum quidem ex deo irrita fieri non potuit, quantum autem ex homine pene irrita facta

Heb. j. est, ita ut melius nobis esset si non fuissemus nati, si non creuissent homines, & non fuissent multiplicati, nisi subuenisset, benedictionem repetendo auctor benedictionis. Huic autem ad quid deus benedixit? Ad quid illum unxit oleo lętitiæ præ participibus suis? Nimirũ ut & ipse cresce-

Psalm. 8 ret, & multiplicaretur, cresceret in persona sua, qui erat minutus paulo minus ab angelis, proficeretq; usque ad dexteram maiestatis in excelsis, & omnia subijcerentur illi, multiplicaretur in

Benedictiõe spũs, quid cõ sequamur filijs suis, imo fratribus suis & cohæredibus, filijs dei, filijs adoptionis. Ad hoc benedixit huic benedictione regali, benedictione sacerdotali. Omnes quippe qui eius benedictione creuerint & multiplicati sunt reges sunt, sacerdotes sunt, unde & gratias agentes dicunt. Et fecisti nos

Apo. 5. deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabunt super terram, In istis ratum ueraciter p̃manet illud quod subiungitur benedictionis edictum. Et repletæ terram & subijcite eam. Subijciunt enim terrenitatem suam, & dominãtur bestijs, id est, bestialibus suis, subditorumq; sibi hominum uitijs.

¶Quod homo uterq; & primus ille & secundus iste formatus sit de limo terræ, & quid magis in isto non solum uenerabile, sed & mirabile, & q̃ cã nõ sit, cur uerbum uel hic spũs sanctus uterum femineum debeat horrere. Ca. XIIII.

Adã secũdus factus est in animã uiuificantem. FOrmauit igitur dominus deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est homo, subauditur ille primus in animam uiuentẽ, iste uero nouissimus in spiritum uiuificãtem. Hoc nimirum tam de isto nouissimo, quàm de illo primo ueraciter prædicatur, quod tam istum, quàm illum formauit dominus deus de limo terræ: Cæterũ in omni multitudine filiorũ hominũ non fuit, nec est, nec erit, de quo idipsum eodẽ modo ueraciter prædicari possit. Nã oẽs quidẽ hoĩes formãtur de limo terrę, sed longo alio modo, alio ordine. i. nõ nouo ope sed usu naturæ. Ambos istos formauit dñs deus de limo terræ, sed illũ q̃dẽ dñs de limo tetræ insensibilis & inanimatæ, istũ autẽ spũs sanctus de limo terræ, sed animatæ. i. de humore carnis uirgineæ sua formauit op̃atione. Et illũ q̃dẽ absq; p̃re & matre, istũ aũt de matre siue patre. Vtraq; formatio mirabilis. Verũtñ cõtra argumẽtatores hæretice temeritatis dicẽtes: quõ de uirgine homo formari uel nasci potuit, nec tñ dicẽtes quõ de limo terræ primus homo formari potuit, istã quidẽ mirabilẽ, sed illam dicere nõ dubitamus mirabiliorẽ. Mirabilius quippe est de terra inanimata hominẽ fieri, quàm de carne feminæ, licet uirginea, hominem concipi aut nasci. Ergo ista quidem formatio uenerabilior, sed illa mirabilior. Cæterum si ad ingratitudinẽ dignationis respicias nihil mirabilius inter omnia quæ facta sunt, siue in cœlo, siue in tetra, quàm id quod deus dignatus est concipi uel nasci de femina. Nec enim adeo miramur, quod omnipotens uirgini conceptum uel partum dare potuit, mirari autem multo maxime simul & uenerari debemus, quia tantus hoc noluit, quia femineum deus dei filius, deus dei spiritus uterum nõ horruit. Non horruit, inquam, uerbum dei, uerbum deus, quin femineæ carnis hũori, q̃si coagulũ se cõmisceret, nõ horruit spiritus dei, spiritus deus quin

quin admotis omnibus digitis suis, corporis humani uasculum de illa substantia studiosus figulus perficeret. Attamen si ad rationem attendas, quę causa erat, ut creaturam suam horreret diuinitas? Tum enim quisquis tale quid perhorrescis, perpẽde ipsum horrorem tuum, utrum ex sensu an ex ratione sit. Differt eñ utrum ex sensu, an ex ratione sit horror, a quo quippiã patiaris. Deniq; in multis sensus magis horrescit id quod rationis iuditio præcellit. Verbi gratia. Serpentem magis q̃ lapidem tangere perhorrescis. Sed rursus iudicio serpentem lapidi præferre non dubitabis, uidelicet eo quod lapis insensibile & inanimatum, serpens autem animatum & sensibile corpus sit. At uero deus nullis sensibus fungitur, deus dei filius, non sensu, sed ratione agit, imo ipse sempiterna ratio est. Sed si rite perpendas, horror tuus quẽ super feminea natura pateris, magis ex sensu, quàm ex ratione descendit. Igitur nihil erat propter quod creaturam suam, id est, naturam femineam abhorreret dei filius, præsertim quã illi præparasset, quãq; ab omni corruptione immunẽ cõseruaret hic sanctus dei spiritus, qui ut iam dictũ est, totus in ratione est, & nullis subiacet sensibus impassibilis deus.

¶Quod dictũ est: Speciosus forma præ filijs hominũ, & q primus homo tantum formatus, hic aũt & forma & formatus recte dicatur. Cap. XV.

TAndem formatum istum ab illo formato discernimus, non tantũ in eo, q istum spiritus sanctus de uirginea carne, illum autem formauit dominus deus de limo terræ, uerũ & ipsa formationis dictione. Dicimus nanq;, quia formatus ille, formatus tantũ hic aũt formatus, & ipa forma est. Quod ut manifestius fiat, diffinite oportet dici qd sit formatũ, & quid solũmodo forma. Formatũ id qđ constat ex materia simul & forma, simpliciter uero forma dicitur forma carẽs materia. Tale aũt nihil est, præter unũ deũ. Solus quippe ille est forma carẽs materia. Neq; eñ ex ulla cõsistit materia, quippe q creatus uel factus nõ est, unde & nullis accidentibus subiacet, & incõmutabilis ẽ. Cætera formata sunt. i. ex materia formaq; cõsistũt, ut uerbi grã statua. Cõsistit eñ ex materia forte ærea uel lapidea & forma, quãcũq; artifex uoluit. s. hoĩs, equi, aut cęterorum cuiuslibet gñis. Sed nec ipsum æs simpliciter forma est, cõsistit eñ ex materia sua. i. terra. Terra quoq; formata ẽ, & nõ simpliciter forma. Dr̃ eñ terra q sit grauis & sicca. Hoc ergo formatũ & forma differt, q forma simplex solus deus est, qui formatus nõ est, formata uero cętera, quorum sine dubio notissimũ homo est. Nemini quippe dubium qa formatus ẽ, & qa materia eius terra ẽ. At uero primus ille Adã hõ tm̃, hic aũt secũdus & deus & homo est. Igit formatus ille uti añ proposuimus formatus tm̃, hic aũt formatus & ipa forma unde & formosus uel speciosus recte dr̃, speciosus inq̃ forma prę filijs hoĩm. Pulcherrimũ hoc atq; pijssimũ huius spũs sancti opus est, qđ interuẽtu amoris æterni, qđ ipse est, formã dñi, formato coniunxit homini coniunctione sempiterna, cõiunctione indissotiabili, ita ut forma & formatus unus sit formosus, unius psonæ speciosus deus & homo Iesus Christus

[Margin: Formatũ, forma, quid. — Psalm. 44.]

¶Quod in eo quoq; distantia sit, qa in faciẽ illius primi inspirauit deus spiraculum uitæ, in isto autẽ totus requiescit spũs uitæ, spũs gratiæ. Cap. XVI

ET inspirauit in faciem eius spiraculũ uitæ. Hoc de illo simpliciter intelligatur, quia cum formatum esset corpus de limo terræ, tunc demũ inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, id est, creatam indidit illi substantiam uiuentis animæ. Hoc etẽm astruit scriptura cõtinuo subiungẽs, & factus est homo in animã uiuentẽ. Cęterum de isto dignius atq; diuinius intelligi oportet, qa inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, id est, inspirauit in faciẽ eius spiritus uitæ, spiritus sanctus plastes eius, opifex munditiæ eius, ut requiesceret in eo statione æterna pmansurus. Hic enim erat ille flos eius, illa requies eius, quem ipse sibi prophetica ueritate pollicebatur Esaia dicente: Et egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientię & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Quam autem in faciem eius inspirauit hoc spiraculum uitæ. Nimirum in substantiam rationalis animę. Neq; enim dubium cuiquam licet esse, quin totum hominem, id est, corpus & animã fecerit spiritus sanctus, totum inquam hominem assumpserit uerbum dei, uerbum deus. Non iuxta quosdam hereticos, uerbũ in carne pro anima fuit, neq; iuxta alios nimiũ brutos animã irrationalẽ & brutã assumpsit, sed ueram carnem & animã rationalem, totũ hominẽ uerum, deus uerus assumpsit, quia uidelicet totus in anima & corpore perierat homo, & iccirco totum, id est, anima & corpus a redemptore suscipi oportebat. In illam faciem, in illam gloriosæ animæ rationẽ totus spirauit spũs iste, creaturãq; creatori, substantiã creatã deo increato cõdignã sua fecit plenitudine. i. sapientia maturam, intellectu dilatatã, cõsilio prouidã, fortitudine cõstantẽ, sciẽtia disertã pietate mitẽ, sancto timore humilẽ. Nõ eñ uerbũ deus hoc indigebat ut spũ sancto repleretur, quippe de q̃ æque ut de prẽ deo procedit idẽ spũs sanctus, sed anima creata nostræ inopis naturæ creatura cũ carne sua hoc opus habebat, ut acciperet hunc spiritum, quem & accepit non ad mensurã, ut testatur Iohannes dicẽdo: Non eñ ad mensurã dat deus spiritũ, sed totã ut iam dictum est, septiformẽ spiritus gratiã, unde & factus est homo in spiritum uiuificantem.

[Margin: Gene. 2. — Esaiæ. 11. — Verbũ in carne, animæ loco fuisse, hæreticũ est — Iohan. 3 — 1. Cor. 15.]

¶De cõ-

¶De comparatione dictionum, quibus dictũ est: Factus est primus homo in animã uiuentem, nouissimus in spiritum uiuificantem. CA. XVII.

1. Corin.15 Conferamus hanc quoq; Apostolicæ diffinitionis partẽ qua dicit in spiritum uiuificantem, cum illa uetustiore qua dictum est in animã uiuentem. Veraciter in ista plenitudo diuitiarum, in illa tenuitas inopiæ est. Cum eñ dicit in animã uiuentẽ, subaudiendum est, & non uiuificare ualentẽ. Nam reuera noster ille parens sic factus est homo uiuens, ut naturaliter possit traducere semen ad propagandam sobolem, uerũ in potestate non habuit, uel ipsi semini suo dare animam uiuentẽ, uel iam uiuenti animæ sobolis suæ gratiã cõferre spiritualem. At uero iste præcursore suo Iohanne prior, ac per hoc sine dubio sua propria carne antiquior sic factus est, nihil secundum animalem hominẽ generaturus, ut ab illo in carne generatos prius siue posterius, uiuificaret in spũ queẽadmodũ idem præcursor eius testatur, & de plenitudine inquiens eius, nos omnes accepimus. Nam & antequam homo fieret gratiã prophetalem, & postquam homo factus est, acceperunt prophetæ de plenitudine eius in hoc eodem spiritu peccatorum remissionem. Igitur longe minus est in animã uiuentẽ, longe altius in spiritũ uiuificantẽ? Quãuis autẽ & post illum Apostoli atq; Apostolici uiri catholici Episcopi atq; orthodoxi presbyteri, prædicãdo, baptizãdo uiuificẽt, unus tñ & solus hic homo factus est in spiritũ uiuificantẽ. Neq; eñ nos aut priores nostri de plenitudine accepimus Apostolorũ, sed de ista plenitudine eius, de qua Apostoli & prophetę acceperũt. Nihil quippe nobis aut sibimet ipsis, sine illo facere potuerũt. Cępto sequamur ordine operationẽ spũs sancti, in isto hoĩe cœlesti, formã eius aspiciẽdo in illo terreno, quã & Apl'us breuiter præostẽdit, dicẽdo, q ẽ forma futuri.

In animã uiuentẽ cur dictum.

Iohan.1.

Roma.5.

¶Quod illũ quidẽ deus in paradyso uoluptatis posuit. In isto aũt quod est mirabilius quendam paradysum sanctus spiritus cõtulit, & fluuium inde doctrinæ euangelicæ produxit. Caput XVIII.

Gene.2. Plantauerat aũt dñs deus paradysum uoluptatis a principio, in quo posuit hominem quẽ formauerat. Produxitq; dñs deus de humo omne lignũ pulchrũ uisu, & ad uescẽdũ suaue, lignũ etiã uitæ in medio paradysi, lignũq; scientiæ boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco uoluptatis, ad irrigandũ paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Reuera & anteq̃ flos iste de uirga stirpis Iesse ascenderet, plantauerat idem dñs, idẽ deus spũs sanctus, paradysum uoluptatis spũalem, & in eo omne lignũ pulchrũ uisu, & suaue ad uescẽdũ, sed sup nullũ lignorũ oĩm potuerat reqescere. Paradysus qppe sanctorũ antiquorũ patriarcharũ & pphetarũ erat ecclesia, & in ea pulchrũ lignũ Abrahã, pulchrũ lignũ Isaac, pulchrũ lignũ Iacob, pulchra & suauia ligna cæteri patres sancti & iusti, quorũ fidei fructus hodieq; legẽtibus ad uescendũ, id est, imitandũ ualde suauis est. Et super talium flores lignorũ aliquando hic spũs dñi residebat, sed ut iam dictũ est super nullũ istorũ requiescere poterat. Plantauerat inq̃ domiuus huiusmodi paradysum uoluptatis ab initio, id est, a primo electo. Primus quippe electus, prima huius paradysi fuit plantatio. Et illum quidem hominẽ posuit dominus deus in loco locali paradyso, hunc autẽ paradisum spiritualẽ, quod mirabile est, posuit spiritus sanctus in homine isto. Attamen cui mirũ hoc uidebitur, rite perpendenti amplitudinẽ animæ eius? Nec enim paruæ amplitudiuis est anima, in qua plenitudo diuinitatis inhabitat. Igitur ut uerius dicam, ipsa talis anima paradysus deliciarum dei facta est totum intra se plantatum continens paradysum scripturarum, lignum etiam uitæ in medio paradysi, id est, ipsam uerbi æterni substãtiam in medio suo lignum quoq; scientiæ boni & mali, id est, tentationes ex nobis susceptæ infirmitatis. Nam quia per illud lignũ primus homo tẽtatus & uictus est, recte illo infirmitas humana intelligitur, per quã iste tentatus fidelis inuẽtus est, tentatus inquam per omnia pro similitudine absq; peccato, ut qui iam nouerat per scientiam, cognosceret etiam experimento figmentum nostrũ, sciret expertus reprobare malũ & eligere bonũ. Verũtamen & secundũ quendã modũ, istũ quoq; posuit in paradyso, factũ scilicet ministrũ circuncisionis, ut opera spũs in illo paternæ legis horto operaretur. Fluuius qui nobis de paradyso isto egredit, euãgelica doctrina est. Huius doctrinæ fluuius quatuor capitibus. i. quatuor euangeliis nobis distinguitur, siue quatuor sacramentis Christi principalibus. i. incarnatione, passione, resurrectione, & ascẽsione eius, quorũ fide & confessione, uniuersus per baptismũ irrigatur orbis.

Paradysus mystice est ecclesia hab3q; ligna pulcra.

Coloss. 2.

Hebr.4.

Esaiæ.7.

¶Quomodo istũ spiritus sanctus iterata positione in paradyso posuit, & qũo tentatus iste tentatorẽ, qui primũ hominẽ uicerat, uicit. Cap. XIX.

Gene.2 Tulit ergo dominus hominẽ, & posuit eum in paradyso uoluptatis, ut operaretur & custodiret illum. Iam hoc dictum fuerat, quia plãtauerat dominus deus paradysum uoluptatis ab initio, in quo posuerat hominem quẽ formauerat. Num ergo bis ille positus fuit in illo paradyso? Non utiq; terrenus ille homo bis positus fuit, sed hic cęlestis homo in spirituali paradyso iterata positus est positione spiritus sancti. Cũ eñ iam illum posuisset, illa quã diximus positione incarnationis, posuit illũ idem iste spũs positiõe iniũctæ pręLucæ.3 dicationis. Cuius uero secũdę positionis hic modus est, Factũ est aũt cũ baptizaret oĩs populus & Iesu

& Iesu baptizato & orante apertum est cœlum, & descēdit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Ac deinceps: Iesus autē plenus spiritu sancto, regressus est ab Iordane, & agebatur a spiritu in desertum. Hic positionis modus & secundum præscriptam literam, & secundū rem præsentem, a priore differt. Dictum qppe est prius, quia posuit in paradiso hoīem, quē formauerat, & nihil additum est: post uero ubi præmissum est: tulit ergo dñs deus hoīem, & posuit eum in paradiso uoluptatis, additur ut operaretur & custodiret illum. Sic nimirum prima positiōe, q̄ posuit hūc cœlestē hoīem sanctus iste spūs in paradiso suo: prima, inquam, positiōe incarnationis usq; ad annum tricesimum tacetur de omni conuentione cuiusquam operis: hac autem iterata positione sic ipse fecit, & dixit: Regressus est in uirtute spūs in Galilæam, & uenit Nazareth, & intrauit secundum consuetudinem suam synagogā, die sabbati, & surrexit legere, & traditus ē illi liber Esaiæ ,pphetæ: Et ut reuoluit librum, inuenit locum, ubi scriptum erat: Spūs domini super me, propter quod unxerit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, & prædicare captiuis remissionem, & cæcis uisum, dimittere confractos in remissionem prædicare annum domini acceptum, & diem retributionis: Et cum plicuisset librum, reddidit ministro & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos. Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus uestris. Tulit ergo ueraciter dñs deus, tulit dñs & deus spūs sctūs hoīem suū, hoīem cęlestē & nouū, & posuit eū in padiso uoluptatis suę in paradiso ecclesiæ, iam non qualemcunq; paradisum, sed paradisum deliciosæ habitatiōis suæ, ex eodem tempore, ut operaretur & custodiret illum: operaretur, inquam, secundum colūbinā ipsius spūs sancti simplicitatem, custodiret contra serpentinam diaboli calliditatem. Etenim hoc maxime ex aduerso respondet, quod ad illum terenum hominem, diabolus in serpente dimissus est, super istum cœlestem hic spūs sanctus in specie columbæ emissus est. Vnde & ille per illum serpentem in tentationem incidit: iste per columbam, id est, per istum spiritū pietatis tentatorē uicit. Cum enim ab isto spū actus in desertum homo iste ieiunando quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & nihil manducando, illius hominis gulam naturali esurie uapularet, dixit illi diabolus, ille serpens antiquus: Si filius dei es, dic lapidi huic ut panis fiat. Respondit ille, qđ hæc columba mitis, hic spūs sanctus innuit, quod columbina scriptura sancta uoce præmonuit. Non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo dei. Sic incontinentis gulæ dedecus, continētiæ pulchritudinē superiduit, & sic columba cum serpēte miro certamine, simplicitate maliciosum elusit, paulatim deinde ad profectum deducēs hominem, donec perfecta obedientia totum conculcaret, & contereret caput atq; corpus serpentis. Sed iam ad ipsam columbam maxime sermo intendat, cui maxime hæc nostri opusculi dicata est pars.

Ibidem. 4. Lucæ. 4 Esa. 61 Matth. 4 Lucæ. 4 Mar. 1 Deut. 8.

¶ Cur secundo super illum hic spiritus uenit, cur per columbam magis q̄ per aliam speciem illum designare uoluit. Caput XX.

Primo quærimus, quæ fuerit causa, ut super istum hominem suum, ueniret spiritus sanctus, non quōcunq;, sed sicut columba. Et a quo conuenientius quærimus q̄ ab eo, qui uidit, & illo uiso testimonium perhibuit, quia hic est filius dei? Ait enim: Et ego nesciebam eum. Sed ut manifestaretur in Israhel, propterea ueni ego in aqua baptizans. Itē: Et ego nesciebam eum. Sed q misit me baptizare in aqua, ille dixit: Super quem uideris spm̄ descendentem, & manentem super eum, hic est q baptizat in spū sancto. Ergo Iohannes eum quęrebat, & scire uolebat, quem secundum faciem non sciebat, & scire uolens altis profundi desiderij suspirijs cœlum pulsabat, ut sibi manifestaretur ille quem uenisse in spū sciebat, in facie non cognoscebat. Neq; enī ille testimonio quæritando sese ingerebat. Apud se latebat, semetipsum nō clarificabat, humilitatis exemplum, omnibus præbens, quod Apostolus suus, utiliter prædicaret dicens: Nec q̄squā sumat sibi honorem, sed q uocatur a deo, tanq̄ Aaron. Sic & Christus nō semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret: sed q locutus est ad eum filius meus es tu, & cætera. Igitur non ut esset Christus, id est, nō ut tunc primū ungeretur q in primordio suæ conceptōis plenarie fuerat unctus, sed ut manifestaretur in Israhel, q esset Christus, idcirco super unctum uenit unctio eius, uenit uisibili specie, super Christum ipse spūs eius. Verum itidem p aliam spēm manifestare illum poterat idem spūs. ¶ Quare ergo sup ipsum apparuit sicut columba, magis q̄ sicut ignis aut flamma? Ad quod dicendum: quia illo uel illo tali iudicio, q̄libet mediocriter unctus, digne manifestari poterat, id est, in quo non principalis sed plebeia, in quo particularis dari significaret gratia, & nō ipsa inhabitare gratiæ uniuersitas. Hic aūt ille manifestandus erat, in quo omīs plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat. Tale igitur pro manifestatōe eius dandum erat signum, quali nunquam uel ante uel post designari decuit quenquam sanctorum. Quid enī columba? Vtiq; qddam totum, caput & membra, corpus integrū. Hoc ergo significabat, q a in isto singulariter uncto tota plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat: corporaliter, inquā, id ē, sicut integro corpe, colūba super eum, & in ipō manēs apparebat. Nulla corporis parte mutilata columba, nullā septiformis spūs gratiā, magno huic sacerdoti deesse significat, unde & adoptionis pater, & omniū filioꝝ dei summus princeps, & magnus est pontifex. Deniq; Matthæus regno,

Iohan. 1. Iohānes Christum primū spiritu nouit, facie aūt non. Hebræ. 4 Columbę specie cur potius spiritus super Christum apparuerit Coloss. 2

Lucas maxime intendit eius sacerdotio, cuius uidelicet sacerdotis magni generationem sanctam conceptionemque sancti spiritus operatione celebratam, de qua pro posse diximus ore sacro uitulus disertus denarrat. Quapropter & illud notandum quia quod Matthæus nõ fecit, hic in generatione scribenda sursum ascẽdit totã contexens generationẽ optiuã, quæ ministerij sacerdotalis est. Etenim sacerdotis huius non erat secundum carnem gignere, sed secundũ spiritum sanctificare. Itaq; cum Matthæus genituram carnis pene in directum descendẽdo deduxerit, hic ne uno qdem gradu carnalis genituræ sursum ascendendo uerbum tetigit, sed sic incipiendo ut putabatur filius Ioseph, continuo subiunxit: Qui fuit Hely, subauditur filius optiuus. Nam secundum carnem non Hely, sed Iacob fuerat pater eius. Post hoc inicium nusquam usus uerbo quo utitur Matthæus, id est, genuit, non carnalem hominis, sed spiritualem sacerdotis generationem sese intendere satis ostendit.

¶De singulorum proprietatibus gratiarum, quas omnes in eum contulit, scilicet, Sapientiæ intellectus, &c. Caput XXI.

Esaiæ. ij. Actibus subsequentibus singularum discernere ꝓprietates operæpꝛtium est. s. sapiẽ, intellectus, consilij, fortitudinis, scientiæ, pietatis, timoris. Nimirum illud sapientiæ ma-
Matth. 4. gis propriũ est, qꝺ statim in desertũ actus ab eodem spiritu: Cũ ieiunasset quadraginta
Marci. j. diebus & 40. noctib⁹ antiqs tentatoris admissi uicit fraudes pc̃tm̃ fugiẽs, quæ summa
Lucæ. 4. sapientia est. Habet tamen hic locus nonnihil de proprio scientiæ, uidelicet quod responsa sua
Deut. 8 de scripturarum thesauro sumit, ac dicit: Scriptũ est, quia non pane solo uiuit homo, sed in om̃i
Deut. 6 uerbo dei. Scriptum est: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Scriptum est: Non
& jo. 6. tentabis dominum deum tuum. Intellectus est, quod cum traditus esset ei liber Esaiæ prophetæ
Esaiæ. 6j & inuenisset scriptum: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem: & cæcis uisum, dimittere confractos in remissionem: Hodie, inquit, impleta est hæc scriptura in auribus uestris. Cum enim hæc dicit spiritualem utique spiritualiter contritoꝝ sanationem spũalẽ spũaliter captiuoꝝ remissionẽ, spũalem spũaliter cæcoꝝ uisum, spũalẽ spũaliter cõfractoꝝ dimissionem intelligit, atq; intelligi uult. Porro absconditi consilij quædam oculos uel aures habenti-
Lucæ. 4 bus signa profert cum dicit: In ueritate dico uobis, multæ uiduæ erãt in diebus Helyæ, in Israel
3. Regũ. j7 quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni
4. Regũ. 4 & ad nullam illarum missus est Helyas, nisi in Sarepta Sidoniorum ad mulierẽ uiduã. Et multi leprosi erant in Israhel sub Helysæo propheta, & nemo eorum mundatus, nisi Naamã Syrus. Hæc eñ cum dicit ueraciter illud consilij se apud se habere innuit, scilicet ut superbientibus Iudæis clauso misericordiæ cœlo, cunctam legalis ac propheticæ gratiæ pluuiam, ad gentes commigrare faciat, & læpra peccati illorum non curata, lepram gentium mũdare properet, lauacro
Lucæ. 4. septemplici, id est, omnimoda spiritus septiformis gratia. Fortitudinis primus est actus, ubi cũ eiecissent illum extra ciuitatem, & duxissent illum usq; ad supercilium montis, supra quem ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum, ipse transiens per medium illorum ibat, maius utiq; fortitudinis opus in hoc ipso significãs. Quid est illud? Nimirum quia tandem illum post multas persecutiones, in infernum præcipitatũ esse uolentibus, ipse de morte ad uitam, siue per mortẽ in gloriam suam transiẽs, ecce per mediũ illoꝝ iuit, ꝑ mediũ illoꝝ ꝑsequẽtiũ, & nõ uidẽtium ad credentes & illuminatas gẽtes transiuit. Amplius autem fortitudinis erat, qꝺ ex presentia eius torquebantur, & tormenta sua confitebãtur dæmonia dicentia. Sine. Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scimus quis sis, sanctus dei. At ille increpans non sinebat ea
Lucæ. ij. loqui, dicens cuipiam illorum, obmutesce & exi. Quantæ fortitudinis hoc esset initium uel signum ipse quodam loco sic parce innuit. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt ea, quæ possidet. Si autẽ fortior illo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Scientiæ illud erat, quod iam supra tetigimus, quia tã prompte tam cõuenienter pro re & tempore, semper ubiq; sumpta de omnibus scripturis proferebat testimonia, ut mirantes dicerẽt aduersarij: Quomodo hic literas scit, cũ non didicerit?
Iohan. 7 Pietatis illud eẽ nemo qui nesciat, quod intelligi uult huiuscemodi parabolas dicendo: Homo q
Lucæ. jo. dam descẽdebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones. Item, Iratus paterfamilias, qa
Matth. 22. fecerat cœnã magnã, & oẽs q uocati erãt, cœperũt sil' excusare, dixit seruo suo. Exi cito in pla-
Lucæ. j4. teas & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cæcos & claudos ĩtroduc huc. Itẽ, Quis ex uobis hõ
Lucæ. j5. qui habet centum oues, et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittet nonaginta nouem in deserto & uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat illam? Et cũ inuenerit illam, imponit in humeros suos gaudens. Item, Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri. Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Item, Homo quidã erat diues, qui habebat uillicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius, & reliqua. Hæc deniq; ueneranda pietatis insignia sunt, qꝺ uidelicet Samaritanus misericordia motus super illũ qui incidit in latrones appropinquauit, & alligauit vulnera eius, infundens oleum & uinum, &

impo-

pellit, ꝙ misericordia motus, & accurrēs cecidit super collum eius, & osculatus est eum, qui per pœnitentiam est reuersus, suomet iudicio, iam non dignus uocari filius, & occidit ei uitulum saginatum, dicens: manducemus & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat & inuentus est. Quod pastor bonus ouem quæ errauerat requisitam, & inuentam, in humeros suos gaudens imposuit, ꝙ iuxta exemplum uillici iniquitatis quem laudauit dominus, quia prudenter fecisset, nobis agendum censuit: facite, inquiens, uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna taberna. Illud tandem sancti & uenerandi timoris est, ꝙ non iactabundo contemptu mortis sese offert, sed pauens & tædium patiens positis genibus orat: Abba pater, omnia possibilia sunt tibi, transfer calicem hunc à me, eodemq́ꝫ timore reuerēdo multum submissus: sed non, inquit, quod ego uolo, sed qđ tu. Amplius autem in eo ueri quod & perfecti est insigne timoris, ꝙ apparuit illi angelus de cœlo, confortans eum, & factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Videlicet futuris martyribus, dare illum decebat exemplum utile, ut non præsumerent de uirtute toleran ·iæ, sed soliciti pauerent in humilitate patientiæ. Timor in christo. Mar. 14

¶ De septem naturalibus columbæ uirtutibus, quomō per singulas illarum singulæ uirtutes uel gratiæ significentur, & qbus modis easdem columbæ uirtutes spiritualiter in suis actibus Christus habeat. Ca. XXII.

IGitur totus super illum requieuit septiformis gratiæ spūs, scđm signum quo idipsum manifestaretur. i. secundum columbæ integrum corpus. Quapropter nec illud prætereundum, quia uolucris huiusce, scilicet columbæ natura fungitur septem suis uirtutibus, quadam similitudine congruentibus septem huius spūs sancti gratijs, quas diximus. Primo: Sedet enim super riuos aquarum, ut accipitrem (conspecta eius umbra) uelociter effugiat. Secundo, nihil uiuum comedit. Tertio, pullos alienos nutrit. Quarto, in foraminibus petræ nidificat. Quinto, grana candidiora colligit. Sexto, felle caret. Septimo, gemitum pro cātu habet. Deinde in eo ꝙ iuxta fluenta residens accipitrem præcauet, sapientiæ, in eo ꝙ pullos educat alienos, consilij, in eo ꝙ in foramībus petræ nidificat, fortitudinis, in eo ꝙ grana candidiora colligit scientiæ, in eo ꝙ felle caret, pietatis, in eo ꝙ gemitum pro cantu habet, timoris quædam imago est. Sedet enim iste spiritus sanctus, imo is in quo est spiritus sanctus, maxime hic totius plenitudinis eius possessor dominus noster, iuxta plenissima sedit fluenta scripturarum, cunctas antiqui hostis præuidens, & potenter præcauens tentationes, quod sapientiæ est: Nihil uiuum comedit, id est, neminem unquam iustum condemnauit, aut certe neminem male uiuum, id est, concupiscentijs, & uitijs militantem sibimet per acceptionem personarum, concorporauit, quod intellectus est. Alienos pullos nutrit, id est, gentes abactis Iudæis nutriendos recipit, qui eramus alieni à testamento Dei, quod incomprehensibilis & inuestigabilis consilij est. In petra nidificat quo serpens accedere non possit, id est, in uulneribus passionis suæ spem suorum collocat. Vnde diabolus rapere non possit, quod fortitudinis est. ¶ Grana candidiora, id est, lucidiores de aceruo scripturarum, in omni sermone suo sententias congerit, quod scientiæ est. Felle caruit, id est, mala pro malis, uel maledictum pro maledicto, non reddidit: quinetiam pro interfectoribus suis exorauit, dicendo: Pater dimitte illis, nesciunt enim quid faciunt, quod pietatis est. Gemitum pro cantu habuit, id est, gemitibus īenarrabilibus. Et ut ait Apostolus: Cum clamore ualido & multis lachrymis pro nobis exorans, obediens fuit usque ad mortem, qđ timoris est. Columbæ proprietates septem. Lucæ. 23 Hebræ. 5

¶ Quod huius rei signum fuerit ipsa columba, quam firmiter teneat ecclesia, uidelicet quia hic est qui baptizat. Ca. XXIII.

CVius tandem rei signum, uel manifestatio, illa talis species erat. Nimirum sacerdotis singularis, & Baptistæ unici domini nostri signum hoc erat, in eo quod baptizat. Sic enim dictum est. Super quem uideris spiritum descendentem, sicut columbam, & manentem, in eo, hic est qui baptizat. Non dictum est, hic est filius dei, siue hic est Christus, quàmuis & hoc ueraciter dici potuisset, sed hic est, qui baptizat. Ergo Baptista Iohannes, Baptistam quærebat, baptismum suspirabat, id est, hunc effectum, hanc utilitatem intendebat, ob quam uenisse gaudebat. Christum uidere uidendumq́ꝫ indicare sitiebat, ut ille in spiritu sancto baptizaret, id est, peccata mundi tolleret. Totus quippe mundus in sordibus, omnis homo immundus erat, & illotus. Non sola gentilitas sanguinis fluxu sordebat, sed & synagogæ omnes iustitias, spiritus iste sanctus, per prophetas panno menstruatæ similes esse censebat. Quid ergo, inquis, Abraham? An non saltem ille mundus fuerat, dicente scriptura: Credidit Abrahā Deo, & reputatum est ei ad iustitiam? Non utique iam propter iustitiam illam mundus fuerat, sed propter iustitiam illam istum emundatorem, promissione accepta sperare meruerat. Idcirco donec ueniret iste q baptizat, ille & omnis posteritas eius, uerbo promissionis tantummodo cathecizata, foris expectabat: cœlesti ecclesiæ, nondum in uisione dei communicabat. Quid ipse Iohannes, qui adhuc ex utero matris suæ spiritu sancto repletus est? Quare ergo dicebat, ego a te debeo baptizari? An non ubi exultauit in utero matris suæ, ad uocem salutationis Iohan. 1 Baptista Iohannes baptizantem Christum quærebat. Esa. 64 Gene. 15 Matth. 3

Mariæ, potuit mundari eodem quo exultauit gaudio spiritus sancti? Non utique iam propter hoc mundus erat, non iam propter hoc maculam culpæ originalis exuerat. Non ille in remissionem peccatorum, sed in propheticam, imo plus quàm propheticam gratiam illic acceperat spiritum sanctum. Igitur suum & uniuersi mundi baptismum, atque Baptistam Iohannes desiderabat, & illi desiderio responsum est, super quem uideris spiritum descendentem sicut columbam & manentem in eo, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et quomodo Symeon ille iustus, expectans consolationem Israhel, in quo hic spiritus sanctus erat, responsum ab ipso accepit, non uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum deum: sic iste neq; Symeone, neq; ullo sanctorum in sancto desiderio minor, accepit responsum gratiæ in se habitantis, quod non prius perficeret cursum suum baptizando in aqua, nisi prius uideret istum qui baptizat in spiritu sancto, peccatorum remissionem tribuendo omni mundo.

Iohan. 1.
Lucæ. 2.

¶Quod uere omnes electos baptizet & baptizauerit iste unus, unius spiritus sancti gratia, & quod istud tenendum sit contra hæreses, & schismata infidelium. Caput XXIIII.

NOn autem est dictum solummodo propter communem, quæ tunc erat humani generis indigentiam, sed & propter seruandã in futura ecclesia pacis charitatisq; custodiam, & sic dictum, & sic tale datum est signum. Deniq; illud constans est, & nemini dubium esse licet, quia sanctos omnes, qui illum per præteritas generatiões ab origine mundi expectauerant: omnis, inquam, usq; ad illum electum latronem, lauit per semetipsum a peccatis oĩbus, in spũ sancto, in aqua & sanguine profluente de latere suo. Futurum autem erat, ut per ministros gratiæ suæ, baptizaret eos, qui credituri erant, in hoc eodem spũ sancto, in eiusdem sanguinis & aquæ sacramento. Hic nimirum non defuturæ erant lites coruorum rixantiũ seorsum, ac seorsum baptizantium, & contra alterutros dicentium. Ego baptizo, ego sanctifico. Ille adulter, ille ebriosus, aut fornicarius, nunquid te baptizare, nunquid te sanctificare poterat? Illius uel illius, qui te baptizauit fides, sine operibus erat mortua, mortuũ itaq; tibi dedit baptisma. Bene ergo & oportune pacifica designante columba, dictum est: hic est qui baptizat in spiritu sancto. Adeo nanque proni ad scissuras futuri erant, qui baptizarentur: ut non modo pro bonis aduersus malos, sed & pro bonis aduersus bonos, quasi pro optimis baptizatoribus suis aduersus baptizatores minus bonos inflarentur, atque rixarentur. Sic illi iam facere cœperant, quibus uas electionis Apostolus dicebat: Significatum est mihi fratres de uobis ab his qui sunt Cloes: quia contentiones sunt inter uos. Hoc autem dico quod unusquisque uestrum dicit: Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephæ, ego antem Christi. Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis, aut in nomine Pauli crucifixi estis? Bene hic attenderat, quid mallet columba mitis, id est, hic spiritus pietatis, spiritus unitatis, & pacis: unum designans atque dicens: Hic est qui baptizat. Ac si diceret. Siue per bonos, siue per malos, siue per summos, siue per infimos, uisibiliter operetur ecclesia ministros, hic est qui inuisibiliter baptizat in spiritu sancto. Verum de illo domini Christi, & huius spiritus sancti baptismo plenius post aliqua dicendum erit. Nunc interim illud dictum sit: quia sanctus iste spiritus unicam & condignam sibi mansionem tandem se adeptum esse, imo se sibi fecisse declarauit. Vbi super hunc proprium hominem suum, in tali specie apparuit, & in eo mansit, non ad mensuram ut participibus, uel consortibus eius, diuisiuam indulgẽs ei gratiam, sed in eo tota cum diuinitate sua corporaliter inhabitans, & per id quod cœlis apertis sup eum descendit, cœlos credentibus in eum per passionẽ eius aperiendos esse testificans, qui ex quo peccauit homo, generi humano clausi erant.

Apo. 1
Ministro mas
lo baptisante
nil obest quia
Christus bas
ptizat
Lucæ. 3
Scissura de
ministro bap-
tizante.
1. Cor. 1
Matth. 3.
Lucæ. 3
Iohan. 1.
Mar. 1.
Coloss. 2.

¶Quod dictum est: Iesus autem plenus spũ sancto, regressus est à Iordane, & de eo quod cum de cæteris spiritibus dictum sit, & requiescet sup eum, de solo timore ita dr̃. Et replebit eum spiritus timoris domini. Ca. XXV.

IEsus autem plenus spũ sancto, regressus est à Iordane. Plenus, inquam, spiritu sancto. nam hoc ipsum columba, sicut iam diximus, significauerat, descendens super eum, & manens in eo. Sed nunquid extunc, & non ante dominus Iesus plenus erat spiritu sancto? Nonne ex utero uirginis conceptus fuerat de spiritu sancto? An quando compingebat illud suum sacri corporis templum, foris stabat, & non introiuit, donec perueniret homo ad tricesimum ætatis suæ annum? Imo nec foris stetit, cum sacrum conderet corpus, deus incircumscriptus dei spiritus, nec postquam illud semel condidit, ulla unquam hora uel momento frigescente, gratia foras exiuit, aut abesse potuit. Quid ergo nunc primum plenus spiritu sancto dicitur, cum a Iordane regreditur. Nimirum quia qui hactenus se continuerat intus, hic procedere cœpit spiritus sanctus, de triclinio mentis ad officia corporis, de potestate ad actum, de intima requie, ad exterius ministerium, ut per doctrinam diffunderet gratiam in labiis, per miraculorum exhibitionem, moueret manus eius tornatiles, aureas, plenas hyacinthis. ¶Amplius autem ex eo recte plenus spiritu sancto debuit dici, ex quo agere cœpit ea, quæ sunt spiritus timoris domini, id est ieiunando, famem pati, perferre fraudes tentatoris, circuire & prædicare regnum dei, atq; pro uolun-

Lucæ. 3.
Quomõ spũs
sctũs i colũbe
specie in ipm
descenderit.

uoluntate uel mandato patris, obediens esse usque ad mortem, mortem autem crucis. Scriptum quippe fuerat, & replebit eum spiritus timoris domini. Notandum denique in toto ordine, septem spirituum, quia cum dictum sit, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, in istis spiritibus non mutato uerbo requietionis, in septimo tandem mutatur uerbum uel modus dictionis, & replebit eum spiritus timoris domini. Si ergo Euangelistam, prophetæ scienter in isto consonuisse non ignoramus, ut quia dixerat ille: & requiescet super eum spiritus timoris domini: iste uim dictionis antiquæ respiciens consonanter dixerit. Iesus autem plenus spiritu sancto, regressus est à Iordane, mirandum uniuersæ creaturæ præponitur spectaculum, quod scilicet creator hominum, deus illuc usque descenderit, unde peccatori homini ab infernalibus peccatis, & uitijs emergenti initium ascendendi sumendum sit. Nam initium sapientiæ timor domini. Huc usque creator descendit, dicente Propheta: Post omnes gradus spirituum domini, & replebit eum spiritus timoris domini. Non erat mirum quod requiesceret super eum spiritus sapientię, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudiuis, spiritus scientiæ, & pietatis: non, inquam, mirum: quia magnificum erat, quia diuinam maiestatem dignitate antiqua decebant hæc omnia. Quis autem angelorum, aut hominum, non miretur dominum usque ad timorem domini descendisse, deum & dominum cœlis ac terris timendum, timoratum factum esse, non partim sed plenarie, & quantum uerbo repletionis, aut plenitudinis potuerunt homines in eodem spiritu sancto loquentes significare? Itaque secundum hunc modũ digna cũ admiratione dictum sit, Iesus autẽ plenus spiritu sancto, regressus a Iordane.

Esa. 11

Lucæ. 3

Psal. 110.

Mirum, quod timor quoque domini in Christo requieuerit.

¶Quod uere sit deus is, quo Iesus plenus dr̃, & quod cuiuscunque hoĩs animam implere non nisi dei sit. Ca. XXVI.

PRæterea quia non sola spiritus sancti opera narrare, sed ipsam quoque personam eius prędicare, uenerari, & adorare præsenti opere intendimus: audiat Macedonius, aut quisquis alius blasphemiæ, in spiritum sanctum reus, dicere ausus fuit, non est deus: aut, inquam, quod dicitur: Iesus spiritu sancto plenus. Quid enim? Nõ est deus iste, quo plenus est is, qui omnia implet dominus Iesus. Imo ut de illo tali homine, nunc interim taceam, quemlibet angustioris pectoris hominem implere, non nisi dei est. Manifestius dicamus: spiritum hominis substantialiter introire, non nisi dei est. Creatus spiritus, creato spiritui, id est, angelicus spiritus humano spiritui, uel humanus spiritus angelico spiritui infundi nõ potest. Alter alterius capax, siue alteri alter capabilis non est. Neuter quippe alterutro subtilior est. Vterque enim creatura, uterque rationalis, & immortalis est. Solus deus, natura uel substantia, utroque subtilior, ac proinde utrique capabilis est. Sed ecce, non tantum homines spiritu sancto repletos, quod passim legimus: sed ipsum dominum Iesum, pronuntiat Euangelista, plenum spũ sancto. Quomodo ergo non uidebat, coruus prædictus Macedonius: quia deus est, ista columba, iste spũs sanctus? Sed ille forte diceret ad hæc: Nonne homo interdum dr̃, & est maligno plenus spiritu? Ad hæc, inquam: Dicitur quidem, sed aliter, hic sancto spiritu, aliter ille maligno impletur spiritu. Nam spiritus malignus, non ipsi humani spũs substantiæ, substantialiter infunditur, sed per occultos irrepens meatus, perque cauernas corporis receptus, animam in suis obsidet sedibus, eamque tartareis discruciat flagris, inquantum fuerit permissus. Sic febris, sic etiam potionis feruor nimius animũ subuertit, uimque rationis enecat, non tamen ipsam animæ substantiam, aut febris, aut per corpus digerenda compleuit uinositas. At uero hic spiritus sanctus, animæ substantiam substantialiter ingreditur, eamque ineffabiliter & dilatando complet, & complendo dilatat, in ea substantialiter inhabitat, atque inambulat, quæ merces, quæ gloria sanctis in futuro reposita est. Nam in præsenti paucissimorum est persentiscere saltem ad horam, uel momentum, substantialem eius tactum, præter hominem istum solum & singularem, de quo unice dictum est hic. Super quem uideris spiritum descendentem & manentem in eo. Hoc plane quod diximus, uel ex ipsis eiusdem spũs sancti uocabulis, comprobari promptum est, s. ex eo quod dr̃, spũs sapientiæ, spũs intellectus, spiritus consilij, spũs fortitudinis, spũs scientiæ, spũs pietatis, spiritus timoris dñi. Nam ubi putas sapientia, uel intellectus, nisi in anima, ubi consilium, ubi fortitudo, ubi scĩa, ubi pietas, aut timor dñi, nisi in anima uel mente inhabitat? Igitur hic solus increatus spũs, humano siue angelico spũi substantialiter capabilis est, & uel ex hoc solo conuincitur Macedonius, omnisque eiusmodi coruus, quia talis hæc columba, tantus iste spiritus sanctus deus est.

Homĩs pectus iplere solius dei est

Spũs creatura in spiritũ non põt intrare.

Macedonij argumẽtũ blasphemum

Iohan. 1.

¶Quod nos oẽs ubi Iesus plenus dicit ad hauriẽdũ inuitemur, & quod duo data sint huius spiritus, & quodnam horum antiqui patres prius, & quod posterius. Itemque nos quod prius, quod posterius acceperimus. Ca. XXVII.

SAne cum hic spiritu sancto plenus dicitur, eodem dicto nos ad hauriendum inuitamur. Item cum dicit ille alius testis pleni huius, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, nos ad accipiendum, nos ad hauriendum prouocamur. Hic unus est, a quo, in quo, & per quem gratiam, & ueritatem haurimus, spiritum gratiæ, & spiritum ueritatis accepimus.

Iohan. 1.

Plenitudo Christi haurire nos inuitat.

 Cum enim

Ibidem. Cum enim dixisset, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, continuo subiunxit: Et grām ꝓ gratia, quia lex per Moysen data: gratia & ueritas ꝑ Iesum Christum facta est. Et nos quidem atq; illi, qui hęc dicunt, & de plenitudine eius nos omnes accepimus: nos, inquam, & qui post, & illi qui ante passionem huius pleni hauserunt eadem data, sed ordine præposterato accepimus. Quot enim uel quæ sunt huius spiritus data, nisi duo, alterum in remissionem peccatorum, alterum in diuisiones gratiarum? Hæc, inquam, eadem, sed non eodem ordine, nos atque illi accepimus. Nam illi prius diuisiones gratiarum, & post remissionem peccatorum, nos prius remissionem peccatorum, & deinde accepimus diuisiones gratiarum. Omnes enim usq; ad Iohannem, prius diuisiones gratiarum acceperunt, imo & prius mortui sunt q̃ acciperent remissionem peccatorum. Hanc enim diu expectatam in sola tandem Christi passione acceperunt. Fide fortes, miraculorum potentes, ꝓphetica gratia pollentes fuerunt, & tamen omnes apud inferos detinebantur, ꝓpter originale peccatum. Fusus est sanguis Christi, atq; cum sanguine aqua pariter de latere eius cucurrit, & quia fidem habuerant, eorum omnium peccata lauit. Ipsi quoq; Apostoli prius eiusmodi gratias partim acceperunt, ut scilicet infirmos curarent, spiritus immundos eijcerent: & post passionem Christi, remissionem peccatorum, ut in regnum cęlorum introirent. At uero nos omnes, q post eandem Christi passionem, ad fidem uenimus prius in remissionem peccatorum baptizamur: & tunc demum eiusmodi gratias accipimus ab eodem spiritu sancto, diuidente singulis prout uult. Nam ꝙ sup Cornelium, & super cæteros, qui pariter audiebant uerbum nondum baptizatos in remissionem peccatorum manifestatum fuit hoc datum, cecidit enim spiritus sanctus sup eos, qui & erant loquentes linguis, & magnificantes deum, necessaria tunc temporis huius spiritus sancti aduocatione factum est. Dicebant enim atq; dicturi erant illi qui ex circumcisione crediderant. Quare introisti ad uiros præputium habentes? Vt ergo super incircumcisis carne, ad fidē Christi recipiendis authoritas non deesset: aduocatum se oportune hic exhibuit deus, cui homo contradicere non posset, hic spiritus quem caro ꝓhibere non auderet, ut in magna tutela constans Petrus diceret: Si ergo eandem gratiam dedit illis deus, sicut & nobis qui credidimus in dominum Iesum Christum, ego quis eram, qui possem ꝓhibere deum? Alias fere nusquam post glorificationem domini Iesu, hunc spiritum sanctum inuenimus prius datum esse in diuisiones gratiarum, q̃ in remissionem peccatorum.

Marginalia: Duo data spiritus sancti — j. Cor. 12 — Ordine alio nos Chri gratiam q̃ priores accipim⁹. — Acto. 10. — Cur spūs sanctus a principio in credentes uisibil' uenerit — Acto. 11.

¶ De ꝓcessione spūs sancti contra eos q dixerunt eum a solo patre, & non a filio ꝓcedere, & ꝙ illa ꝓcessione qua remittuntur peccata de filij ꝑsona ꝓcedat. Ca. XXVIII.

Quapropter quoniam duæ sunt ꝑsonæ patris & filij, de quibus ꝓcedit hic spiritus sanctus: sic duo, ut iam dictum est, data sunt eiusdē spūs, non improbabiliter dici arbitramur, quia qua de patre ꝓcedit ꝓcessione, distribuitur opatio eius in diuisiones gratiarum, ꝓcessione qua ꝓcedit de filio datur idem spiritus in remissionē peccatorū. Etenim patriarchæ ac ꝓphetæ nunquid coram hominibus confitebātur dei filium? Attamen accipiebant diuersa dona charismatum, non quia cognouissent filium, aut credidissent in eum: sed ut cognoscerent eum, & credentes expectarent uenturum. Hoc ipsum ꝙ ꝓphetæ erant, & uenturum p̄sciebant dei filium, non utiq; ex patris & filij, sed ex solius patris, uel dei p̄eunte confessione percipiebant. At uero ubi dei filius semetipm̄ hominem exhibuit hominibus, & qui sacculus auro dei, id est, plenitudine plenus erat huius spiritus sancti, scissus ex tormento passionis: illic extunc ꝓcessisse uel ꝓcedere hunc eundem spiritum sanctum in remissionem peccatorum nullus ambigit: nemo diffidit, nullus dubitat nisi infidelis. Processit tunc ad mortuos qui tenebantur in infernalibus claustris, hæreditario ex Adam peccati uinculo compediti: sanctorumq; omnem iustitiam, eatenus panno menstruatæ comparabilem usq; ad purum & ꝑfectum lauit, ꝓcedit extunc ad uiuos quotquot in eadem morte eiusdem filij dei: baptizantur in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Igitur aduersus errorem eorum, qui dixerunt hunc spiritum sanctū non a patre & filio, sed a sola persona patris ꝓcedere, illud constanter dicendum est, quia quod a patre ꝓcedit spiritus sanctus gratiarum diuisio, ꝙ a filio ꝓcedit peccatorum remissio est. Porro utrum horum melius donum, utrum utilius siue felicius sit, non dubium habentes cum Psalmista dicimus: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Non dixit: Beati ꝓphetiam habētes, quorum utiq; unus & præcipuus ipe iam erat, sed dixit: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, quorum uniuersitas una est omnium electorum ecclesia, de qbus unus esse cupiens uel sperans, dicebat alio loco: Asperges me domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.

Marginalia: Dona spirit⁹ duo, iuxta ꝓcessionē a patre & filio. — Psal. 31 — Remissio peccatorum cæteris donis p̄stat — Psal. 50.

Qūo is qui plenus est spū sancto in quo habitat plenitudo diuinitatis corpaliter, aliqd nescire dicatur, & ꝙ modus sciēdi triplex habeatur. Ca. XXIX.

Vnum adhuc in hoc themate est, quod quæramus: Si plenus spiritu sancto Iesus, si tota in eo columba manet, si in ipo habitat omnis plenitudo diuinitatis corpaliter, q̃modo qppiam nescire, aut qppiam non posse se ipe fatetur? Dicit em̄: De die autem illa uel hora nemo scit, neq; angeli in cœlo, neq; filius, nisi pr̄ solus. Et apud Iohanē:

Marginalia: Matth. 24

Amen

Amen amen dico uobis, non poteſt à ſe facere quicquam, niſi quod uiderit patrem facientem. Iohan. 5
Item: Non poſſum ego a me facere quicquam ſicut audio, iudico. Primum de die illa quærimus cur uel quomodo dixerit nemo ſcit, neq; angeli, neq; filius, niſi pater ſolus. Si enim hic in ſolo patre, unam tantum pſonam intelligimus, & pinde neq; filium neq; hunc ſpiritum ſanctum de die illa ſcire arbitramur: pfecto patris & filij & ſpiritus ſancti unitatem in diuinitate, æqualitatem in maieſtate non tenemus. Et ubi erit, quod filio p os Petri Apoſtoli uniuerſa dicit eccleſia: Domine tu omnia noſti? Vbi erit quod de hoc ſpiritu ſancto Paulus Apoſtolus dicit: Spiritus omia ſcrutatur, etiam pfunda dei? Ergo fidelius ac reuerentius ſuſcipiendum eſt quod dicitur, de die autem illa nemo ſcit, neq; angeli, neq; filius. Et quidem fideliter dicimus, neq; filius ſcit, id eſſe nõ uos ſcire facit, ſed aduerſus contentiones Arrianas non hoc ſatisfacit. Nam neq; pater nos ſcire facit. Igitur ut firmius atque ſanius teneamus quod dixit, conſulamus intentionem dicentis, ſimulq; & illud quæramus, modus ſciendi utrum ſimplex aut multiplex ſit. Hoc iam citius occurrit, quia multiplex eſt. Dicimur enim ſcire quod intelligimus, ſcire quod non improbamus, ſcire quod experti ſumus. Modi iſti in deo plurimum differunt, ſi rite aduertis. Primo uidelicet modo, unus deus pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, ſemp omnia ſcit. Secundo modo, bona ſemp ſcit mala ſemp neſcit. Tertio modo, quædam bona, ſiue quædam mala aliquando ſcit, aliquando neſcit. Bona, cum uerbi gratia ad Abraham dicit: Nunc cognoui, q; timeas deum, & non pepceris unigenito filio tuo pp̃ter me. Nam quod erat in Abraham, id eſt, timorem domini, nunc ſe cognouiſſe phibuit, eo nimirum quo prius non cognouerat modo, ſcilicet experimento. Mala uero, cum itidem exempli gratia ad Abraham dicit: Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis, deſcendam, & uidebo utrum clamorẽ qui uenit ad me, ope compleuerint, aut non eſt ita, ut ſciam. Nam quod erat malum, & peſſimũ ſcire uolebat, eo quo prius neſciebat modo, id eſt, experimento. Quod & factum eſt. Illo nempe ptinus ſciuit modo, quia quo ſcelere ſolebant furere in uiros, eodem furentes in ip̃m, dicebãt Loth. Vbi ſunt uiri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc ut cognoſcamus eos. Cum itaq; tres ſint modi ſcientiæ, uel cognitionis dei, ut iam ſciamus iuxta quem modum dixerit, de die autem illa nemo ſcit, neq; angeli in cœlo, neq; filius, niſi pater ſolus, quæramus intentionem dicentis, & ip̃a quoque cito quærentibus occurrit, quia nimirum p inculcando nobis metu illius diei uel aduentus ſui, & conſummationis ſeculi hoc dixit. Dixerat enim: Et tunc plangent omes tribus terræ, & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cœli, cum uirtute multa & maieſtate. Et mittet angelos ſuos, cum tuba, & uoce magna, & congregabũt electos eius a quatuor uentis, à ſummis cœlorum uſque ad terminos eorum. Igitur in hoc dicto eius, de die autem illa nemo ſcit, neque angeli, neque filius, niſi pater ſolus, hunc eſſe ſenſum fideliter accipimus, ac ſi diceret: Dies autem illa tantæ erit iræ, tantæ calamitatis & miſeriæ, tantæ tribulationis, & anguſtiæ, quantam nemo unquam ullo poteſt, potuit, poterit experimento præſcire, neque angeli cœlorum in illa lucis & tenebrarum, id eſt, bonorum & malorum angelorum terribili diuiſione, neq; filius in toto ſuæ paſſionis uel mortis agone. Perſpicuum quippe eſt quod filium, id eſt, ſeipſum ſecundum quod homo eſt: pro omni poſuerit homine, quia non dixit, neque angeli in cœlo, neque homines in terra, ſed neque angeli in cœlo, inquit, neque filius. Relinquitur ergo quod ait, niſi ſolus pater, id eſſe, ac ſi dixiſſet, niſi ſolus deus unus pater, & filius, & ſpiritus ſanctus: præſertim, quia non dixit pater meus, in quo utiq; una neceſſario pſona intelligeret. Et ille ſcilicet deus magnitudinem ſiue amaritudinem illius diei, non experimento ſcit, quippe cum ſcit deus impaſſibilis, ſed ſic penes ſe notitiam habet, ut non poſſit ulli creaturæ aliter niſi ſolo actu & re ip̃a notum fieri, quid anguſtiarum illic futurum ſit, ubi quemadmodum ad beatum Iob loquitur ipſe deus: uidentibus cunctis illa beſtia præcipitabitur, & cum ſublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur. Nam reuera ſi nos aut angeli mortales tunc eſſemus, uel poſt reſurrectionem ullo modo mori poſſemus, ſolo uiſu exanimes efficeremur, uidẽtes tartarum apertum, ignemq; æternum, paratum diabolo & angelis eius, in quem & nos pręcipitandi eramus, ſi non per ſolam gratiam præuenti fuiſſemus.

Quomõ chriſtus neſci' [...] erit aliquam rerum
Iohan. 21.
1. Cor. 2.
Sciendi aliquid triplex modus
Gene. 22
Gene. 18.
Gene. 19.
Lucæ. 21
Mar. 13.
Quomõ nemo ſciat diem illũ, niſi pater
Iob. 41.

¶ Quantæ potentiæ ſit q; filium non poſſe facere quicq̃, niſi quod uiderit patrem facientem ipſe dicit. Ca. XXX.

Reſtat ut de eo quæramus quod, ait, non poteſt filius facere quicquam, & non poſſum ego a meip̃o facere quicquam. Nam hoc nihilominus plenitudini de qua loquebatur repugnare uidebatur, niſi recte & ut dignum eſt intelligatur. Primũ ergo in iſto quoque ex præcedentibus dictis, uel factis intentionem dicentis colligamus, quæ huiuſmodi ſunt. Surge, inquit, tolle grabbatum tuum. & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo, & ſuſtulit grabbatum ſuum, & ambulabat. Erat aũt ſabbatum in illo die. Dicebant ergo Iudæi illi, qui ſanus factus fuerat. Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabbatum tuum. Ac deinceps: Propterea perſequebantur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in ſabbato. Ieſus autem reſpondit illis: Pater meus uſque modo operatur, & ego operor. Et ſubinde: Amen amen dico uobis, non

Iohan. 5
Iohan. 5

potest filius à seipso facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem, &c. Qua putas intentione hic dixit: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor, nisi ut doceret se esse dominum etiam sabbati? Pater meus inquit, quia dominus est sabbati usq; modo operatur in sabbatis, non minus quã prima uel secunda sabbati dans pluuiam super terram, & producens fœnum iumentis, producens uentos de thesauris suis, & solem suum faciens oriri, & nemo ex uobis dicit, quare ille sabbatum non custodit. Et forte, si quid habetis rationis, idcirco illum censetis sabbati lege non teneri, quia bene omnia facit, & nihil male potest operari. Ergo is iure non tenetur lege sabbati, qui non potest male operari. Ad hęc inquam: Amen amen dico uobis: non potest filius à se facere quicquam. Quid est hoc dicere, nisi constanter asserere filium dei æque ut patrem deum esse inconuertibilem? Quid enim est, quempiam à seipso quicquam facere, nisi seorsum extra deum, absque imperio uel uoluntate dei quicquam facere? Quid, inquam, hoc est nisi peccatum facere, aut peccare? Nempe diabolus a seipso primus fecit, quando primus peccatum fecit, & peccauit: imitantur autem illum quicunq; peccant, & a semetipsis faciunt, relicto consortio uel authoritate dei. Nihilominus & a semetipsis faciunt, quando loquuntur extra deum, loquentes mendacium, dicentes malum bonum, & bonum malum, & idipsum defendẽtes. Linguam, aiũt, nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est? Sed non potest inquit, filius a seipso facere quicquam. Ergo inconuertibilis est filius, quem conuertibilem esse dicebat Arrius hæreticus. Nam non potest a seipso facere quicquam, & hoc illi impossibile est ꝑ naturam. Et si angeli sancti firmati sunt post ruinam illius, qui a seipso fecit, etiam amplius non possunt a seipsis facere quicquam, non hoc habuerunt per naturam, sed acceperunt per gratiam. Hic filius hoc semper habuit, & habet per naturam, & idcirco certus de stabili iure suo, pater meus, inquit, usq; modo opatur, & ego operor: quia uidelicet quemadmodum ille ita & ego incõuertibiliter omnia bene facio, non a meipso quicquam faciens, nisi quæ uideo patrem facientem. Itaq; ꝙ dixit hic se non posse, plenitudini eius, de qua loquebamur non modo non repugnat, uerum etiam ualidis plenitudinis atq; fortitudinis eius argumentum est.

Psal. 103
Matth. 5
Mar. 7
Esa. 5
Psal. 11.
Iohan. 3

¶ Quomodo secundum ordinem gratiarum eiusdem spiritus sancti operetur in ecclesia sua Christus operibus distinctis a passione sua usque in finem seculi. Ca. XXXI.

Ordo septem donorũ spiritus, quõ ꝑtractandus

NVnc in altum fidei uela pandenda sunt. Etenim quæ de isto pleno siue de plenitudine eius hactenus manant & usq; in finem seculi manare non desinũt, septem huius septiformis flumina ipso aspirante ꝑmeare cupimus, eodem q̃ ordine spũs, eosdem a Chr̃i domini passione usque ad ultimũ iudicij diem, in hoc mundo uniuersali, magis opari ex ipsis opibus aduertere possumus. Ordo ipse a nobis susceptus, iste est. In ipsa humilitatis Christi passione diaboli calliditas superata est, iuxta illud, & prudentia eius ꝑcussit superbum, & in sacramentis eiusdem passionis quibus regeneramur, uel regenerati sumus: sanctum sapiẽ spm̃ ꝑdicabimus. In eo ꝙ ꝑ eandem Chr̃i passionem uelum templi scissum est, imo uelamen uultus Moysi, quod positum est super cor Iudęorum, a cordibus credẽtium sublatum est, ut aperto sensu scripturas intelligerent, maxime apostoli, qui erant homines idiotæ, & sine literis, sanctũ intellectus spiritum confitebimur. In eo ꝙ cæcitas contigit in Israhel, donec plenitudo gentium subintraret, ueterisq; culturæ templum exterminio datũ est, ne currentis euangelij quadrigas stantes impedirent eius lapides: sanctus nobis cõsilij spũs glorificãdus ẽ. In ꝑlijs martyrũ, q̃bus diabolus uictus est, & de templis uel delubris atque simulachris gentiũ non ualentibus aduersarijs resistere, aut contradicere eiectus est: sanctus nobis fortitudinis spũs, qui in ipsis loquebatur collaudandus est. In sanctis patribus atq; doctoribus nostris, qui scripturas sanctas fideliter tractando exposuerunt, ita ut in ipsis ueraciter impletum sit illud ꝓpheticum, ꝑtransibunt plurimi, & multiplex erit scientia: sanctus nobis scientiæ spiritus digna cum gratiarũ actione uenerandus est. In eo ꝙ postq̃ plenitudo gentiũ subintrauerit tunc auferetur uelamen, & reliquiæ conuertentur ex Israhel, sanctus nobis pietatis spũs confitendus est. In eo ꝙ ad iudicandos uiuos & mortuos uenturus est, ut ꝓcedant qui bona egerunt in resurrectionem uitæ, qui uero mala egerunt, in resurrectionẽ iudicij, sanctus nobis timoris dñi spũs prædicandus est. Et quidem septem primæ creationis diebus, totidemq; sequentibus mundi ætatibus insistentes, ad eosdem respiciebamus spiritus, ꝙ secundum ipsos oparetur deus pater, deus filius, sed illic tanq̃ in imagine, hic autem in re ipsam nobis adesse intuemur ꝑsonam dei sancti spiritus. Ipse quoq; ordo differt. Nam in illis a timore ad sapientiam ascendebamus, hic autem a sapientia ad timorem descendimus, habentes in fine seculi, quod semꝑ timeamus, quamlibet ꝑfecti simus, quãuis apud homines iam apprehendisse uideamur. Etenim quis sapiens aut intelligens, quis consultus aut fortis, q̃s scientiarũ aut pietatis thesauros possidens, castum ibi cor se habere gloriabitur: ubi uirtutes cœlorũ mouebuntur ubi timebunt angeli, & territi purgabuntur? Magnus ergo ibi timoris domini spiritus. Igitur ꝑ hæc septiformis gr̃æ flumina nauigaturi, ducẽ ipsum atque rectorem spm̃ sanctum inuocamus, ut ipso cursum regẽte ad optatum finem, cum fructu lætitiæ mereamur ꝑuenire, Amen.

Primus. Esa. 26
Secundus. Exo. 34
2. Cor. 3
Tertius Roma. 11
Quartus
Quintus Dañ. 12
Sextus Roma. 11
Septimus Iohan. 5.

FINIS LIBRI PRIMI.

DE OPERIBVS SPIRITVS SANCTI

Liber Secundus, De Sapientia.

¶De spiritu sapientiæ, ꝙ per hunc obediendo & patiendo semetipsum deo obtulerit Christus. Caput. I.



Spiritum sanctum per quem, ut Apostolus ait: Christus semetipm̄ obtulit deo hostiam uiuentē, ut suo sanguine emundaret conscientiā nostram ab opibus mortuis, ad seruiendū deo uiuenti, spiritum sapientiæ dicimus: sapientiæ, inquā, quā nemo princip*ū* huiusseculi cognouit. Si em̄ cognouissent, ait, idem, nunquā dominum gloriæ crucifixissent. Cum autē spm̄ sapientiæ dicimus, uel audimus: effectorem siue largitorem subintelligimus. Sed & ipsius, quā efficit hic spūs definitio sapiæ, si conuertitur, dicere non dubitamus sensum esse, quendam, quo a nobis ipa sapiæ substantia sentitur, quæ est secundū diuinā naturā ipse Christus, dei filius, uerbū dei, uerbū deus. Qui cum secūdum diuinā, ut iam dictū est naturā, ipsa sit sapientia, secundū humanā naturā in eo requiescere hic sapientiæ spiritus, & ipse sapiens esse dr̄: q̄a uidelicet anima eius habitantis in ipsa, substantialis sapientiæ sensum habet plenariū præ cunctis sapientiæ participibus, illum sapiæ sensum, maxime ex obedientia, uel patientia eius, ex ꝓcessu siue fructu obedientiæ uel patientiæ eius cognoscere uel inquirere nunc debemus. Et hoc ipso adiuuante facturi, nunc prius faciē eiusdem sapientiæ, à facie sapientiæ filiorum huius seculi discernere conemur. Hebræ. 9. j. Cor. 2. Sapia quid

¶Quod in contrariū differant sapia quā hic spūs sanctus efficit, & sapia huius mundi. & inuicem aduersari non desinant usque in finem seculi. C. II.

Sapientia quam hic spiritus sanctus efficit, unde & spūs sapiæ dici, hoc ē maxime differt a sapia seculi, ꝙ illa puertit ac destruit, hæc aūt rectū tenet atq; custodit in homine ordinē primæ conditionis. Recolit em̄ hæc, imo nunq̄ obliuiscitur quod illa scire, uel reminisci dedignatur. s. ꝙ dixerit deus: Faciamus hominem ad imaginē & similitudinē nostrā, ut præsit piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestijs, omniq; reptili. Ac deinceps, eadem scriptura referente formauit hominem de limo terræ. Hæc ista recolens, semperq; memoriter tenens, ita seruant eundem conditionis ordinem, ut animam sursum subleuet ad imaginem dei, corpus uero humiliet in terram, cuius de limo deus illud formauit: quatenus deo spiritus hominis subditus sit, corpus uero spiritui. Econtra, seculi huius sapientia sic eundem ordinem puertit, ut dictū est, & destruit, ut inflatum sensum hominis faciat immemorē dei, corpus autē in magno habeat, seu facultates corporis, qualia sunt diuitiæ, principatus, & claritudo generis, sicq; deo rebellis spiritus hominis, spiritui uero, dominetur uilior portio carnis. Ab hac parte iudicium rationis, nec philosophos huius mundi secernit, dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt: etenim seruierunt creaturæ potius, quàm creatori, unde & tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immundiciam, ut contumelijs afficerent corpora sua in semetipsis. Illa ergo sapientia multum peruerso ordine quasi manibus ambulans, pedes sursum attollit, & caput per terram trahit: hæc autem recte incedens pedibus terram premit, facie cœlo intendit. Tam diuersis imo contrarijs uultibus nunquam pax aut concordia conuenire potuit, sed semper inuicem aduersantur, & aduersari non desinunt usque in finem seculi. Est autem summa illius iactantia, pares homines etiā cum iniuria potuisse supergredi, summa huius laus, subueniendo paribus aut etiam minoribus, iniuriam non solum non facere, uerumetiam æquanimiter pati. Summū utriusque certamen, in passione Christi filij dei, sic uniuerso spectatum est orbi: ut tam nobiliter nusquā hic spiritus sapientiæ, per patientiā uicerit, nusquā tam ignobiliter sapientia seculi stulta conuicta sit. Hinc ergo ut ꝓposuimus spectaculū, iam nunc ingrediamur. ¶In eo primū sapiæ uirtutē nouus hic Adam exercuit, quod peccatū non fecit, a quo uetus ille non abstinuit: deinde in eo ꝙ om̄i obediens se subdidit maiori, quod ille non fecit. Maiorem autē dicimus homīe assumpto deum, qui illum assumpsit: maiorem, inquam, diuinitatem impassibilem, humanitate passibili, quēadmodum dicit: Si diligeretis me, gauderetis utique, quia uado ad patrem, quia pater maior me est. Maiorem denique se patrem cum dicit, & meum non addit, non unā tantū ꝑsonam, sed unum intelligimus deū patrem omniū, qui est super om̄es, & per om̄ia, & in oībus nobis, id est, patrē, & filiū, & spm̄ sanctū. Huic, inquam, maiori, iste nouus homo, iste in una eademq; persona deus, & homo, unus Christus om̄i obedientia subdidit se, in eo. s. ꝙ cum peccatū non fecisset, & idcirco morti nihil deberet, mori nihilominus uoluit, ꝓpter mandatū eiusdē maioris, quēadmodum dicit: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquā. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Mori autem non qualicunque uoluit morte, sed morte crucis, qđ & Aplus digne magnificās, cū dixisset: Fact⁹ est ꝓ nobis obediens usq; ad mortem, addidit, mortem autem crucis. Considerauit enim ut uere sapiens, quod non paruo cum fructu deberet mori, sicut quasi pro conditione loquebatur iamdudum de illo in Propheta hic idem sapiæ spiritus. Si posuerit pro peccato aīam suā, uidebit semē longæuū, & Gene. 2. Sapiētia seculi rectū ordinem inuertit. Roma. j. Sapientiæ spiritus mirifice operatus in Christo. Iohan. 14 1. Pet. 2. Iohan. 14 Philip. 2 Esa. 53

uoluntas domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, uidebit & saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos, & cætera. Hoc ille uetus homo non fecit. Noluit se subdere maiori, noluit obediens esse usque ad abstinentiam, abstinentiam autem
Phil. 2 unius ligni. Quanto melior est obediens usque ad mortẽ, mortẽ autem crucis. Vera & humano generi ualde necessaria sapientis obedientia, sapientis atque obedientis patientia, sola ualens ad insipientiæ atque inobedientiæ illius tollendã nobis opprobria. Hæc sapientia, uel hic spiritus sapientię, gñis humani ora laxauit, & linguã disertã fecit, ita ut confidenter dicamus, quotquot
Ex uerbis Hieremiæ Thren. 5. credimus in istũ sapientẽ Christũ filiũ dei. Pater uetus Adam, pater carnis nostræ insipiens peccauit, & nõ est: nos autẽ iniquitatẽ eius portauimus, sed itidem pater noster dñs Chrũs, nouus Adam, pater fidei nostræ iustitiã fecit, & hic iam in mũdo nõ est. Quare ergo iustitiæ eius hæreditatẽ nõ tolleremus, qui ab illo patre hæreditatẽ iniustitiæ portabamus.

¶De beato Iob, quod in illo pcesserit huius sapientiæ. i. patientiæ Christi typus. Ca. III.

Res magna & grandi sermone dicenda, sed non absque certo pręsidio scripturarum, nõ absque fida statione rerum præcedentium, quatinus in gradu suo firmiter stet sermo fidelior, & non pro incerta multitudine dictorum suomet ipse lassetur fastidio. Gaudemus ergo nunc, eo ipso, quod longe superius quodã loco cõdolebamus. s. quod cũ futurę ueritatis. i. Christi filij dei, uenerandas imagines siue figuras, in patriarchis, regibus, & pro-
Typus Christi patiẽtis Iob. phetis, p ordinẽ cõtẽplaremur, beatũ Iob exẽplar patientiæ pteriuimus, quẽ patrũ uenerabiliũ auctoritas non tacuit in typũ pcessisse eiusdẽ dñi Christi & ecclesiæ eius. Hoc, inq̃, nunc gaudemus, hic eñ nõ paruũ habet locũ cõmemoratio eius. Siquidẽ sapiẽtiæ spũs, de quo nũc loqmur qui in huius sapientis Christi patientia plenarie requieuit, eiusdẽ futuræ requiei suæ figuram in illius patiẽtia præclaro certamine expressit. Igitur quoniã & rei, de qua loquimur magna maiestate ac splendida reuerberamur, hoc quasi speculũ soli admoueamus, ut tolerabilius atque certiore intuitu hunc sanctũ sapientiæ spiritũ, in Christo operantẽ sequi ualeamus.

¶Quõ Sathan ubi exemplar huius sapientiæ Iob tentandum expetebat, circuibat terrã & pambulabat eam. Hic aũt ubi Christũ fecit occidi, foras missus est. Ca. IIII

1. Corin. 1. Iob. 1 Exemplar sapientiæ huius, quæ (ut Apostolus ait) gẽtibus stultitia est, sed eñ quod stultũ est dei, sapientius est hominibus. Huius, inq̃, sapientię exemplar in eo est, quod egressus Sathan a facie domini, pcussit Iob vulnere pessimo, a planta pedis, usque ad uerticẽ eius.
Ibidem. 2. Qui testa saniem radebat sedens in sterquilinio. Nempe hulcus pessimũ intentabat. Sa-
Sapien. 2. tan in Iob, id est, dolentem subauditur pro nobis dominũ Iesum, quãdo iuxta sapientis illius testimoniũ dicebant impij, quorum utique corda possidebat Sathan, morte turpissima cõdemnemus eum. Et illum quidem pcussit simplicitati atque rectitudini innocentis ac timentis deum inuidens, istum aũt pcuti fecit, tormenta quæ ex eius præsentia patiebatur ferre nõ sustinens, qđ multotiens cõfessus est, Verbi gratia cũ diceret p os hominis, cui totã immiserat legionẽ. Quid
Marc. 5. Sanctũ Iob Sathan torsit a Christo aũt torsus est mihi & tibi Iesu fili dei summi? Adiuro te p deũ ne me torqueas. Amplius eñ Sathan in isto urgebat, magis in isto q̃ in illo ad iudiciũ disceptationẽque uocabatur. Illic etenĩ interrogatus a dño dicẽte: Vnde uenis? Respõderet semel & iterũ, circuiui terrã & pambulaui eã, nõ exigebat iudiciũ, nõ erat qui diceret, nũc iudiciũ fit mũdi, nũc eijcieris foras o circuitor mũdi & pambulator terræ Sathan. Nõ (inq̃) erat qui hæc diceret, & iccirco gloriabat, qđ nullo fortiore superuenien-
Iohan. 12 te uacaret sibi uictori circuire terram, & perambulare eam. Hic autem erat qui diceret. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Igitur cum hic dolens qui quondam diues & & uere rex sedebat, circunstante angelorum exercitu extra portam eiectus morte esset turpissima percussus, quasi leprosus reputatus reuera sedebat Iob in sterquilinio sa-
Esaiæ. 52. nie coopertus, nam dominus posuerat in eo iniquitates omniũ nostrũ. Verum easdem iniquitates nostras, omnẽque corruptionem, & ipsam mortalitatem nostram per uirtutem resurrectio-
Iob. 2. nis erasurus erat, & iccirco recte dictum est, quia Iob testa saniem radebat. Testa quippe prius molle lutum, post autem igne coquente solidum factũ, caro est Christi prius passibilis atque mortalis, utpote nostrũ lutũ, post autem per ignem passionis, sic in resurrectionem solidata, ut morte aut ulla corruptione iam non soluatur in ęternum. Hoc secundum rem ueram in isto factum est, de quo loquimur spiritu sapientiæ, secundum sensum autem uel sapientiam huius seculi stul-
1. Corin. 1. titia uidebatur. Sed esto. Quoniã (inquit Apostolus) nõ potuit mũdus per sapientiã cognoscere deũ, placuit deo p stultitiã prædicationis saluos facere credentes. Nã reuera nisi ad istã quam dicunt stultitiam deus descendisset, deum mũdus uanæ sapiens nõ cognouisset.

¶Quod omes electi maledixerint quantũ potuerunt eidem diei uel nocti quam maledixit Iob, Solus autem Christus, quia peccatum non fecit efficaciter maledicere, id est, damnare potuerit. Ca. V.

Iob. 3. Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est: Pereat dies in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo. Dies ille uertatur in tenebras, non requirat eum deus desuper, & non illustretur lumine. Dies natiuitatis uel

nox

nox, quam maledicere sapientis erat, peccatum fuit primi hominis, dies (inquam) hyronice, uere autem nox. Nam illo tanquam in die nobis aperiendi promittebantur oculi, dicente deceptore: comedite, & eritis sicut dij, sed ubi creditum est illi, paries inimicitiarum inter nos & deum consurrexit, & ita in nocte, id est, non uisuri deum male fuimus concepti. Et illum quidem diem, imo illam noctem, Iob ille maledixit quantum potuit, & quisquis alius ab origine mundi peccatum illud diaboli damnauit, & iustitiam dei suspirauit, sed nullius eorum maledictio satis efficaciter illud damnare potuit. Causas eiusdem impossibilitatis postmodum ita subiungit: Quare non in vulua mortuus sum? Egressus ex utero, nō statim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus uberibus? Absit enim nos credere, quod tantus uir, tanta spiritus scientia præditus tanta interim iudicis attestatione laudatus, abortiuum se optet interisse, sed sicut etiam per remunerationem cognoscitur, intus habet testem suæ fortitudinis, intus pensanda sunt eius pondera locutionis. Quatuor quippe modis peccatum perpetratur in corde, quatuor consummatur in opere. In corde nanque suggestione, delectatione, consensu, & defensionis audacia perpetratur. Fit enim suggestio per aduersariū, delectatio per carnē, consensus per spiritum, defensionis audacia, per elationem. Culpa enī quæ terrere mentē debuit, extollit, & deijciendo eleuat sed grauius eleuando supplantat. Vnde & illam primi hominis rectitudinē, antiquus hostis his quatuor ictibus fregit. Nam serpens suasit, Eua delectata est, Adam consensit, qui etiam requisitus, culpam confiteri noluit per audaciā. Plane & nos in illa vulua nō mortui sumus, & egressi ex utero illo non statim perimus, imo eisdem excepti genibus, eisdem lactati uberibus. Nam in illo Adam oēs peccauerunt, inquit Apostolus. Igitur peccati illius diē siue noctē, neque prędictus Iob, neque electorum quisquā satis efficaciter maledicere .i. dānare potuit, quia ut de actualibus taceā peccatis, eorum quibus nō omnino caruerūt, oēs illud idē de Adā cōtraxerūt originale pctm̄. Hic unus efficaciter maledicere .i. dānare potuit, quēadmodū & Apl's dicit. Nā qd impossibile erat legi in quo infirmabatur p carnē, deus suū filiū mittēs, de pctō dānauit peccatū in carne.

Dies cui Iob maledixit, pctm̄ fuit primi hominis. Gene. 3.

Peccatū quadrifariā perpetratur.

Gene. 3.

Roma. 5

Roma. 8.

¶ Quomodo dixerit uel dicat Christus, pro cuncto genere humano, pereat dies, in qua natus sum. &c. Ca. VI.

PRoinde dicat hic unus homo, dicat hic unus pro cuncto genere humano. Pereat dies in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo. Sed nunquid iste in illo peccati die natus est, & in illa nocte infelicitatis conceptus est? Natus plane in illo die, & cōceptus est in illa nocte. Veruntamen longe aliter nouus hic, atque aliter nouus ille homo. Nam ille prędicto modo natus uel conceptus est, ut qui homo erat & bene erat, peccator fieret & male existeret, hic autem ita conceptus & natus est, ut qui deus erat & impassibilis atque immortalis erat, homo fieret & passibilis atque mortalis existeret. Et uterque quidē in die uel nocte peccati, sed ille ut fieret peccatum, hic autem quia factum fuerat peccatum. Ille praua suggestione deceptus, & propriæ substantiæ corruptione natus, id est, degeneratus est. Hic autem uoluntate patris & sua de uirgine conceptus, & alienæ substantiæ assumptione homo factus. Ille diabolo natus ad culpam simul & pœnam. Hic deo natus est sine culpa, ad culpæ pœnam. Istic sapientiæ locus est, istic sapientiæ spiritus quid dicat uel innuat, attendendum est. Ecce enim homo Christus, homo iustus, hominibus peccatoribus multum debet. Confortentur manus dissolutæ, & roborentur genua peccatorum debilia, quia uidelicet si fide & pietate eruditi, si sapientes causidici uel iuris periti sint, habent quo constringant iudicem suum. Dicat enim iudex. Ego propter uestrum peccati diem natus, propter uestram iniquitatis noctem cōceptus, & qui dominus deus immortalis eram, homo mortalis factus sum. Dicant ad hæc peccatores fideles, peccatores pęnitentes. Et siquidem multū tibi debemus nos deus Christe, quia homo factus es, at tu econtra multū nobis debes homo Christe, quia propter nos in deū assumptus es. Nā nisi fuissemus peccatores, causa cur tu assumi in deum deberes, nulla fuisset. Cōfortentur, inquam, nec enim id solum attendere debent, quod tantæ dignitatis dominus propter tam indigna seruilium personarū delicta, tantis affectus est iniurijs & ipsa morte, morte autē crucis, Verū id quoque, quod nisi peccassent serui, nec assumpta fuisset in dominū deū natura seruilis. Nec enī dominus ille pro seruis contumacibus siue sceleratis plus iniuriarū, q̄ gloriæ pro eisdem suscepit. Nam pro quibus in cruce pependit pro eisdem ut interpellat, sedet nūc a dextris dei. Hic accepta ratione ueritatis, a quocunque illam acceperit, siue a Iudęo, siue a gentili, uim pati gaudet rex regni dei, ut regnum ipsum diripiant uiolenti, quibus & quasi ratione uictus, aperiat os suū & dicat eis: Pereat uobis dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Quod est dicere: Dies peccati, qui secundum falsitatem serpentis dicentis: comedite & aperientur oculi uestri, & eritis sicut dij, putabatur dies, reuera autem nunc nox est, in qua die uel nocte, id est, propter quam diem uel noctem, ego qui deus eram, homo natus sum, pereat uobis Quomodo pereat? Non requirat eum deus desuper, & non illustretur lumine. Hæc uestra beatitudo sit, quam & in psalmo propheta dicit suspirās: Beati quorū remissæ sunt iniquitates, &c. Nam hoc est non requiri diem illū, & nō illustrari lumine, qd est remissas iniquitates & peccata tecta

Iob. 3

Collatio natiuitatis chr̄i, ad natiuitatē hominis alterius.

Esaiæ. 35.

Incarnatiōis dei causa, fuit peccatum. Phili. 2.

Roma. 8.

Psalm. 119.

Maledictio Chr̄i in p[...]

Iob. 3.

Psalm. 31.

tecta esse. In hanc nimirũ largitatẽ os suũ tunc semel aperuit, in æternũ non clausurus illud, qñ
Marc. 16 dixit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.

¶Quod Iudæi qui prius lucebãt, excæcati sint in passione eius, & ꝙ ei cõtra illos dicere cõueniat. Obscurentur stellę in caligine noctis illius. Ca. VII

Iob. 3 Obscurent eum tenebræ & umbræ mortis, occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan. Obtenebrentur stellæ caligine eius

¶Obscurent eum (inquit) tenebræ & umbra mortis, subauditur in reprobis. Nam in electis dies ille uel nox illa periit. Nimirum in hoc quoq; os suum aperuit, data sibi potestate iudicium faciendi, ut eundem diem peccati damnet in reprobis, quem destruxit in electis. Vnde & cum
Marc. 16. dixisset: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, continuo subiunxit. Qui uero non crediderit, condemnabitur. Hæc & cætera quæ sequuntur relinquimus, quoniam multa sunt, & in beati Gregorii papæ expositionibus, luce clariora reddũtur, & tantummodo pauca ex multitudine decerpimus secundum intentionem quã nunc in laudibus spiritus sapientię mentẽ extendere cupimus. Obscurentur (inquit) stellæ caligine eius. Stellæ hoc loco tales intelligendæ
Apo. 12 sunt, q̃les & in Apocalypsi intelligimus, ubi scriptum est: Et cauda draconis trahebat tertiã partem stellarũ cœli, & misit eas in terram. Stellas nanq; in terram trahere, est eos qui uidẽtur studio uitæ cœlestis inhærere, ex amore terreno iniquitate aperti erroris inuoluere. Tales profecto tunc Iudæi fuere, qui cum putarentur scripturarum lucem habere, seq; arbitrarentur stellas
Gene. 15 esse, secundũ promissionem quæ facta est ad Abraham dicendo: Suspice cœlum & numera stellas si potes, sic erit semen tuum, cauda draconis antiqui colligati, tracti sunt in terram, quando
Iohan. 11. in iracundia terræ loquentes, dixerunt: Interficiamus eum, ne forte ueniant Romani, & tollant nostrum & locum & gentẽ. Has ergo stellas intuẽs, obscurẽtur (inqt) stellæ caligine eius. Quomodo hoc dixit? Nimirum non tam uoce, quàm facto mirabili, ubi crucifixo illo a sexta hora
Matth. 27 tenebræ factæ sunt super uniuersam terram, usque ad horam nonam. Hoc etenim signo dicebatur eis, ꝙ lucem perderent, relinquendi in tenebris, in profunda ignorantiæ ueritatis. Vnde
Roma. 11. Apostolus: Nolo enim (inquit) uos ignorare fratres mysteriũ hoc, ut non sitis uobismetipsis sapientes, quia cęcitas ex parte contigit in Israhel. Et subinde: O altitudo diuitiarum sapientię &
Esaiæ. 64. scientiæ dei, q̃ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis enĩ cogno-
1. Corin. 2. uit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit.

¶Quod crux Christi illa fuerat statera, in qua suspirãs ille, utinã (inqt) appenderentur peccata mea, quibus iram merui. Ca. VIII.

Psalm. 84. Iste uiæ inuestigabiles sapientiæ dei erant misericordia & ueritatis, siue misericordia & iudicium, & hoc agebat in illa passione Christi hic spiritus sapientiæ, quatinus misericordia superexaltaret iudicium, nemine cognoscẽte principum tenebrarum, aut principum huius seculi, qui illum crucifixerunt. Hoc, inquam, agebat hic spiritus sapientiæ, quatinus libe rata æquitatis statera, plus pęnarum de humano genere sumptum appareret q̃ culpa meruisset atq; ita mutari iam sententiam antiquæ damnationis, ratio iusta postularet, rationabilis iustitia
Iob. 6. non negaret. Hoc suspirans in illo beato Iob eiusdem sapientiæ spiritus, pro nobis omnibus dicebat. Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quã patior in statera, quasi harena maris hęc grauior appareret. Quomodo autem hoc fieri posset? Quomodo calamitas humani generis peccatis eius grauior appareret, nisi ut plures fierent damnati, quàm rei, plures puniti, quàm auctores siue hæredes peccati? Hoc ergo mira & laudabili arte spiritus sapientiæ agebat, in eo quod Christus ad mortem tradebatur, qui peccatum non fecerat. Ibi
Crux Christi statera patris erat crux, statera patris habens disposita hinc in lance iudicii peccata mundi, inde in lance misericordiæ calamitatẽ generis humani. Vicit põdere calamitas in lance misc̃diæ, lanceq; sustollẽs iudicii peccata decussit in profundum maris. Cur hoc? Videlicet quia plures erant damnati, quàm rei, plures (inquam) puniti, quàm qui merebantur puniri. Vnus abundabat in numero dãnatorum, unus supererat Christus, damnatus non reus, punitus, & causam non habens cur puniretur. Huius dolentis passio, totius generis humani doloribus iustis iniuste superaddita præponderauit, quasi massa harenaria, grauiorq; fuit calamitas mundi, q̃ eiusdem peccata, at proinde misericorditer quidem nostra, id est, damnatorum suscepta est causa, sed iuste mutata qua fueramus dãnati sentẽtia. Laus igiť huic sapiẽtiæ spiritui, cuius tali artificio factũ est, ut iuste hostis uniuersos perderet, dũ admittitur ad unũ qui morti nihil deberet.

¶Quomodo in illo homine hæc sapientia derisa sit a filiis stultitiæ, & ꝙ pro illo dictũ sit, qui deridetur ab inimico suo sicut ego. Ca. IX.

Interea deridetur tanta sapientia, deridetur (inquam) a filiis stultitiæ, sibimet inuicem applaudentibus, uelut qui astute & effacaciter insidiati fuerint sanguini, abscondendo contra
Prouer. 1 insontem tendiculas, atq; ad alterutrum dicentibus; Deglutiamus eum sicut infernus uiuen-

uiuentem,& integrum quasi descendentem in lacum, omnē præciosam substantiā reperiemus Derisiones eorum legimus, audiuimus. Expuerunt in faciem eius, colaphis eum cæciderunt, palmas ei in faciem dederunt, harundine nihilominus caput eius percusserunt, & genu flexo salutantes, dixerunt: Aue rex Iudæorum. Sed & cum iam crucifixissent eum, amplius illudebant dicentes: Vah qui destruit templū dei, & in triduo reædificat illud. Salua temetipsum. Itē, alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere? Si rex Israhel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Hoc modo deridebant eum stulti filij stultorum. Sed ecce iam in isto dicebat, iste consolatorius spiritus sapientiæ pro illo. Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit deum & exaudiet eum. Deridetur enim iusti simplicitas. Lampas contempta apud cogitationes diuitū parata ad tempus statutum. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant deum cum ipse dederit omnia in manibus eorum. Nimirum interroga iumenta, & docebūt te, & uolatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat quod omnia hæc manus domini fecerit, in cuius manu anima omnis uiuentis & spiritus uniuersę carnis hominis? Nonne auris uerba dijudicat, & fauces comedentis saporem? In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Apud ipsum est sapientia & fortitudo ipse habet consilium & intelligentiam. Si destruxerit, nemo est qui ædificet, & si incluserit hominem, nemo est qui aperiat. Si cōtinuerit aquas, omnia siccabuntur. Et si emiserit eas subuertent terram. Apud ipsum est fortitudo & sapientia, ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur. Adducit cōsiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. Baltheum regum dissoluet & præcinget fune renes eorum. Ducit sacerdotes inglorios & optimates supplantat. Commutans labium ueracium, & doctrinam senum auferens. Effundit despectionem super principes, & eos qui oppressi fuerant, releuans. Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucē umbram mortis. Qui multiplicat gentes & perdit eas, & subuersas in integrum restituit. Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos, ut frustra incedant per inuium. Palpabūt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios. Nimirum prophetica hæc esse innuit, dum continuo subiungit. Ecce omnia, & uidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi singula. Prophetica, inquam, hæc esse, & quæ uentura erant oculis suis præsentia testatur, per prophetiæ spiritum facta esse. In illo enim ea quæ secutura erant, uidebat assistentia, cui nec futura ueniunt, nec prętérita discedunt.

Mathe. 26. Matth. 27 Marci. 15. Iohan. 19. Matth. 27. Marci. 15. Verba Iob in psona Chri. Iob. 12. Iob. 13

¶Quod in typū eius qui deridendus erat a cōsanguineo sibi populo Iudaico derisus ab amicis suis fuerit Iob, & ꝙ de Christo ueraciter dictū sit, lampas contempta apud cogitationes diuitū, parata ad tempus statutum. Cap. X.

IGitur ꝙ dicebat hic in typum eius percussus & sedens in sterquilinio iudicium damnationis erat in illos stultitiæ filios, qui uere sapientem, & summe sapientem deridebant modo supradicto. Qui (inquit) deridetur ab amico suo, sicut ego. Quid enim est sicut ego, nisi ac si diceret, cuius ego, derisus ab amicis meis typum pręfero? Nam ego ab amicis meis derideor, ille deridetur, id est sine dubio deridendus est ab amico suo, a consanguineo suo Iudaico populo, cui & loquitur in Psalmo. Quoniā si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem utiqꝫ. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu uero homo unanimis dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum consensu. Nam ille populus mira stultitia eum maledicebat, cum quo dulces cibos capiebat, id est, eum in cruce pendentem deridebat, quem in templo sacrificiorum cerimonijs figurabat. Et quemadmodum istum Iob amici eius sedentem in sterquilinio deridebant, quem sedentem quasi regem circunstante exercitu uenerari soliti fuerant, sic scribæ & pharisæi morientem illum deridebant, quem ut uere regem magnum, regem regum in prophetis lectitando prædicabant. Sed enim quomodo amici illi, eleuantes oculos suos non cognouerunt, quod ipse esset Iob, sic isti non cognouerunt, imo cognoscere noluerunt, ꝙ hic esset Christus, qui repromissus fuerat ad patres eorum, noluerūt (inquam) cognoscere eleuantes, id est, eleuatos oculos in superbiam habentes. Itaqꝫ qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit, ait, deū & exaudiet eum. Deridetur enim iusti simplicitas. Ac si dicat: En ego derisus ab amicis meis, inuoco deum, & nondum exaudit me, nondum (inquam) exaudit, ut pro hac derisione in regnum suum cœleste suscipiat me. Alius est qui deridebitur ab amico suo sicut ego, & in ipsa derisione inuocabit deum & exaudiet eum, ut pro ipsa derisione gloria & honore coronet eū, Tunc ille dicet: In tribulatione mea inuocaui dominū, & exaudiuit de tēplo sancto suo uocē meā, & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. Sicut enī nunc mea infirmitas, sic & tunc illius iusti deridebitur simplicitas, ꝙ sicut ouis ad occisionem ducatur, & sicut agnus coram tondente se sic nō aperiat os suum, & reputabitur pro stultitia. Sed enim hoc stultum eius sapientius est hominibus. Quid enim? Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. Etenim hic iustus, cuius simplicitas deridetur, ille est de quo in propheta loquit deus: Propter Syon non tacebo, propter Hierusalē nō quiescā, donec egrediatur ut splen-

Iob. 2 Iob. 12. Psalm. 54. Psalm. 17. Esaiæ. 53 Iob. 12. Esaiæ. 62.

ut splendor iustus eius, & saluator eius ut lampas accendatur. Lampas ista lucens, dictis uel doctrinis, splendens miraculis contempta est apud cogitationes diuitum, apud superbiã tenebrarum, quæ lucem illam cõprehendere non potuerunt. Quare? Quia nõ lucebat quomodo uolebant, non splendebat quomodo splendere uolebãt suum Messiam, scilicet ad præsentem & uanam hominũ gloriã. Talem eñ non expectabant Christũ, qualẽ istũ uiderunt, sed qualem splẽdore maligno splendentẽ suscepturi sunt Antichristũ. Iccirco contempta est lampas ista apud cogitationes eorum, maxime ubi per mortẽ crucis lucẽ eius se extinxisse putauerũt. At illa parata erat & parata est ad tempus statutum, quo in tempore fiet illis quod scriptum est: Domine exaltetur manus tua ut non uideant, uideant & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret. Illud tempus suũ, quo super candelabrũ cœli ponenda erat lampas ista prospiciens, derisiones tenebrarum patiebatur, dum extingui putaretur uere lampas sapientiæ pro sua quoq; taciturnitate, iuxta illud: Sapiens tacebit usq; ad tempus

Esaiæ. 26

Prouer. 11.

¶ Qũo uel unde diuites fuerint, qui hãc sapientiæ lampadẽ contempserũt. Ca. XI

Ergone diuites erant illi, quorũ apud cogitationes lampas ista cõtemnebatur? An diuitum & non magis pauperũ sensu erat contẽnere splendida facta, lucida dicta lampadis huius? Plane diuites, sed non de suo. diuites rapto, diuites ex alieno, ita ut cum dictum sit, apud cogitationes diuitũ idem improperiũ intelligas, ac si dictũ fuisset, apud cogitationes prædonũ. Sequitur eñ: Abundant eñ tabernacula prædonum, & audacter prouocant deum, cum ipse dederit omnia in manibus eorũ. Deniq; isti erant prædones dei, prædones uniuscuiusq; proximi sui. Nam q prædones dei fuerint, testatur ipse deus, dum in Osee de synagoga illorũ quærelam depromens dicit. Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentũ meũ in tempore suo, & uinũ meũ in tẽpore suo, & liberabo lanam meã & linũ meũ quæ operiebant ignominiã eius. Porro q proximorũ quoq; prædones fuerint, testatur in Esaia, cũ dicit: Vos eñ depasti estis uineã meã, rapina paupis in domibus urĩs. Itẽ: Vę q cõiũgitis domũ ad domũ, & agrũ agro copulatis, usq; ad terminũ loci. Et his similia. Ergo cũ dixisset: Apud cogitationes diuitũ, q̃si q̃reres uñ uel qũo ditati sunt, abũdãt (inqt) tabernacula p̃donũ. Quare ãt nõ dixit dom⁹, sed tabernacula p̃donũ? Vt acrius pcuteret ingratitudinẽ illorũ, mala pro bonis deo reddẽtiũ. Hac etẽ dictione nos ad historiã mittit paupertatis & fugæ illorũ, quando fugientes de terra Aegypti, de domo seruitutis, ubi propter uenditionem fratris sui Ioseph, iusta captiuitate serui erant, in tabernaculis habitabant, ne passum quidẽ pedis de ulla terra habẽtes, nisi q eiecit deus a facie eorum gentes, & sorte diuisit eis terram eorũ. Dedit, inq̃, illis regiones gentiũ, & labores populorum possederunt. Abundant ergo (inquit) tabernacula prædonũ, id est, de tabernaculis ad diuitias, dono quidẽ dei peruenerũt, sed eisdẽ diuitijs tanq̃ dei prædones abusi sunt. In quo? Audacter, ait, prouocant deũ, cum ipse dederit omnia in manibus eorũ. Et quidẽ pro hoc ipse in persona sua conqueri poterat, dicendo: Popule meus, quid feci tibi, aut in quo cõtristaui te? Responde mihi. Quia eduxi te de terra Aegypti, quia eduxi te p desertum quadraginta annos, & manna cibaui te, & introduxi te in terrã satis bonam? Quid ultra debui facere tibi, & nõ feci? Hæc inq̃ & his similia poterat ipse conqueri in propria persona sua, sed taciturnitatem habens usq; ad tp̃s q̃d sapientis erat, expectabat donec istã quærelã, de prophetis arreptã per os omniũ gentiũ, depromeret idẽ sapientiæ spũs, adiũgendo: Parasti crucẽ saluatori tuo.

Iob. 12.

Prædones fuere Iudæi, ridẽtes Chr̃m.

Osee. 2.

Esaiæ. 3.

Esaiæ. 5.

Domus prędonũ cur nõ dixerit sed tabernacula p̃donum

Gene. 37.

Psalm. 104.

Miche. 6

Quærela Christi in Iudæos.

¶ Quæ iumẽta & quæ uolatilia cœli, quæ terra & qui pisces maris docuerint, iudicauerint, respõderint, q illa lampas ad tempus statutũ parata sit. Ca. XII.

Nimirum, ait, interroga iumẽta, & docebunt te, & uolatilia cœli, & indicabũt tibi. Loquere terræ & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Magna & uera huius spiritus sapientiæ laus, quia non tantũ (ut alibi scriptũ est) aperuit os muti, & linguas infantiũ fecit disertas, sed iumentis quoq; & uolatilibus cœli & piscibus maris, docendi, indicandi, atq; narrandi auctoritatem dedit. Quæ etẽ iumenta ista, quæ uolatilia cœli, qui pisces isti, nisi homines quondã bruti, qui non habebant notitiam dei? Nam alij quidẽ iumẽta terræ, alij uolatila cœli, alij pisces maris, pro diuersis artibus siue officijs, omnes autem pro hac parte muti eramus atq; bruti, nũc aũt hic sapientiæ spũs os nostrũ aperuit, & linguas nostras disertas fecit, quatinus diuites imo prædones illos, qui lampadẽ istam in cogitationibus suis contempserunt, docere possimus, & indicare illis atq; enarrare, q iste contemptus eorũ cæcitas sit, narrare, inq̃, & cõuincere, si non ut conuertãtur, at saltem ut confundantur, & inuidia torqueantur, iuxta illud: Ego ad æmulationẽ uos adducam in non gentẽ, in gentẽ insipientẽ, in irã uos mittã. Quis (inquit) ignorat, q omnia hæc manus domini fecerit, in cuius manu anima omnis uiuentis, & spiritus uniuersæ carnis hominis? Imo quis ignorat, q is, cuius manus hæc fecit, dominus est? Fecit autẽ hæc ipse, qui cũ esset lampas (ut iam dictũ est) apud cogitationes diuitum contemnebatur, fecit, inq̃, in tempore statuto ad quod parabatur, nã in tempore suo cũ ascendisset super cœlos, sedissetq; ad dextrã patris, resplenduit magnifice atq; emisit dispertitas linguas tanq̃ ignem, imo uere ignem spũs sancti, qui & super singulos discipulorũ sedit, cuius erat

Iob. 12.

Sapien. 10.

Homines iumenta

Iob. 12

Acto. 2.

signum

signum illa species ignis, quæ uisibiliter apparuit. Ille ignis inuisibilis de paucis Apostolis excandescens omnem terram illuminauit, prædictaq; iumenta terræ, uolatilia cœli, & pisces maris sic illustrauit, ut sciant & docere, indicare, atq; enarrare possint magnalia dei hominibus siue hominum filijs, id est, Iudæis, & Iudæorum magistris gloriantibus, quod soli homines, uel filij hominum sint. Igitur iste dominus est, cuius manus hæc fecit: dominus, inquam, cuius in manu est anima omnis uiuentis, & spiritus uniuersæ carnis, hominis omnino cuius tanta potestas est, ut de lapidibus homines facere possit. Propter quod dicit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Euntes docete, omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Sed ecce aliud dicunt, & aliud sentiunt, improperantes nobis quasi iumentis homines illi, homines stulti. Non, inquiunt, dominus est ille, qui hæc fecit uobis, non ille cuius hæc mutatio est filius est, aut dextera excelsi. Magus erat, seductor fuit, non erat uerus filius dei. Ad hæc dicimus: oia iumenta terræ, omnia uolatilia cœli, omnes pisces maris, quorum hic sapientiæ spiritus, aures aperuit, fauces sanauit. Nonne auris uerba dijudicat & fauces comedentis saporem? Quod est dicere. Nonne ipsi scimus, quod experti sumus, aut certius aliquid ab homine audire possumus, quam quod interius spiritu sancto reuelante quasi gustando didicimus? Scimus enim quia ex fide huius spiritum accepimus, & qui iumenta eramus, ecce homines, imo dij sumus, & mente in cœlis conuersamur, pluresq; ex nobis, sic ex illa lampade inflammati sunt, ut ad conspectum eorum, dæmones ardeant & fugiant de obsessis corporibus. Matth. 28

¶Cur cum dixisset: In antiquis est sapientia, & cætera. subiunxit: Apud ipm est sapientia, & cætera. Ca. XIII.

IN antiquis est sapientia, & multo tēpore prudentia. Apud ipsum est sapientia & fortitudo ipse habet consiliū & intelligentiā. ¶Quomodo auris uerba dijudicat, & fauces comedentis saporē sic certissima rationis discretōe nunc isti, q prius erant quasi iumenta dijudicant, quod amplius in isto, uel apud istū sit præ oībus sanctis uel iustis antiquioribus Abraham, Isaac, & Iacob, Moyse, & Dauid, & ꝓphetis omnibus. Nam in illis antiquis, in illis q multo ante tpe fuerunt, sapientia atq; prudentia est, uidelicet a quibus uel per quos sapiētiæ uel prudentiæ thesauros oēs continens, sancta scriptura condita est. Verum aliter in illis, aliter apud istū sapientia est. Nam in illis participatione, apud istū est tota suimet uniuersitate. Amplius autem & in hoc differunt, quod in illis sapīa tantū, apud istū autē sapīa simul & fortitudo est. Etenī illi quod sapiebant ad effectum pducere non potuerunt, iste autē sapīam actu perduxit, usq; ad uictoriam, destruendo mortem, & reparando uitā. Adde quod apud istum consiliū quoq; & intelligentia est. Consilio diaboli calliditatem infatuauit: intelligentia secreta scripturarū siue oīa mysteria dei, non solum obtinuit ipe aut penetrauit, uerum & alijs quibus uoluit, & prout uoluit, aperuit. Amplius aūt & in occultis iudicijs terribilia ppende experimenta eius, quia apud eū est spiritus sapientiæ & fortitudinis. Si destruxerit nemo est, qui ædificet, & si concluserit hominem nullus est qui aperiat. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur, & si emiserit eas, subuertent terram. O derisores, o stulti diuites, lampadis huius contemptores, quid insultatis, capita uestra mouentes, atque dicentes: Vah, qui destruit templum dei, & in triduo reædificat illud? Nemo si destruxerit, nemo est qui ædificet, nemo est qui lapidem super lapidem reponat. Si incluserit uos Romana obsidione, quod utique faciet, nemo est q aperiat, ut uobis siue ab oriente, siue ab occidente, siue a desertis montibus, locus effugiendi pateat. Sed uos putatis, quod nulla sit fortitudo eius propter crucem, & clauos quos uidetis in manibus eius. Stulti & cæci brachia crucis cornua sunt in manibus eius, & dictante socia fortitudinis sapientia, quæ similiter apud ipsum est, ibi abscondita est fortitudo eius: abscondita, inquam, ad tempus, uidelicet donec quoq; lancea pfodiat latus eius, & exinde currat ppetuus sanguinis & aquæ fluuius. Quare? Nimirum quia si continuerit aquas, omnia siccabuntur, & si emiserit eas, subuertent terram. Si enim integro corpore, si nō aperto latere sacrilegas manus, aut linguas uestras euadere uoluisset, atque hoc modo uisibiles, aquas baptismi inuisibiles continuisset, aquas gratiæ spiritus sancti. Si, inquam, hoc fecisset omnia ut erant sicca pmansissent. Quia uero mori atq; lanceari maluit, ecce aquas illas emisit, & terram id est, peccata subuertit. Idcirco sapīam & fortitudinem, quæ apud ipsum est abscondere uoluit, cum diceretis quasi sapientiā non habenti, ꝓphetiza nobis, quis est qui est te pcussit, cum diceretis quasi fortitudinem non habenti: Vah quasi destruit templum dei.

Iob. 12 | Sapiētia lōge aliter in chrō q̄ in iustis & ꝓphetis | Iob. 12 | Matth. 27 | Abacuc. 3 | Luc. 22 | Mar. 15. | Matth. 27

¶In quo fortitudo apud eum contra Iudaicam supbiā, in quo sapīa contra maliciam extiterit, quorꝫ & baltheū soluit, & doctrinam sustulit. Ca. XIIII.

DIxi ergo & iterum dico, aqud ipsum est fortitudo, & sapīa. In quo sapīa? Ipse nouit & decipientē, & eum q decipitur: Adducit consiliarios in stultū finē, & iudices in stuporem. In quo fortitudo? Baltheum regum dissoluet, & præcinget fune renes eorum? Ducet sacerdotes inglorios, & optimates supplantat. Nonne ipe nouit & uestram o scribæ & pharisæi decipientē synagogā, & eum q a uobis deceptus est, miserꝫ populū, qn̄ finxistis ei ad decipiendū importunū pauorem, dicēdo: & uenient Romani & tollēt nostrū & locum Iob. 12 | Iohan. 11

Iob.6 & gentem? Nouit itaq; sapientia eius, & tales consiliarios in stultum finē adduxit. Nam iuxta quod alibi dictum est, q timēt pruinam, irruet sup eos nix, quia qđ uanū erat, cum simulatione ti muistis, quod uerum erat timere uos fecit, ut ueraciter uenirent Romani, & tollerent & uestrū & locum & gentem: non quia dimisistis, sed quia non dimisistis eum sic. Ita nimirum sapientia eius, consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem adduxit, ita fortitudo eius baltheum regum, id est, uestram o superbi confidētiam dissoluit, & renes uestros, captiuitatis fune præcinxit: duxit sacerdotes inglorios, scilicet Annam & Caypham, & cæteros sacerdotes eiusmodi, qp pe quorum super uultus, stercus solennitatum ipoꝝ proiecit, atq; hoc modo optimates supplantauit, auferendo ab illis regnum dei, & dando genti facienti fructus eius. Commutans labium ueracium, & doctrinam senum, auferens subauditur, sapientia apud ipsum est. Nam quia ueritatem recipere noluerunt, miscuit illis spm̄ erroris, & uertiginis ut q ueraces esse debuerant, mendaciter scripturas ad suos libitus torqueant, labijs male commutatis, & hoc modo senibus, id est eis, qbus primis credita sunt eloquia dei, docendi authoritatem abstulit. Effundit despectionē super principes. & eos qui oppressi fuerant eleuans, subauditur fortitudo apud ipsum ē. Principes quippe Iudaicæ perfidiæ cōtemptibiles fecit, in toto orbe: & eos qui oppressi fuerāt peccatorū pondere, siue dæmoniaca seruitute. s. gentiles. quia fidem eius receperūt, releuauit, magna liberatricis gratiæ libertate Qui releuat profunda, de tenebris, & producit in lucē umbrā mortis, subauditur, apud ipsum sapientia est. Hoc etem̄ lampas ista fecit, eo ipso, in quo apud cogitationes diuitū cōtemnebatur. Nam per humilitatē suæ passionis, profunda nostra reuelauit de ignorantiæ tenebris: & produxit in lucē notitiæ dei, nos qui sedebamus in umbra mortis. Qui multiplicat gentes & perdit eas & subuersas in integrū restituit, subauditur apud ipsum fortitudo est. Hoc etenim ueræ & magnæ fortitudinis est, magni & terribilis iudicij est, ꝙ cū multiplicasset gentes, dicēdo primis hoībus: Crescite & multiplicamini, pdidit eas, peccantibus eisdem parentibus primis. Omnes qppe gentes uniuersos illoꝝ posteros, eadem sententia pditionis inuoluit. Sed ecce dum patitur, dum moritur, & lampas tam splendida apud cogitationes diuitum quasi extincta contemnitur: eadem passione uel morte sua quas subuerterat in integrum restituit: in integrum inquam, ut ne unus qdem desit ex oībus quos ad uitam destinauerat, cum diceret: Crescite & multiplicamini. ¶ Qui immutat cor pricipium terræ, & decipit eos, ut frustra incedant per inuiū, palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios, subauditur apud ipm̄ sapientia est. Quomodo em̄ mutauit cor principum populi terræ, & decepit eos nisi sicut in Propheta dictum est: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius clade: ne forte uideat oculis, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum? Itaq; quod extunc frustra incedunt p inuium, quod palpant quasi in tenebris, & non in luce, ꝙ errant quasi ebrij: totum hoc magna est materia laudis, huic spiritui sapientiæ, de quo & miranda ueritate dictum est, ꝙ eos deceperit, & quasi ebrios errare fecerit.

Iob.12 — Sapientia cōtra Iudaicam malitiam. — Roma.3 — Gene.1 — Sapia dei excæcati supbi Iudæi — Esa.6

¶ Quomodo ubi apud cogitationes diuitum contemnebatur, apud deum patrem erat reuerendus, dicendo: Vocabis me, & ego respōdebo tibi, aut certe loquar & tu responde mihi. Ca. XV.

INterea quo in schemate contemnebatur apud cogitationes diuitum derisorum, in eodem hic sapientiæ spiritus hominem in conspectu patris constituerat reuerendum, & ꝓ sua reuerentia exaudiendum, agendo causam pauperum, id est, humilium secundum uerba, quæ apud eundem beatum Iob postmodū subiecta sunt. Voca me, & ego respondebo tibi, aut certe tu responde mihi. Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea, atque delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? & cætera. Hæc nanq; cum ille diceret uocationem illam atq; responsionem suspirabat, qua pditus homo, per obedientiam patientis ac morientis Christi, rursus requisitus est. Rursus inquam, dumdum em̄ semel requisitus, & uocatus fuerat, scriptura dicente: Vocauitq; dominus deus Adam, & dixit ei: Vbi es? Vocanti autem deo, tunc homo non respondit, sed ait: Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, eo ꝙ nudus essem, & abscondi me. Item: Quis em̄, inquit, indicauit tibi quod nudus esses, nisi quia ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? Dixitq; Adam: Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Hoccine erat uocanti respondere? Nempe cum diceret dn̄s deus, ubi es? uocabat hoīem ad cor suum, ut pœnitens rn̄deret. Heu in præuaricatōe sum. Et hoc qdem bonum erat, ut saltem uocanti rn̄deret, melius autem, ut prior ipse loqueretur deus autem rn̄deret, quantas haberet iniqtates. Illud non fecit, non locutus est, sed deū quasi dormire toto meridie pmisit: unde & culpans illum scriptura dicit: Et cum audissent uocem dn̄i dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, &c. Itaq; non locutus est homo, nec deo fecit negotium rn̄dendi, unde & ingrato silentio, quietus tandem quasi post meridiem somno satiatus surrexit, & indignans, ꝙ non fuisset uocatus, prior ipse hoīem uocauit. Proinde ut dicere cœpimus, bonum erat ut uocanti deo rn̄deret homo, melius si prius loqueretur, & peccata sua narraret homo: optimū uero si p̄ceptum dei nunq̄ fuisset p̄uaricatus homo. Igitur in p̄sona generis

Hebr.5 — Iob.13 — Redemptorē Christū beatus Iob suspirabat — Gene.3. — Gene.3 — Loquendum ad deum post peccatum factum

neris humani uir sanctus, rursus uocari ambiens hoĩem, illumq́ꝫ desiderans hoĩem, q uocatus responderet sapiẽter, imo loqueretur prior, aut certe qđ optimũ est in semetipsum pfecte obediẽs esset, & tunc demũ ꝓ cæteris loquẽdo interpellaret, ita dicebat: Voca me, & rñdebo tibi, aut certe loquar, & tu rñde mihi, quãtas habeo iniqtates & peccata. Id nunc agebat, eo nunc intẽdebat totũ preoccupatũ habens hoĩem hic sapiæ spũs, cũ ab illis stultitiæ filijs deridereť, sicut homo nõ audiẽs, & non habẽs in ore suo redargutões. Cũ deo sapiẽter & serio disputabat, & idcirco ad respondendũ derisoribus illis, iterim uacuũ tẽpus non habebat. Veracẽ oĩno & non uanã faciebat spem, generis humani, qua dictũ fuerat, uoca me, & rñdebo tibi, aut certe loquar, & tu rñde mihi. Ille primus q uocabať, abscondit se a facie dñi dei, in medio ligni pararadisi & nil boni respondit, hic scđus homo uocatus astabat ante faciem dñi dei, in medio ligni crucis, & rñdebat pfectã atq́ꝫ oĩmimodam obedientiã patri, imo loquebatur ut rñderet pater illi, quantas haberemus nos iniqtates, & peccata, & scelera atq́ꝫ delicta nr̃a ostenderet ei. Psal. 37.

¶ Quidnam melius sit, uocari hoĩem a deo, & rñdere illi, aut loq hoĩem & deum, rñdere, & quantæ eius iniquitates & peccata sint. Ca. XVI.

Conferamus nunc utrũq́ꝫ, & uideamus qđ melius sit, uocari. s. hoĩem a deo, & rñdere illi, an loqui hoĩem, & rñdere deũ homini, quãtæ eius iniqtates & peccata sint. Dixit eñ uoca me, & ego rñdebo tibi, & cõtinuo bonã ꝓpositionẽ, sapiẽtissime in melius corrigẽs, atq́ꝫ pficiẽs: aut certe, inqt, loquar, & tu rñde mihi. Quid? Quãtas habeo iniqtates, & peccata. Hoc ergo quæramus quo fructu melius sit, uel ad sapiam magis attineat, ut loquatur homo, & deus rñdeat illi, q̃ ut uocet hoĩem deus, & homo rñdeat illi, quãtæ iniqtates, & peccata eius sint. Si rite ꝓpendimus, meritũ rei, reprehensibile est, e o usq́ꝫ differre cõfessionẽ peccati, donec dicat iudex deus, qđ fecisti? Etiã si uocatus siue discussus rñdeat homo, quantæ iniqtates uel pc̃tã sua sint, & dicat, peccaui: patientiã habe in me, siue indulge mihi, qđ Adã fecisse nõ legitur, nec fecit filius eius fratricida Cain: etiãsi, inquã, ueritatẽ rñdeat uocatus in ius, qđ fecit Dauid, iã tñ rephẽsibile ẽ, q usq́ꝫ ad eiusmodi uocationẽ dei differat hõ cõfessionẽ peccati sui. Cæterꝝ pᵒccupare faciẽ dñi dei, & anteq̃ uoceť ultronea cõfessione loqui sapiẽs consiliũ: quo nullum melius homo pc̃tõr reperire possit. Quare? Videlicet quia uocatus homo ut rñdeat deo, oportet illum rñdere iudicium: uocatus autẽ siue inuocatus deus ad rñdendum loquente prius homine, & illo priore suas iniqtates narrante, locum habet deus ut loquatur misericordiã, dicatq́ꝫ interroganti homini: quantas habeo iniqtates & pc̃tã? dicat inquam: Nulla. Nam deleui ut nubem iniqtates tuas, & quasi nebulã pc̃tã tua. Longe igitur melius est prius hoĩem loqui, & idcirco recte cũ dixisset: Voca me, & rñdebo tibi, cõtinuo quasi qđ minus erat festina correctõe supplens: aut certe, inqt, loquar, & tu rñde mihi. Ecce p Chr̃m q ut iam dictum est: longe ab eo dissimilis, q abscõditus in medio ligni paradisi, etiã cum uocaretur, sapiẽter qppiam non rñdit, astitit palam, in medio ligni crucis, & ultro causam nostrã porauit: ecce, inquã, p illum, & p eundem spm̃ sapiæ eius edocti, priores locuti sumus, quantas habemus iniqtates & peccata, & rñdit nobis deus, ecce iam nulla. Vbi nam sic sumus elocuti, & ille sic nobis rñdit? Nimirꝝ in baptismate, eiusdẽ Christi dñi nostri. Sed de hoc alias. Nunc instantia ꝓsequamur.

Iob. 13.
Cõfessionem differre reprẽhensibile
Gene. 4.
2. Reg. 11
Præuenire deum in cõfessiõe sapiẽs est consilium
Esa. 44.
Iob. 13.

¶ Quàm iuste q̃ fortiter ꝓ oĩni mundo orauerit, caput ꝓ membris, dicẽdo: Cur faciem tuam abscondis &c. qũo ueram sapiam ista ipsius ancilla comitata sit eloquentia. Ca. XVII.

A Deo conspicuã sese præsenti loco exhibet uera sapia, ut nusquã paratior ad comitatũ eius excurrat secularis eloquentia, quæ fere in oĩbus scripturis sanctis ultro sapiæ sic obsequitur, ut solã ueritatẽ quærẽtes, dictoꝝ quoq́ꝫ pulchritudine, uel uocũ elegãtia iure delectemur. Nam ecce quã dicunt pfectissimã atq́ꝫ absolutissimã, argumentationem in hac scriptura, quæ utiq́ꝫ cunctis rhetoribus, grecis siue latinis antiqor est, pulchra & suauis oratio, quinq́ꝫ partibus ꝑscripta. s. ꝓpositione, rõne, rõnis cõfirmatõe, exornatiõe, cõplexione. Proponit nãq́ꝫ fidelis orator, ꝓ nobis oĩbus cum dicit: Cur faciem tuã abscondis, & arbitraris me inimicũ tuũ? Contra foliũ qđ uento rapitur, ostẽdis potẽtiã tuã, & stipulã siccã ꝑsequeris. Protinus rõnem infert hmõi. Scribis eñ contra me amaritudines, & consumere me uis peccatis adolescẽtiæ meæ. Rationis cõfirmationẽ annectit, cõtinuo cũ dicit: Posuisti in neruo pedẽ meũ, & obseruasti oẽs semitas meas, & uestigia pedũ meoꝝ cõsiderasti. Qui quasi putredo cõsumẽdus sum, & quasi uestimentũ qđ comeditur a tinea. Adiungit ꝓtinus exornationẽ ambitiosissimam, exornationẽ nõ uerbis faleratã, sed humilitatis nimiæ suaui ueritate, & uera suauitate instructissimã, atq́ꝫ idcirco præ ualidã ad occupãdos aures, ad flectendã iustitiã, atq́ꝫ ad concutiendam eius misericordiã, cũ qua graues inimicitiæ nobis erãt. Homo, inqt, natus de muliere, breui uiuẽs tpe, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egrediť, & conteriť, & fugit uelut umbra, & nunq̃ in eodẽ statu pmanet. Et dignũ ducis sup huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eũ tecũ in iudiciũ? Quis põt facere mundũ de immundo conceptũ semine, nisi tu q solus es? Breues dies hoĩs sunt, nũerus mensiũ eius apud te est. Constituisti terminos eius q præterirĩ nõ poterũt.

Iob. 13
Iob. 14

Tandem complexione elegāti utitur, cū dicit: Recede ergo paululū ab eo ut qescat, donec opta ta ueniat, sicut mercenarij dies eius. Magna & uehemens argumentatoris huius, id est, spūs sapientiæ concertatio, & quantum in se erat ualens constringere deum ad rñdendum, quantus haberet homo iniqtates & peccata: si tantum oratores antiqui, ueteres sancti, quoꝝ hic sermo erat, libera fronte in auditorio cœlesti assisterent, & nullis pctoꝝ maculis cooperti, aut cōtaminati fuissent. Hoc unum idem maximū intererat, & assidētis iudici deo misericordiæ uoces retardabat: quia maculatas antiquo ꝓbro ꝑsonas iustitia repellebat. Ecce aūt unus aderat, atq; ꝓ oībus assistebat, homo reuerēdus, & ꝓ reuerentia digne exaudiendus, in quē nihil quærelæ haberet iustus naturæ nostræ iudex deus, imo apud quē magnæ uicissitudinis debitor teneref deus. Pctm̄ qppe neq; originale contraxerat, neq; actuale cōmiserat, & tñ peccati pœnā, id est. mortem ꝓpter
Iob.13 ꝓceptū eius, obedienter subibat. Dicebat igitur: Rñde mihi: Quantas habeo iniqtates & pctā, scelera mea atq; delicta ostende mihi. Quid ad hæc deus rñderet? Nunqd illi rñdere poterat q; ullas haberet hic homo iniquitates, aut pctā in ꝓpria ꝑsona, & non potius iustificationes & merita? Proinde iam illum arguere deū decebat, ut diceret: Cur faciē tuā abscondis, & arbitraris me inimicum tuū? Quod si ille rñderet, non ego à te faciem meā abscondo, neq; arbitror te inimicū, imo
I. Pet. I filiū meū charissimū, sicut testificatus sum uoce ad te delapsa, a magnifica gloria, & dixi: Tu es
Matth. 3 filius meus dilectus, in te mihi cōplacui, habebat iste uocē utiq; constantē, causamq; legitimā, ut
Iohan. I. diceret ueraciter, qđ uni ex minimis meis, imo om̄ibus meis fecisti, mihi fecisti. Nam uere eius erant, om̄es iusti siue electi, q eum expectauerant ab origine mūdi, & oībus illis abscondebat deus faciem suā, interposito pariete inimicitiaꝝ, arbitratus eos inimicos suos ꝓpter pctm̄, qđ peccauit cōis oīm pater Adam. Erant etem̄ illi quoq; natura filij iræ, sicut & cæteri. ¶ Cur ergo, inquit, faciem tuā abscondis, & arbitraris me inimicū tuū? In quo? Scribis em̄ contra me amaritudines: & consumere me uis peccatis adolescentiæ meæ. Scribis em̄, imo scriptas apud te retines contra me amaritudines, quas hoc modo homini elocutus es. Quia audisti uocē uxoris tuæ, & de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes comedisti: maledicta terra in ope tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerē reuerteris. Eiusmodi amaritudines extunc scribis cōtra me, simulq; consumere me uis pctis adolenscētiæ meæ. Siquidem tam ꝓ originali q̄ ꝓ actualibus pctis, quæ
Psal. 24 adolescentię leuitate commissa sunt, de qbus Psalmista: Delicta, inquit, iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris: hactenus unūquenq; cōsumere uis. Deinde posuisti in neruo pedem meū, funibus pctōrum suoꝝ cōstringens unūquenq;, ut nō quęcūq; uelit illa faciat, ut cōdelecte
Roma. 7. tur nonnunq̄ legi dei scđm interiorē hoīem, uideat aūt aliā legē in mēbris suis, repugnantē legi mentis suæ, & captiuum seducentem in lege peccati, quæ est in membris suis.

(Marginal notes: Abscōdit deus faciē suā ab omnib⁹ añ Christum. — Ephe. 2. — Gene. 3.)

¶ Qui iuste exauditus sit ꝓ sua reuerentia scđm q; & Apostolus ait: Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia unius hominis Iesu Cristi in plures abundauit.

Caput .XVIII.

Hebræ. 5 HAec cæteraq; iam dicta uel his similia cum clamore intimo, clamore, ut ait Apostolus, ualido & multis lachrymis perorando, per hunc sapiæ spm̄, uictoriā obtinuit in iudi-
Roma. 5 cio, scđm rōnem æquitatis, quam ꝑpendēs idem Apostolus ita dicit: Si em̄ unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et subinde: Si em̄ in unius delicto mors regnauit ꝑ unū: multo magis abundantia grę donationis & iustitiæ, accipiētes in uita regnabunt, ꝑ unum Iesum Christū.
Ibidem Itē: Sicut ꝑ unius delictū oēs hoīes in cōdēnationē, sic & ꝑ unius iustitiā oēs hoīes ī iustificationē uitæ. Sicut em̄ ꝑ iobediētiā unius hoīs pctōres cōstituti sunt multi, ita & ꝑ uni⁹ obediētiā, iusti cōstituent multi. Quid aliud rñderet, aut cēseret pr̄ æquus, deus iustus? Quid em̄ ęquius, qd rōnabilius? Aut nunqd illa summæ maiestatis altitudo nimis prompta esse deberet ad gratiam clementiæ, q̄ fuisset ad iram iustitiæ? Per unum quippe hoīem, in hunc mundum pctm̄ intrauit, & ꝑ peccatum mors, & ita in om̄es hoīes ꝑtransiit, in quo om̄es peccauerunt. Sic prompta iustitia iudicātis extitit, ut uno peccante, nos om̄es, q necdum fuerimus nati, susciperemus hæreditatē peccati, hæreditatem mortis. Fatemur iustam fuisse uindictam, ueram & irreprehensibilem iustitiam. Non em̄ aliud iure possiderent filij, nisi quod à parentibus thesaurizatum fuit. Sed ecce, generis nostri pater alius, non in carne, sed in spiritu. Gratias huic spiritui sapiæ unico, multiplici, subtili, mobili, diserto, certo, suaui, benigno, stabili: quia subtilitate, mobilitate atq; acumine suo modum inuenit, quo nos illi ueteri natos regeneraret, huic homini nouo. Num ergo minus, ut iam dictum est, larga esse poterat diuinitas ad iustificandum per gratiam clementiæ, quàm fuerat ad condemnandum per iram iustitiæ? Igitur non perturbato aut confuso ordine ueteris iu-
Ephe. 2. dicij, sed remota causa per quam subintrauerat iudicium mortis, prolatū est responsum uitæ & pacis, totusq; paries inimicitiarum solutus est.

¶ De eo quod ait Lucæ decimotertio: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, sciens se resurrecturum, & hinc esse illud: Lignum si præcisum fuerit, habet spem.
Caput XIX.

TVnc iste nouus Adam obdormiuit, atque obdormiens dixit: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Certus hoc dixit: certus inquam, & securus, quod commendatũ uel depositum suum cum grãdi esset lucro cito recepturus, sicut & factũ ẽ. Nam quia sic tradidit spiritum suum, ecce oĩbus filijs suis, oĩbus filijs regenerationis suæ, acquisiuit paracletũ spm̃ sanctum, & ipse recepit suum. Alias autẽ nisi spm̃ suum spm̃ uitæ suæ hic homo tradidisset, spũs paracletus in eo ipo, qđ paracletus est. s. in dando remissionem pctõrum, non uenisset. Proinde & dicebat: Sed ego ueritatẽ dico uobis, expedit uobis, ut ego uadam. Si em̃ non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si aũt abiero, mittã eum ad uos. Itaq; quemadmodũ illi ueteri Adæ dormienti statim costa de latere subducta, & in coniugem illi ædificata uel formata ẽ, ut posteritas ppagaretur: sic isti nouo Adæ, iam in morte soporato, de patefacto eius latere, sanguinis & aquæ sacramentum pductũ est, & exinde statim ecclesia reformata, de qua multi p orbem terrarũ filij nascerentur. Nam qđ optime nouit, & nosse debet fides Christiana, statim uniuersa priscorũ electorũ, quantacunque ab origine mundi collecta fuerat, apud inferos redemptionem suam expectans, illo sanguine & illa aqua emendata, regenerata atque huic uiro copulata est: & exinde quot singillatim de cunctis gentibus baptizantur, tot filij de isto uiro, & de ista eius cõiuge nascuntur. Nec uero cum sic obdormiret quàm cito euigilaturus esset ignorabat, q̃ cito spiritum suum quem in manu patris tradebat, cum tanto pactæ obedientiæ fructu, resumpturus esset. Nam & antea cum dixisset de hac dormitione sua: ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas, & flagellabitur, & conspuetur, & postquã flagellauerint, occident eum: continuo subiunxit: Et tertia die resurget. Idcirco qui supra. s. sanctus Iob post illa quæ supra dicta sunt, continuo dicit in eum: Lignum habet spem: Si præcisum fuerit rursum uirescit, & rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius, & in puluere mortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quasi cum primũ plantatum est. Quod est em̃ hoc lignum, nisi is ipse qui cum præcideretur, dicebat: quia si in uiridi ligno hoc faciunt in arido quid fiet? Itaque si præcisum fuerit rursus uirescit, subauditur, tertia die uelocitate resurrectionis: Hoc idcirco quia nihil unquam habuit ariditatis, id est, homo erat, absque omni corruptione peccati, imo quia non solum homo, sed & deus erat cuius uiror nunq̃ deficit. Cæterum de homine qui homo tantum, & non deus est, q in peccatis nascitur antiquæ præuaricationis, & idcirco comparari uel coæquari non potest huic tam uiridi ligno, continuo subiũgit: Homo uero cum mortuus fuerit, atque nudatus & consumptus, ubi quæso est? Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius uacuefactus arescat, sic homo cum dormierit non resurget. Donec atteratur cœlum, non euigilabit: nec cõsurget de somno suo. Est ergo hic homo lignum uitæ semper uirens spiritu sapientiæ, quod ut nobis fructificaret & in præsenti uitam animarum, et in futuro resurrectionem corporum quando atteretur cœlum præcidi se permisit, non dubitãs quod continuo post triduum reuiresceret, euacuata in semetipso præcisione eius, quam solam pertulerat mortis corporis.

Lucæ. 23
Iohan. 16
Gene. 2
Sciebat Chr[istus] resumpturũ se spiritũ su[um] quũ tradere[t] illum
Lucæ. 18
Iob. 14
Lucæ. 23
Iob. 14

¶ Qualiter hic sapiæ sacr̃m dum fieret, absconditũ fuerit ab oculis oĩm uiuentiũ, & quõ Iudæi tam derisores eiusdẽ sapiæ inexcusabiles sint. Ca. XX.

HOc opus huius sapiæ spũs sacramentum tunc interim dum fieret, erat absconditum, ut nemo sciret usq; ad tp̃s statutum. Vnde & idem beatus Iob in parabola sua sic inter cætera loquitur: Vnde ergo sapia ueniet, & quis est locus intelligentiæ? Abscondita est ab oculis omnium uiuentium. Volucres quoque cœli latet. Perditio & mors dixerunt: Auribus nostris audiuimus famam eius. Ab oculis, inqt, omnium uiuentium. Veraciter ab oculis omnium uiuentium. Nam nemo omniũ hominum, q tunc in carne uiuebant, nouerat qđ ageretur per crucis Christi patibulum, nec saltem quisquã Apostolorũ. Vnde & subiunctum est, Volucres quoque cœli latet. Volucres qppe hoc loco in bonum accipiendi sunt, uidelicet de qualibus dictum est: Simile est regnũ cœlorũ grano sinapis qđ acceptũ homo misit in ortũ suũ, & creuit, & factũ est in arborẽ magnã, & uolucres cœli requieuerũt in ramis eius. Præ cunctis eiusmodi uolucribus Apostoli sublimius euolauerunt: ueruntamen & ipsos latuit tunc, dum fieret hoc sapientiæ mysterium. ¶ Perditio & mors dixerunt: Auribus nostris audimus famam eius, id est, maligni spũs qui pditionis & mortis inuentores extiterunt, qđ contra se ageretur puidere nõ potuerunt: quippe qui ab initio radijs sapientiæ suos oculos occluserunt, & lumini eius rebelles extiterunt. Cæterum mortuorum communi morte nonnulli hoc scire potuerunt, maxime autem patriarchæ & prophetæ quorum nouissimus Iohannes nuper sublatus fuerat de cœtu uiuentium: qui utique sacramentum hoc cum uiuentes præcinuerint, mortui iam non ignorabant, sed desiderio magno expectabant affuturum. Proinde recte non dictum est tantum abscondita est ab oculis omnium, sed cum determinatione omnium uiuentium, id est, tunc tp̃is in carne commanen-

Iob. 28
Matth. 13

manentium. Quid igitur? Num excusabiles fuisse cõsequitur, derisores illos qui illũ crucifixerũt, & crucifixum deriserunt: quia sua uoluntate abscondita erat hæc sapiã ab oculis oĩm uiuentium. Non utiq; Sequitur eñ: Quando ponebat pluuijs legẽ, & uiam ꝓcellis sonantibus tunc uidit illam, & enarrauit, & ꝑparauit, & inuestigauit, & dixit homini: Ecce timor dñi ipã est sapiã, & recedere à malo intelligentia. Cui nam homini priusquã Iudæo apud quem hoc sapiã sacramẽtũ conditum, & cum cõderetur derisum atq; contemptũ est: cui, inquã, homini priusquã huic deus ponendo legem pluuijs, & uiam ꝓcellis sonantibus, dixit: Ecce timor dñi, ipã est sapiã? Legem quippe pluuijs ponere fuit, & uiam sonantibus ꝓcellis, prædicatoribus indicere, ut uiuendo implerent, quod loquendo suadere festinabant, quatenus prædicatio non contempta, quasi ꝓcella sonans expeditiori uia curreret. Hanc legem primo Moysi, & ꝓphetis, deinde Apostolis deus posuit. Totum hoc primitus apud Iudæum, nam illis primũ legalia siue prophetica eloquia dei credita sunt, & illis primũ sicut oportuit, prædicatum est Christi euangelium. Vtrobiq; illi primo dictum est: Ecce timor dñi ipã est sapiã, hoc eñ consonanter tam prophetica q̃ euangelica cathegorizat scriptura. At ille proteruus dñm nõ timuit, semp illi ab initio rebellis extitit, maxime uero illo tpe, quo hæc facta sunt: qñ impleuerunt mensuram patrũ suorum, psequendo & occidendo Christũ, cuius ꝓphetas absq; timore dñi occiderant patres eorum. Non igitur excusabiles sunt, quia uidelicet nõ idcirco nõ timuerũt dñm, quia abscondita erat sapiã ab oculis eorum: sed idcirco abscondita est, ut nunq̃ inuenirent eam, quia non timuerunt dñm. Nam econtrario, qui timuerunt dñm ipsis reuelatum est, & quanq̃ essent hoĩes idiotæ ac sine literis, ipsi scierunt sacramenta dei, iuxta confessionẽ dicentis: Confiteor tibi pater, dñi cœli & terræ, qa abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

[Margin: Iob.28. | Roma.3 | Psal.150 | Prouer.1 et.9 | Ecci.1 | Timoris domini inopia in tã fuit, ut obcæcarẽtur Iudæi. | Matth.11]

¶ Quomodo dicat deum dixisse homini: Ecce timor domini ipã est sapientia, cum alius sit sapientiæ, alius timoris spiritus, & q ex eo quoq; quia hoc deus dixit homini Iudæi & omnes stulti inexcusabiles sint. Ca. XXI.

SEd quomodo septem spirituũ numero atq; ordini notissimo, qui & præsenti ope à nobis susceptus est, dictum hoc non repugnat aut discrepat: ecce timor dñi ipã est sapiẽtia. Si eñ timor dñi, ipã est sapiã, qũo non minoris, sed eiusdẽ authoritatis alia scriptura quæ dicit: Et requiescet sup eum spiritus dñi, spũs sapientiæ, & intellectus, & cætera, alium timoris, atq; alium sapiã spm computat, ambosq; ab inuicẽ loco uel gradu septimo disterminat. Ad hãc inquisitionem ecce tertia nobis succurrit scriptura, dictiõe temperata, quasi utriusq; mediatrix: uidelicet ea quæ dicit: Initium sapientiæ timor domini. Cum enim sic dicit duarum quas prædiximus tubarum, siue organorum spiritus sancti consonantiam patenter astruit, quia uidelicet, timor domini initium sapientiæ est: initium autem sapientiæ, sapientia est, licet nondũ pfecta, quomodo aurora siue diluculum, iam dies est, licet nondum plena. Est igitur timor domini sapientia, id est, initium uel primus gradus sapientiæ. Sic & pietas sapiã. i. secundus gradus sapiã & scientia, sapiã. i. tertius gradus sapiã, & fortitudo sapiã. quartus gradus sapiã, & consilium sapientia. i. quintus gradus sapiẽ, & intellectus, sapiã. i. sextus gradus sapiã. Septimo autem gradu cum dicitur sapientia plena intelligitur atq; pfecta, cuius officium est cessando actibus, & uacando contemplationi preoccupare iam bona futura, bona æterna, iuxta illud: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, quæ uidelicet pars, non alia est q̃ ipsa sapientia, in ꝓpria specie uidenda. Proinde cum dixisset, abscondita est ab oculis omnium uiuentium sapientia, ne quis desperaret, aut absconsionem eius reprehenderet: Ecce, inquit, timor domini ipã est sapientia, & hæc dicendo quasi ostium apuit, primumq; gradum ostendit quo paruulus ad sapiam supbis abscõditã ascendere incipiat. Iã illuc accesserant illi uiuentes q sese a stultis, & pctõribus male uiuentibus & dominum crucifigentibus segregauerãt. s. Apostoli, & ille quoque beatus Ioseph ab Arimathia uir bonus & iustus, de quo euangelium refert: quia non consenserat consilio & actibus eorum. Huic plane sapientia erat timuisse dominum: & in hoc primo gradu audisse sapientiam, dicentem: Fili mi si te lactauerint pctõres, ne acquiescas eis. Si dixerint, ueni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra, deglutiamus eum sicut infernus uiuentem, & integrum quasi descendentem in lacum: omnem pretiosam substantiam inueniemus, implebimus domos nostras spolijs, sortem mitte nobiscum, marsupium unum sit omnium nostrum, fili mi ne ambules cum eis. Prohibe pedem tuum a semitis eorum. Pedes eñ illorum ad malum currunt, & festinant ut effundant sanguinem. Veruntamen ab istorum quoq; uiuentium. s. Apostolorum, & illius beati Ioseph oculis, adhuc abscondita erat sapiẽtia: nesciebant Christi mysteria, ignorabant quæ uel quanta foret crucis & mortis eius utilitas. Quia uero timendo dñm, & non acquiescendo lactantibus se pctõribus, quasi in foribus sapiã steterunt, ideo sursum uocari & ascendere ad sapiam meruerunt, id ẽ, accipere ad cognoscenda dei sacramenta hunc de quo loquimur sanctum sapientiæ spiritum.

[Margin: Iob.28. | Esa.11 | Quomodo timor sit sapiẽtia, quãdo ipã sint distincta. | Psal.110. | Septem gradus sapiã. | Lucæ.10 | Lucæ.23 | Prouerb.1.]

¶ Quod dicit: Nunquid per sapiam tuam plumescit accipiter, aut ad præceptum tuum eleuabitur aquila. Ca. XXII.

Secundũ

SEcundum hæc recte illud intelligitur, quod eidem Iob respondens de turbine dominus, de eiusmodi uolucribus cœli, post multa dicit: Nunqd p sapiam tuã plumescit accipiter: expandens alas suas ad austrum? Aut ad pceptum tuũ eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? In petris manet, & in pruptis silicibus commoratur, atq; inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, & de longe oculi eius pspiciunt. Pulli eius lambent sanguinẽ, & ubicunq; cadauer fuerit, statim adest. Nunqd, ait, p sapientiam tuam plumescit accipiter: expandens alas suas ad austrũ. Quia p annos singulos pennã ueterẽ accipiter noua nascente piiciat ac sine intermissione plumescat, pene nullus ignorat. Nõ aũt hic illud plumæ tps dicitur, quo in nido uestitur: quia tunc nimirũ adhuc pullus ad austrum alas expandere nõ ualet, sed illa annua pluma describitur quæ laxata uetere penna renouatur. Et quidem domesticis accipitribus, quo melius plumescere debeant minuta ac tepentia loca requirunt, agrestibus uero moris est, ut flante austro alas expandant, quatenus eorum mẽbra ad laxandam pennam ueterem, uenti tepore cõcalescant. Cum ergo uentus deest, alis contra radium solis expansis, atq; ita percussis, tepẽtem sibi auram faciunt, sicq; apertis poris uel ueteres exiliunt uel nouæ succrescunt. Quid est ergo accipitrem in austro plumescere, nisi q unusquisq; sanctorum tactus flatu sancti spũs concalescit, & usum uetustæ conuersatõis abiiciens, noui hominis formam sumit? Hoc maxime iam dictis cõtigit Apostolis, q cũ essent uetustæ uolucres, id est, hoĩes, ppter carnalem sensum tardiores, & propter hoc eos hæc sapientia lateret: ad hoc reseruari meruerunt, timendo dominum, ut flante austro plumescerent, id est, adueniente super eos spiritu sancto, nouis gratiarum pennis subleuati, cœlestis sapientiæ secreta perspicerent. Porro quod sequitur: Nunquid ad præceptum tuũ eleuabitur aquila, & cætera, cum de cæteris ualeant intelligi, maxime de Iohanne intelligendum authoritas ecclesiastica tradidit: qui sublimius uolando terram deseruit, & sup omnes cœlos mẽte iuit: qppe qui per subtilem intelligentiam, internam mysteria uerbum uidendo penetrauit, & scribendo claro testimonio declamauit. Iob. 39. Accipiter q̃tannis nouas accipit plumas.

¶ Quod cum dicimus eo respectu absconditam ab oculis oĩm uiuentium sapiam, iure tamẽ beatam quæ tunc uiuebat excipimus Mariam, & q eadem sapia qua in principio dictum est: Gene. 1. Fiat lux, nũc dixerit Aplis: Accipite spm sanctũ. Ca. XXIII.

ERat ergo in hoc mundo solus qui sciret sapiam tunc tpis, Christus ipe dei sapiẽtia. Nam sicut iam dictũ est, ab oculis oĩm uiuentium abscondita erat sapia, & uolucres quoq; cœli latebat. Et qño in illo antiquo principio cum creasset deus cœlũ & terrã, terra erat inanis & uacua & tenebræ erant super faciem abyssi: sic & in isto nouo creaturæ nouæ principio, totus mundus à sapiæ cognitione inanis & uacuus erat, & tenebræ ignorantię erant super faciem cordis totius generis humani. Veruntamen beatam dei genitricem tunc uiuentem confidenter excipimus, quia nequaq̃ ab oculis eius hęc sapia se abscõderat. Prophetissa em̃ hæc erat prophetissa inquã, nulli pphetarum comparanda, cuius in sacrarium pctõris spũs sanctus pphetias omnes conuexerat. Hæc itaq; sola excepta, omnis terra erat inanis & uacua, & tenebræ, ut iam dictum est ignorantiæ erant super faciem abyssi, sup omnẽ aĩam totius generis humani. Porro hæc sapientia secundum substantiã illa erat quæ dudum in Salomone dicebat: Dñs possedit me ab initio uiarum suarum: antequam quicquam faceret a principio, ab æterno ordinata sum. Et subinde: Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens, & delectabar p singulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ cum filiis hoĩm. Delectet igitur cunctos utriusq; ludi spectatores beneuolos, quia & illic in initio ueteris creaturæ dixit: Fiat lux, & facta est lux, diuisitq; lucẽ & tenebras, & hic in initio nouæ creaturæ lucẽ inuexit inferis ut uiderẽt luce uerã, deũ uerum, q hactenus sedebãt in tenebris oẽs electi ab origine mũdi, imo trãsirent de regione tenebrarum, ad patriã æternæ claritatis, essentq; ibi lux, uidẽdo substantiã ueræ lucis: lux, inquã, diuisa a tenebris inferni, & nos q uiuimus, essemus lux diuisa a tenebris huius mũdi, dicẽte Apostolo: Fuistis aliqñ tenebræ, nũc aũt lux in dño. Nã & uiuis lucẽ intulit dicẽdo, postq̃ resurrexit: accipite spm sanctũ, quorum remiseritis pctã remittunt eis & extunc impleuit Apostolis suis qd̃ pmiserat, dicẽdo, uos estis lux mundi. Vtrobiq; s. & in illo ueteris, & in isto nouæ creaturæ ope, sapia hæc satis amabiliter corã dño lusit. Iob. 28. Gene. 1. Mariam uirginẽ excipit. Prouer. 8. Gene. 1. Lucem infudit christ⁹ terris. Ephe. 5. Iohan. 20. Matth. 5.

¶ Qño eadẽ sapia lusit hic & illic, & q lusit illic bene corã dño, sed hic melius, ubi sic lusit coram deo, ut illuderet diabolo. Ca. XXIIII.

QVem tandẽ ludũ nos hoĩes pulchriorẽ eẽ uel fuisse cẽsebim⁹. Quo magis iure delectamur? Nẽpe hunc ludũ postremũ magis pbamus, & hoc ludo magis delectamur, magis em̃ hic ptinet ad nos, & totus factus est ppter nos. Et ut uera discretõe utamur, illic cœlũ & terrã creãdo bene qdẽ lusit corã dño, sed hic nouos cœlos & nouã terrã creãdo sic lusit corã dño, ut illuderet diabolo. De qua uidelicet illusiõe dicebat ipe dñs ad btm Iob: In oculis eius, q̃si hamo capiet eũ & in sudibus pforabit nares ei⁹. An extrahere poteris leuiathan hamo, & fune ligabis linguã eius? Nunqd pones circulũ in narib⁹ ei⁹, & armilla pforabis maxillã eius? Nunqd multiplicabit ad te pces, aut loquet tibi mollia? Nunqd feriet pactũ tecum, & Iob. 40.

accipies eum seruũ sempiternũ? Nunquid illudes ei quasi aui, & ligabis eum ancillis tuis? Concident eum amici, diuident illum negotiatores. Nũquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustiũ pisciũ capite eius? Nam ad singula subaudiendũ est ut ego. Hoc plane propter nos homines factũ est, nã illud prius sapiẽtiæ opus, tã propter angelos, q̃ propter nos homines. Nobis quippe Leuiathan infestus erat, quod nomen eandẽ infestationẽ diaboli significat. Leuiathan quippe additamẽtũ eorũ dicitur. Quorũ uidelicet nisi hominũ, qbus semel culpã præuaricationis intulit, & hãc usq; ad mortẽ æternã quotidie pessimis suggestionibus extẽdit? Quibus dũ reatũ fenore multiplicat, pœnas proculdubio sine cessatiõe coaceruat. Potest quoq; Leuiathan etiam per irrisionẽ uocari. Primo quippe hominũ persuasione callida, diuinitatẽ se additurũ ꝓhibuit, sed immortalitatẽ tulit. Additamentũ igit̃ hominũ ꝑ irrisionẽ dici potuit, qbus dũ hoc qđ non erãt se addere spopondit, etiã hoc qđ erat fallendo subtraxit. Q̃uo isti hęc sapiẽtiæ spũs illusit? In oculis, inqt, quasi hamo capiet eũ. Quis nesciat ꝙ in hamo esca ostendit, aculeus occultatur? Esca eñ prouocat, ut aculeus pũgat. Dñs itaq; noster ad humani gñis redemptionẽ ueniens, uelut quẽdã de se in necẽ diaboli hamũ fecit. Assumpsit eñ corpus, ut in eo quasi escã suã mortẽ carnis appeteret, quã mortẽ dũ in illo iniuste appetit, nos q̃s quasi iniuste tenebat, amisit. In hamo ergo eius incarnationis captus est, quia dum in illo appetit escam corporis, transfixus est aculeo diuinitatis. Ibi quippe inerat humanitas, quæ ad se deuoratorẽ duceret, ibi diuinitas quę perforaret. Ibi aperta infirmitas, quæ prouocaret, ibi occulta uirtus quæ raptoris faucem trãsfigeret. In hamo igitur captus est, quia inde interijt, unde deuorauit. Et quidẽ filium dei incarnatum nouerat, sed redemptionis nostrę ordinẽ nesciebat. Sciebat eñ quod pro redemptione nostra incarnatus dei filius fuerat, sed omnino ꝙ idem redemptor noster illũ moriendo transfigeret, nesciebat. Vnde & bene dicitur: In oculis eius quasi hamo capiet eum. In oculis quippe habere dicimur, quod corã nobis positum uidemus. Antiquus uero hostis, humani generis redemptorem ante se positum uidit, quem cognoscendo confessus, confitendo pertimuit, dicẽs: Quid nobis & tibi fili dei? Venisti ante tempus torquere nos. In oculis itaq; suis hamo captus est, quia & nouit & momordit.

Leuiathan — *Diabolus homini qđ promisit dare nõ potuit, q̃ habuit, abstulit bona.* — *Incarnatũ deum diabolus scibat.* — *Marci. j. Lucæ. 4.*

¶De illo illuso ꝑ passionis Christi mysteriũ q̃ ueraciter dictũ sit: Nũquid fieret tecũ pactũ, aut accipies eũ seruũ sempiternũ. Ca. XXV.

Gregorius. *Iob. 40.*

HAEc & cætera quæ supra posita sunt, si recte spectator attendat, sicut notæ auctoritatis beati Gregorij demonstrat expositio prælucida, nihil hoc ludo sapientię corã dño pulchrius, nihil hac illusione spũs sapientiæ delectabilius. Vnũ illic dictũ est, qđ libentius ad pñs reuocamus spectaculũ. s. ꝙ ait: Nũqd feriet tecũ pactũ, & accipies eũ seruũ sempiternũ. Hoc eñ tã magnifice dictũ, tã mirifice est gestũ, ut si assis spectator beneuolus, nõ satiet̃ oculus uisu, nec auris auditu. Q̃uo eñ dictũ ẽ: Nũqd feriet tecũ pactũ, aut accipies eũ seruũ sempiternũ, subaudit̃, ut ego, nisi ac si diceretur, nunqd sic illo uteris tãq̃ iurato tibi seruo, seruo sempiterno? Nã uolũtate quidẽ aduersat̃, unde & græco uocabulo dr̃ Sathanas. i. aduersarius, actu aũt est seruus sempiternus, & sic seruit tanq̃ sit fidelis, ita cooperatur & bonis proficit, tãq̃ adiuuare uelit spiritũ domini, & sic uigilantia eius procedit, tanq̃ maturet consiliũ dare & ostẽdere illi. Q̃uo autẽ uel quando factũ est, ut uteretur deus actu diaboli tanq̃ iurato seruitio, tanq̃ fideli ministerio? Imoquãdo quippiã egit diabolus qđ nõ proficeret deo, unde non accresceret amplius laus & gloria dño deo? Ex quo cecidit de cœlo supbus hic angelus, & ad laudẽ uel gloriã iusti iudicis dei, factus est diabol⁹, quicqd unq̃ egit uel agere uoluit, totum ad obsequiũ & honorẽ dei profecit, & proficere non desinit usq; in finẽ seculi. Vnde & initio ministerij eius deo quidem operosi, sibi autem inutilis & damnosi dictũ est illi: Super pectus tuũ gradieris. Quod est dicere: Sicut hoc reptile, cuius calliditate abusus es, super pectus graditur, & seipsum in terrã præmit, sic tu diabole, cum sis rationalis spũs, rationale tuũ graui semp fatuitate onerabis, & q̃cũq; te uerteris, semp intentionẽ tuã deorsum cõteres, & factis ꝓmes cõtrarijs. Verbi grã: Inuidẽdo euacuasti meritũ hoĩs, sed hoc facto gratiæ dei locũ aperuisti, cui amplius inuidebis, dum homo seipso tãto fiet altior, quãta gratia dei, cuiuscũq; creaturę meritis est maior. Abhinc usq; in finẽ dũ deo uolẽs aduersaris, deo nolens cooperaris, & ita circulũ habẽs in naribus tuis, super pectus tuũ gradieris, qa miro ordine & mala intendis & bona agis, dum ꝑsequẽdo efficis hoc ipsum quod ut destruas persequeris, dũ quasi malleolus, aurũ dei nequiter affligis, & affligendo ad gloriam extendis. Cuncta hæc antiquissime perpendens uir sapiens dicit: Sunt spiritus, qui ad uindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt sibi tormenta sua. Ac si diceret: Tantus illorum furor est ex inuidia propter successus bonorum, ut temperare sibimet nequeant, quin agant quod ad maius sibi proueniat tormentũ. Vnde si quæras quid habeat diabolus, cur tantopere agat ea, quibus factis amplius doleat, suæq; uoluntati nocens, alienæ uirtuti plurimũ proficiat? Ecce iam habes, quia furor causa est. Nam tam de illo q̃ de satellitibus eius malignis spiritibus, in furore suo (inquit) confirmauerũt sibi tormenta sua. Mirũ hoc tibi fortasse uideatur, si nunq̃ audisti, ꝙ homo quoq; per furorẽ occiderit semetipm. Spectemus nũc ut cępimus circa

Diabolus nõ lẽs renitẽsq;, seruire deo cogitur. — *Diabolus quicquid agit, in obsequiũ dei proficit.* — *Gene. 3.* — *Gratia meritis maior oĩbus* — *Eccle. 39*

circa Christum huiusce furoris eius fatuitatem, & huius de quo loquimur spiritus sapientię laudem. Dicebāt Pharisæi, & illis dicentibus, dicebat utiq; diabolus, qui loquebatur in eis. Videtis quia nihil proficimus? Ecce mūdus totus post eū abijt. Item, Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic omnes credent in eum. Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Dum hæc dicerentur, dum hæc agerentur, intendebat utiq; possessor eorum diabolus, ne mundus iret post eum, ne omnes crederent in eum, sed hoc ipsum intendens egit, quod erat contrarium, ut scilicet mundus totus iret post eum, ut omnes crederent in eum. Seruiuit ergo tanquā seruus sempiternus, seruiuit tanq̄ iurati custos pacti uigilantissimus domino suo regnum, sibi autem eodem seruitio confirmans tormentū. Non postulabat deus holocaustū, & pro peccato, id est uitulos, aut certe pingues agnos, sed uno opus erat agno in sacrificiū pro toto mundo. Nec huic negotio defuit malus seruus, insistēs seruitio necessario, intrauit em̄ in Iudā Scarioth, & egit, ut traderetur ad uictimā hic agnus melior, in illa nocte q̄ comedebatur ille paschæ ueteris agnus per singulas domos. Intendebat deus uel dei sapientia facere irritā uenditionem, qua semetipsum primus homo uendiderat, transgrediens præceptum, uana sibi diuinitatis spe proposita adiuuit, & hanc intentionem bonam, seruus hic nequam, agendo ut uenderet hunc hominem traditor, qui uendendi illum ius nullum habebat. Intendebat diuinitas huic homini dare regnum, & subijcere potestati eius omnia regna mundi, adiuuit & in hoc seruus iste agendo, ut per furiosum iocum purpura uestiretur, sceptro, id est, calamo donaretur coronaretur, & regio nomine salutaretur. Quodq; non minus miremur, quia cogitabat dominus ponere in eo iniquitates omniū nostrum, spinea erat corona, ne posset negare seruus illusor quin iste dominus omniū spinas portauerit peccatorum nostrorum. Omnibus his modis illudendo, fune ligandā præbuit linguam suam, nec dicere potest factā [illegible]i uim aut iustitiā in eo q̧ hic regna mūdi ad se traxerit, quippe quilicet per iocum nequissimū, regalia tamen insignia circundedit illi. Deposcebat ordo salutis nostræ, ut q̄a per lignū facta fuerat culpa, per lignū quoq; fieret iustitia, & nihilominus in hoc mali huius serui nequitia seruiuit agendo ut in ligno suspenderetur homo, qui culpæ non subiacuerat. Decebat, ut mūdaret possidentis gratia, quos absoluerat redimentis pœna, egit hic seruus ut eius, iam mortui latus aperiretur lancea, unde statim exiuit sanguis & aqua. Quis uniuersum hunc ludum digne queat admirari, quo hic spiritus sapientiæ generis humani illusorem sic potenter euicit, sic sapienter illusit? Quis proinde dicti huius magnificentiā, nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum, digne æstimari possit. O igitur altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius.

Iohan. xi. Ibidem. xij. Iohan. xiij. Esaiæ. liij. Iohan. xix. Iob. 40. Roma. xj

¶Quō ad eiusdem sapientiæ rationē spectet, quod idem dn̄s habēs potestatē uitæ & mortis, non ante tertiū diem resurgere uoluit ex mortuis. Ca. XXVI.

AD eandem sapientiæ pulchrā rationē, rationabilemq; pulchritudinē, illud quoq; per maxime spectat, q̧ idem dn̄s uitæ & mortis habēs potestatē, nō ante tertiū diē resurgere uoluit. Cur ita factū sit uel fieri debuerit, aut decreuerit dicere molimur, licet & hoc ut cætera nostro sensu longe altius sit. Ternarius nūerus q apud seculares philosophos quoq; insignis habet̄, pro eo q̧ impariū & eorū q̄ p̄ter unitatē nullā aliā recipiūt sectionē, primus est nūeroꝝ, apud nos longe amplius p̄clari nōis, imo primæ ac diuinæ est auctoritatis, tā p̄pter ip̄am essentiā sanctæ & indiuiduæ trinitatis, q̄ p̄ eo q̧ saluator noster tertia die resurrexit a mortuis. Et p̄fecto tertia dies, ad idē ip̄m sanctæ trinitatis sacramētū respicit. Iccirco nāq; dn̄s noster nō an̄ tertiā diē resurrexit, q̄a cōgruū fuit, ut propitiationē sanctæ trinitatis, triduana nobis obtineret mors carnis Chr̄i. Alioquin cur sub trina mersiōe baptizamur in nomine patris & filij & sp̄us sancti, cōplantati facti, similitudini mortis eius, nisi q̄a eandē mortē suā, quā antea baptismū suū appellauerat, triduo p̄tulit & ip̄se in nōie & in obedientia patris & filij & sp̄us sancti? Siquidē & p̄r filio sicut & ip̄e fili⁹ testat̄, calicē passionis dedit, & ip̄e filius aīæ suæ in sua p̄tāte p̄pinauit, sicut ip̄e ait. Potestatē habeo ponēdi animā meā. Et sp̄us sanctus illi propinari fecit (sicut Aposto. ait) q̄a Chr̄us p̄ sp̄m sanctū semetipsū obtulit. Cōgrue ergo mors dn̄i triduana extitit, quā sancta trinitas disposuit, quāq; ad obtinēdā humano generi propitiationē eiusdē sanctę trinitatis, nr̄a in illo sola p̄tulit natura. Nō solū aūt, sed & tota uita eius annoꝝ suorū nūero sanctæ trinitati famulatū exhibere, & eius p̄cepto se obedire innuit. Nā in triginta tribus annis, q̄bus sup terrā ambulauit ternarius est repetitus hac sola differētia, q̧ unus ternarius ut XXX sint in decenū limitē cōsurgit, alius ut simplex sit, in singulari limite cōsistit. Cuius in typū Isaac q̄q; ad immolandū, ternario dieꝝ nūero ductus est. Nā de Geraris, ubi tunc habitabat Abrahā usq; ad montē Moria. i. sedē templi iter dierū triū est (ut ait Hieronymus) & consequēter illic die tertio peruenit, sicut hystoria refert, & uenit in locum quem dixit ei deus die tertia. Sed ut ad inceptum redeam, mira uelocitas, mirabilis ille saluatricis gratiæ cursus & recursus, ut in triduo trium temporum seculi peccata deleret, omnis qui ante legem fuerant, omnis qui sub lege erant, cunctos qui sub gratia uēturi ęrant, una Chr̄i morte pariter saluaret pro singulis tēpori-

Ante diē tertiū, cur nō resurrexerit dominus. Lucæ. xij Iohan. xix. Iohan. x Hebr. 9. Gene. 22

Esaiæ. 8. Canti. 6 temporibus singulos dies eiusdem mortis appendens. Tantam eius uelocitatẽ spiritus sanctus innuebat cũ prophetæ imperãs dicebat. Voca nomẽ eius, accelera spolia detrahere, festina prædari. De hoc & illud in canticis: Reuertere, similis esto dilectæ mi capreæ hinnuloq́; ceruorũ super montes Bethel. Accelerauit enim inferni spolia detrahere, festinauitq́; prædari, reuersusq́; ut caprea, aut ceruorum hinnulus, id est, patriarcharum filius, ad saluandũ uelocissimus apparuit sup montes Bethel, id est, uisus est Apostolis, ut eorum tristitiã cito in gaudiũ uerteret, qui sunt montes Bethel, id est domus dei. quæ est ecclesia, principes summis uirtutibus eminẽtes. Accelerauit, inquam, inferni spolia detrahere, id est electos omnes iure uictoris educere. Quæ enim mora fieret ad detrahendũ, aut quæ difficultas ad discernendũ? Sol erat iste, illi autẽ qui quærebantur tanquam specularia. Illorum fides speculum erat, reddendo solis aspectu radium satis idoneum, sed ideo non splenduerant hactenus, quia soli obiectus medius obstabat paries inimiciarum, scilicet originale peccatũ. At illũ in carne sua moriens Christus parietẽ soluerat ac diruerat. qui illa specularia animarum, uerum solem expectantium, umbra tegebat aduersa. Quæ ergo mora fieret, ut diruto pariete, & descendente ad inferos uero sole non statim relucerent illa uascula lucis exceptoria, id est electorũ animę? Statim ut illuc descẽdit hic sol. i. anima Chri prępotẽs & insita sibi uerbi omnipotẽtis diuinitate coruscãs illi resplenduerũt, & tenebrarũ principes dissipati sunt sicut fumus, & sicut fluit cæra a facie ignis, & iusti exeuntes de tenebris, & in paradysum recepti epulari cœperunt, & exultare in conspectu dei, latrone simul epulante, cui dixerat dominus in cruce pendẽs. Hodie mecũ eris in paradyso. Totaq́; sabbato requieuit ab omni ope suo dominus Chrũs cũ illis & pascebaſ dilectus in lilijs, donec aspiraret tertia dies, & inclinarentur umbræ. Die igitur tertia propitia nobis facta diuinitatis trinitate, cito mortẽ quam gustauerat reiecit a se, sicut significauerat, quando in cruce, nostrã salutem sitiens, & ideo se ueraciter sitire dicens, cum oblatum sibi gustasset acetum, noluit bibere. Mortis enim acetũ paululum gustabat, quam cito, id est, tertia die reiecturus, nec ultra bibiturus erat. Resurgens enim ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.

Margin: Fides speculũ in quo relucꝫ sol Chrũs. — Psalm. 67. — Lucæ. 23. — Gene. 1. — Matth. 27. — Roma. 6

¶Quomodo ad sapientiam pertinuerit, q̇ resurgens, non statim peremptoribus suis insultauit, nec dilectoribus suis repente apparuit. Ca. XXVII.

POstquam inimicos illusit, ad amicos respexit, eisq́; pod tristitiæ nebulas serenum ac luminosum suæ uictoriæ gladium refudit, ordine uel modo, quo per hunc sapientię spiritum fieri condecuit. Non continuo peremptoribus suis manifestus efflagrans insultauit, aut meritas uindictæ pœnas exegit, qđ facere interdum minus prudentiũ hominũ est, eorũ qui uictoriæ temperare, uel gloriæ modũ tenere nesciũt. Expectabat enim propalandæ gloriæ suæ ordinẽ dignũ, uidelicet nõ mutatus spũ sancto, sed idem qui fuerat, idem permanẽs q dixerat: Ego gloriam meã nõ quæro, est q quærat & iudicet. Nõ est moris uel disciplinæ eius cõtentiosa inuectiõe seu insultatiõe festinatã rape gloriã uictoriæ de hostibus, nisi forte ad tps hoc utilitas exigat, scilicet pro instructiõe uel cõfirmatiõe illorũ qui credũt uel credituri sunt ut de aliquantis impijs ita cæteris metuenda pœna sumatur, quatinus non lateat conscientiam uiuentium uictoris Christi filij dei esse iudicium. Semel hoc faciendum est, ut rideat sapientia in interitu paruulorũ stultitiã diligentiũ, & subsannet cũ eis quod timebãt acciderit, tunc utiq; quando fiet quodnecessario faciendum est, uniuersale iudicium. Interim ad sapientiam sciamus pertinere, ut pmissi thesaurizent sibi iram in die iræ, quia uocaui (ait) & renuistis, extẽdi manus meas, & nõ fuit, qui aspiceret. Permisit ergo nũc quoq; sapienter patiẽs, & patiẽter sapiens inimicos suos principes sacerdotum & Pharisæos dissimulare quod fuerat factum, & in conscientia repositum sacrilegium, permisit illos data pecunia coemere sibi mendaciũ, ut dicerent milites, uenerunt discipuli eius nocte, nobis dormientibus,, & furati sunt eum. Ad amicos, ut dictũ est eius conuersio, nec ipsa repentina, sed paulatim procedẽs ordine decentissimo, ut scilicet prius mentiũ q̃ corporum illorum oculis præsentaretur. Pœnæ naturalis hic est manifestationis eius modus, ut a nullo unq̃ bene & utiliter uisus aut uidendus sit exterius, a quo non prius per fidem aut dilectionem uisus fuerit interius. Egit itaq; quatinus primũ corda illorum ad respiciendũ illum acutis multarũ cõmemorationũ iaculis excitarentur, & tunc demũ rediuiuum corpus suum exhiberet oculis extrinsecus, cum imaginem eius hiantibus animis attentius uersarent intrinsecus. Prima huic bono digna iudicata est notæ pietatis & peruulgatæ dilectionis fœmina quondã peccatrix Maria, quæ nimirũ crucẽ & cũcta pœnarũ eius insignia memori mẽte gestabat, & uel talẽ uidere sitiẽs, qualẽ sepulchri locus susceperat, eo nõ inuẽto flebat, discipulisq́; recedentibus ipsa nõ recedebat, sed plorãs foris stabat. Prima ergo hæc digna æstimata est, quæ flẽtibus oculis gaudiũ uideret, gaudiũ tristibus Apostolis annũciaret. Post hãc Petrus, cuiꝰ utiq; tristitia p̄ cũctis Apostolis maior, imo & duplex erat. Tristis enim, qa hęc dñs passus fuerat, tristis erat, quia patientẽ dominũ, ipse ter negauerat. Sine dubio ex quo respiciente in eum domino egressus foras fleuit amare, non desiit dolere & tristis esse, & iccirco prius huic q̃ cęteris Apostolis dignũ iudicauit sese ostẽdere. Sic enim habemus in euãgelio, qa priꝰ de isto dictũ est: Surrexit dominus

Margin: Non mox Chrũs resurgẽs, inimicis suis retribuit mala. — Iohan. 8 — Prouer. 1. — Ibidem. — Matth. 28. — Mariæ Magdalenę in passum mortuũ Christum ardor. — Iohan. 20. — Lucæ. 22. — Lucæ. 24.

dominus uere & apparuit Petro. Subsecuta est euestigio protinus boni nuntij congeminatio quia narrauerunt duo discipuli quomodo sibi euntibus Emaus, & loquentibus adinuicem de illo sese iunxerit, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Quid putas interea, quàm præsens mentibus eorum imago eius esse potuerit, dum sederent intus loquentes de illo, eiulatu simul & lachrymosa adhuc gaudio attoniti, clausis foribus, ne quis uerba illorum audiret, aut superueniret de inimicis, & pene naturaliter domino Iesu inuidentibus Iudæis? Itaq; bene præparatis animis tempus erat, ut sese cognoscendus communiter omnium offerret oculis. Stetit ergo in medio illorum, & dixit eis: Pax uobis. Ita modeste, ita temperate hominem suum deducebat sapientia hæc, de qua uerissime dictum est, quia attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Lucæ. 24. Iohan. 20. Sapien. 8.

¶Quod prius peccatrici quàm Apostolis, prius Petro, qui eum negauerat quàm Iohanni quē diligebat, Christus apparuit. Ca. XXVIII

EST præsenti loco & aliud in quo pulchritudinem dispositionis eius, iure mirantes spiritus sapientiæ laudibus immoremur. Nam ueraciter sapiens uel sapientiæ laude dignus est, qui habito secum proposito bono, sic omnia contemperat atq; disponit, ut nihil sit quod non eidem proposito conducat atq; expediat. Quid autem hic homo nouus uel quid in hoc homine nouo, sanctus sapientiæ spiritus proposuerat, nisi peccatoribus & infirmis ualidam spem præbere, peccatoribus & egrotis constantis fiduciæ, uel fidentis cōstantiæ arma porrigere cum quibus præsumerent regno cœlorū uim facere, & uiolenter illud diripere? Hoc nempe propositum sibi fuisse, ipse testis est cum dicit: Non egent qui sani sunt, medico, sed qui male habent, non ueni uocare iustos, sed peccatores. Cum igitur qui pro peccatoribus mori dignatus fuerat, surgens ex mortuis, prius Mariæ peccatrici, q̃ Apostolis, prius Petro negatori sui nominis apparuit, q̃ dilecto suo Iohanni, qui cum matre eius iuxta morientis crucem stetit ac perstitit, ueraciter cum spiritu sapientiæ negotium peregit, sapienter propositi sui finem aspexit. Quantum enim hoc eidem proposito eius conducit? Omnes peccatores, cunctę peccatrices quæ fidem habent, hoc exemplo reduces, animos attollunt non dubijs effectibus expertum habentes, quia perforata est maxilla Leuiathan, sicut promittebat dominus, nunquid intquiens armilla pforabis maxillā eius. Nec uero in hoc tantū sapientiæ laus est, ꝙ ad corroborādā peccatoꝝ spem peccatrici fæmine, & negatori Apostolo primū dignatus est apparere, uerū & in eo, ꝙ eos quibus multā apud se gratiā reposuerat, quos ante secula præscierat & prædestinauerat, Mariā dico & Petrū, in tantis tam'q; diuersis peccatoꝝ uoraginibus mergi permiserat Quātus em̄ fructus, quāta exinde prouenit utilitas? Dicamus primū de peccatrice Maria. Certe Iudæis pro eruditione omniū seculoꝝ dicere habebat. Amen amen dico uobis, qa uenit hora, & nūc est, qn̄ mortui audiēt uocē filij dei, & qui audierint, uiuent. Et subinde. Nolite mirari hoc, qa uenit hora, in qua oēs, qui in monumētis sunt, audiēt uocē eius & procedēt, q bona egerūt in resurrectionē uitæ, qui uero mala egerūt, in resurrectionē iudicij. Hæc inq̄ dicere habebat, cū diceret de se homo tāta tāq; magnifica præsentibus utiq; experimentis opus erat, & idcirco certis quoq; personis ad experimēta capienda opus habebat. Oportebat quenq̄ electoꝝ corporaliter mori pro gloria dn̄i dei, ut uidelicet p resuscitationē eius glorificaret filius dei, uocando illum de monumēto, & hoc modo uerū se dixisse probādo, qa omnes qui in monumēto sunt, audiēt uocē & procedent. Permissus est itaq; Lazarus amicus mori nō ad mortē, sed sicut iā dictū est, pro gloria dei. Oportebat nihilominus quēpiā electoꝝ spūaliter mori itidē pro gloria dei, ut scilicet p conuersionem eius glorificaretur filius dei, dimittendo illi peccata multa, & hoc modo uerū se dixisse probādo, qa mortui audient uocē dei, & q audierint, uiuēt. Permissa est itaq; hæc mulier dilecti Lazari soror, iam dilecta mori in peccatis, & esse famosa peccatrix, nō ad mortē siue ad interitū ęternū, sed ut iā dictū est, pro gloria dei, pro testimonio iusti, & iustificātis nos dei & hominis Iesu Christi filij dei. Hæc de Maria. Porro de Petro ꝙ lapsus est, ꝙ negare pmissus est, nihilominus in dispositione huius spūs sapientiæ pium & pulchrū est. Princeps qppe Apostoloꝝ Petrus destinatus fuerat, & huic specialiter magna post Christū ptās dāda uel iam data erat, dicēte Christo filio dei uiui quē cōfessus fuerat. Beatus es Symon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus q in cœlis est. Et ego dico tibi, qa tu es Petrus, & super hāc petrā ædificabo ecclesiā meā, & portæ inferi nō præualebūt aduersus eā. Et tibi dabo claues regni cœloꝝ. Item, Symon Iohānis diligis me plus his? Pasce agnos meos, pasce oues meas. Tali & tāta ꝑeunte euāgelicę ueritatis auctoritate christianissimi imperatores post multa tēpora, omnes'q; ecclesiaꝝ principes hoc censuerūt, & lege perpetua firmauerūt, ut sicut Imperatori omnes præfecti uel iudices, sic beato Petro & secūdū dignitatē eius excellenti Romano pontificio cęteri subiecti sint ecclesiaꝝ pontifices. Magnus honor, grādis celsitudo. Ait aūt ipse eiusdē honoris siue celsitudinis auctor. Qui maior est uestrū erit sicut minor, & qui prę cessor est sicut ministrator. Item, Maiores illos siue ministros magno ad clementiā informat studio, quod manifeste colligis ex factis eius humilimis, ex dictis eius parabolicis. Quādo autē uel quo-

Lucæ. 5. Pro peccatoꝝ rib⁹ mortuus prius peccatoribus apparuit Christus resurgens. Ioh. 19. Iob. 40. Ioh. 5. Iohan. 11 Iohan. 5. Permissa est Maria, mori in peccatis. Lucæ. 7 Matth. 16. Iohan. 21 Lucæ. 22.

uel quomodo sciret homo positus in celsitudine honoris, in magna conscientia sanctitatis condescendere paruis, condolere miseris? Solus quippe deus natura humilis, natura misericors, & miserator est, imo ipsa humilitas, ipsa misericordia est. Homo quilibet humilis siue misericors, non nisi ex accedenti est. Oportebat igitur prædestinato atq; uocato ad tantam celsitudinẽ Petro Apostolo causam subesse, & magnitudinẽ honoris eius præire, unde ille humilitatis atq; cõpassionis scientia iugiter posset accidere. Iccirco labi permissus est, iccirco usq; ad triplicandam negationẽ derelictus est, pulchro & expectabili ordine sapientię, ut recte miremur oẽs eiusdẽ sapientiæ periti spectatores, omnes apertos discretionis oculos habentes. Et hoc animaduertẽtes omnino expedire credimus eis qui præsunt, tam propter semetipsos, q̃ propter eos, quibus præsunt, quatinus ad humilitatẽ uel compassionẽ eruditi sint per magnũ & memorabile præteritæ infirmitatis experimentũ. Aliter quippe infirmitates subditorũ, aut uix aut nullo modo supportare sciunt. Iccirco quondã per os Annæ prophetissæ cecinit hic idem sanctus sapientiæ spiritus dicens: Domini eñ sunt cardines terræ, & posuit super eos orbẽ. Vbi autẽ dicimus sup cardines terræ, Hebraici sermonis ꝓprietas (ut ait beat⁹ Hieronymus) habet sup afflictos terræ. Et afflicti terræ qui sunt, nisi humiles & contriti corde? Super illos plane qui huiusmodi sunt, dominus orbem posuit, quia super eos qui præteritã infirmitatẽ memoriter tenẽtes humilis apud se conscientiæ sunt, dominus ecclesiã suã collocauit, quia uidelicet tanto clemẽtius tanto compatientius eundem orbẽ portare possunt, quanto amplius clementis atq; compatientis dei gratia se indiguisse meminerunt. Et hæc igitur ad laudẽ spiritus sapientiæ dicta sint, quia nimirũ sapienter, id est ad magnã generationẽ, & generationũ utilitatẽ, quos multũ dilexerat solus omniũ Chrũs, Mariã dico & Petrũ, & anteq̃ resurgeret a mortuis in barathrũ mortis ruere permisit, & ubi resurrexit in gaudiũ uitæ suę, primos participes asciuit.

Humiliat⁹ ẽ Petrus ut cõpati sciret.

j.Reg. 2.

Chrũs resurgens, Mariã & Petrũ lætificauit

¶Qualiter huic domino sicut beato Iob addiderit deus cuncta duplicia, quę eius fuerant. Ca. XXIX

QVo tandem fine, tantum tamq; bonũ sapientiæ studium in homine isto remuneratũ est? Psalmista cum dixisset, Minuisti eum paulominus ab angelis, cõtinuo subiũxit: Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eũ super opera manuũ tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius. Apostolus quoq; cum dixisset: Chrũs factus est pro nobis obediens usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis, continuo subiunxit: Propter quod & deus illũ exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiũ, terrestriũ, & infernorũ. ¶Iam cũ his propheticis atq; Apostolicis præconijs, ut a proposita beati Iob allegorica uel figuratiua speculatione sermo non recedat, dicamus, quia addidit dominus omnia quæcunq; fuerant Iob duplicia. Quid eñ noster iste Iob, qd inq̃ deus Chrũs, qd homo Chrũs habuerat? Diligenter utrobiq; possessiones eius appẽdamus q̃s añ passionẽ suã habuerat, & nõ dubiũ erit, qa cũcta recepit duplicia. Quid deus Christus habuerat? Nouẽ ordines angeloꝝ. Et eñ cũ in forma dei eẽt, & nõdũ se exinaniuisset formã serui accipiẽs, claritatẽ habebat deus apud deũ, diuinis obsequijs adoratus, deus & rex angelorũ. Sed ecce quia semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs, & hæc passus est, quæ prędicta sunt, deus & rex est angelorũ pariter & hominũ. Ergo duplicia deo Christo reddita sunt. Quid porro homo Christus habuerat anteq̃ pateretur, uel quid amisit ubi passus est & mortuus. Vnã utiq; & simplam suæ carnis uitam, neq; eñ anima eius morti obnoxia fuit, ut erat anima omnis hominis propter peccatum primi parentis. Parũ dictũ est: Et eñ neq; secundũ carnẽ, neq; animã mori debuit, quippe qui peccatũ neq; originale contraxit, neq; actuale admisit. Nullam itaq; mortẽ debens, unã tantũ, id est, carnis suæ uitã expendit. Sed ecce in corpore suo, quod est ecclesia, duplicia, id est, corporis & animæ uitam recepit, mortẽ quippe animarũ moriendo deuicit, & uitam corporum nobis resurgendo reparauit.

Psalm.8.

Phil. 2

Iob.42.

Duplicia Chr̃o passo, ut Iob reddita sunt.

¶Quõ ad mysteriũ Christi pertineat, ꝙ Iob cũcta quidẽ duplicia, ueruntamen filiorum non duplicem, sed tantũ simplicẽ recepit numerũ. Ca. XXX.

SEd considerandum, quia cũ de cæteris palam cõstet, ꝙ illi beato uiro reddita sint duplicia de filijs nõ adeo perspicuum est aut uerũ. Nam fuerũt ei totidem quot prius, scilicet septem filij & tres filię. Potest quidem recte sic dici & sic existimari, quia mortui fuerãt filij eius, non æque ut iumenta & pecora eius, carne simul & spiritu interierant, & iccirco filij quoq; duplices additi sunt, quia uidelicet in resurrectione uiginti erũt. Veruntamen hic in terra, hic in uita sua, ubi cætera possedit duplicia secundũ numerũ filiorũ recepit tantũ simplicia, & hoc quoq; in domino Christo magna mysterij pulchritudine non uacat. Neq; eñ plures passione sua redemit, q̃ olim fuerant præordinati ad uitam, quosq; tunc iussit deus nasci, qñ creatis primis hominibus benedicens ait: Crescite & multiplicamini. Nam cęterorũ ut nascerẽtur, peccatum causa extitit. Etenim pro pœna peccati multiplicitas conceptuum mulieri accessit, dicente eodem domino. Multiplicabo erumnas tuas & cõceptus tuos. Multiplicabo cũ dicit, subaudiendum est super numerum, ut uidelicet plures concipias post peccatum, q̃ prędinati

Iob. 42.

Gene. j.

Gene. 3.

dinati fuerant in benedictione data ante pctm̄. Igitur Iob cætera qdem duplicia, sed in filijs simplicia recepit in uita sua: quia Christus dominus duplicia qdem, ut supra dictum est beatitudinis præmia, sed simplicem electorum numerum p passionem suam redemit, quantus cum ad uitam præordinatus esset, in Adam perierat. Nam hoc est quod Apostolus ait: Et sicut om̄es in Adam moriuntur, ita & in Christo om̄es uiuificabuntur. Om̄es & om̄es dicit, nec tamen omnes homines sed solos ad uitam prædestinatos uult intelligi. i. Cor. xv

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE OPERIBVS SPIRITVS SANCTI

Liber Tertius, De Sapientia.

¶Quod in illa passione hæc sapientia duo nobis condiderit sacramenta, quorum alterum baptisma, alterum est uiuifica corporis & saguinis Christi mensa. Caput .I.



EX operibus opificem sanctum sapiētiæ spiritum cognoscere, & sicut deum glorificare studentes præcedente uolumine circa passionem noui hoīs Iesu Christi filij dei uersati sumus: nunc de sacramentis per quæ secundum imaginē eiusdem noui hominis renouamur, quęq; nobis de fonte passionis eius pfudit idem sapientiæ spiritus dicere incipiemus. Sunt aūt duo hæc sacramenta maxima, baptisma. s. & uiuifica corporis & sanguinis eius mensa, quæ sine dubio nostræ saluti tam necessaria sunt, ut absq; his nulli hominum ut uitam uel regnum dei aditus pateat. Ait em̄: Amen amen dico uobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest uidere regnum dei. Item: Amen amen dico uobis, nisi m̄aducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis uitam in uobis. Hæc nimirum sacramenta cunctus ordo, uel actus horū q̄ recte ascribātur spiritui sapientiæ, non nisi qui eodem spiritu, uel eadem sapīa fuerit edoctus, meretur aduertere. Sapientes & prudentes huius seculi nescierunt: imo tanq̄ stultitiā ridendam existimauerūt. Proinde ipsi potius stulti facti sunt, stulta facta est sapientia illorum, non parum sed multum uidelicet in tantum, ut canibus & porcis assimilati sint, dicaturq; aduersus eos, paruulis quibus hęc mysteria reuelata sunt. Nolite sanctū dare canibus, nolite mittere margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eos, & conuersi elidant uos. Sacramēta hæc sancta sunt: Sacramēta hæc margaritæ nostræ sunt: illi autem qui deriserunt uel derident hæc, cum sibi sapientes uideantur, canes sunt, porci sunt. Nos igitur paruuli sumus, & hæc nobis reuelantem sapientiæ spiritum in his ipsis sicut deū glorificemus, & grās agamus. Ac primū in hoc uolumīe de baptismo dicam⁹.

Duo sacramēta potissima baptisma & eucharistia
Iohan. 3.
Iohan. 6
Roma. i
i. Cor. i. & iii
Matth. 7.
Sacramenta hæc ridentes, canes & porci sunt

¶De baptismate quod interpretatur unctio, q̄ per illud qui eramus nati pctō, renascamur deo. Ca. II.

BAptisma græce, latine tinctio interpretatur. Idcirco autem tinctio dr̄, quia ibi homo spiritu gratiæ, in melius immutatur, & lōge aliud q̄ erat, efficitur. Igitur baptisma cum dicimus, qui cum simus latini, tinctionem dicere poteramus. In græca uoce siue nomine, maiestatem atq; dignitatem singularem significati eius cogitemus. s. eiusmodi tinctionem cui nulla tinctio comparetur, qua cum caro sola uisibiliter tingatur, amplius spiritus hominis inuisibiliter tingitur, ita ut sicut iam dictum est, totus homo immutetur, & longe aliud q̄ erat, efficiatur. Nam filius iræ erat, filius gratiæ efficitur, filius mortis & perditionis erat, filius uitæ & acquisitionis efficitur: filius gehennæ erat, filius regni dei efficitur. Inimicus dei erat, reconciliatur, & filius dei efficit. Magna & mira tinctio, magnæ & efficaciæ mirabilis. Idcirco græce, baptisma dicimus, & peregrino nomine singularem tinctionis huius excellentiam significamus, & uulgi sensibus insinuare conamur.

Baptisma qd

¶Quæ uel quanta distantia sit baptismi Iohannis & Christi. Ca. III.

EQuiuocum tamen illud habemus, quia uidelicet tā de tinctione Iohannis q̄ de tinctione Christi hoc nomen, id est, baptisma prædicamus. Equiuoce inquam, sic dicimus, quia nimirum quod scire debemus utriusq; tinctionis siue baptismatis ratio uel definitio nō eadem est. Nam baptisma Iohannis, baptisma serui: baptisma Christi, baptisma domini est. Baptisma Iohannis in aqua, baptisma Christi in aqua, & in spiritu sancto. Baptisma Iohānis in pœnitentiam: baptisma Christi, in remissionem pctōrum. Baptismate Iohannis, Christus manifestatur: baptismate suo Christus, id est, passione sua est glorificatus. Nam de baptismate suo Iohannes loquitur: Et ego nesciebam eum, sed ut manifestaretur in Israhel, propterea ueni ego in aqua baptizans: Christus autem Iohannis baptismate baptizatus, de suo baptismate loquitur Ego baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor usq; dum perficiatur. Iohannis tandem baptismate populus parabatur baptismati Christi, Christi baptismate populus regno dei fit idoneus. Proculdubio qui baptismate Iohannis baptizati sunt, dicentis in eum, qui post ipsum uenturus erat

Baptisma Iohannis aliud, q̄ Christi.
Iohan. i.
Lucæ. xii

ſus erat ut crederent, & ante paſſionem Chriſti ex hac uita migrauerunt, baptizato Chriſto in paſſione ſua a pctis ſuis quamuis grandibus abſoluti ſunt, & cum illo in paradiſum introierunt, cum illo regnum dei uiderunt. Qui autem ſpreuerunt conſilium dei in ſemetipſis non baptizati baptiſmo Iohannis, & emigrauerunt ab hac luce, ante iã dictum baptiſma paſſiõis Chri, nequaquam illis profuit antiquum circumciſionis remedium, nec enim profuit illis paſſio Chriſti, nec de inferno educti ſunt, quia non erant de illis, de quibus Chriſtus dicebat, & pro eis ſanctifico meipſum. Nihilominus & hoc ſciendum, quia qui baptizati baptiſmo Iohannis in hac luce permanſerunt, uſq; dum glorificato Ieſu prædicaretur baptiſmatis eius euangelium, ſi non receperũt eũ, ſi nõ baptiſmo eius baptizari neceſſarium duxerunt, nihil profuit illis ꝙ Iohannis baptiſmate baptizati ſunt. Quod ſciens Apoſtolus Paulus: cum inueniſſet quoſdam diſcipulos, & interrogaſſet eos, ſi ſpiritum ſanctum accepiſtis, credentes. Itẽq;: In quo ergo baptizati eſtis? ſubauditur ſi neq; ſi ſpiritus ſanctus eſt audiſtis, illis reſpondentibus, in Iohannis baptiſmate, dixit: Iohannes quidem baptizauit aqua populum dicẽs: in eum qui poſt ipſum uenturus eſſet ut crederent, hoc eſt, in Ieſum. His auditis baptizati ſunt in nomine domini Ieſu. Et cum impoſuiſſet illis manus Paulus uenit ſuper eos ſpiritus ſanctus. Quantum uel q̃ longe minus illud erat baptiſma ſerui, in quo neq; ſi ſpiritus ſanctus eſt audiebatur, iſto baptiſmate domini, in quo ſpiritus ſanctus in pctõrum remiſſionem datur? Igitur utriuſq; rei nomen quidem commune eſt, utrũq; eñ baptiſma dicitur, ſed ſecundum nomen ratio diuerſa eſt.

Iohan. 17 · *Iohannis baptiſma ſine Chriſto nihil profuit* · *Acto. 19*

¶ De eo ꝙ dicit Apoſtolus: Quicũq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus, & ꝙ Iohãnnes apoſtolus: quia tres ſunt, inquit, qui teſtimonium dant in terra, & cætera. Ca. IIII.

CVius ſacramenti, id eſt, baptiſmi Chriſti ratio non coniecturæ humanæ uerbis diſcutienda, ſed diuinæ autoritatis eſt ſcripturis allegãda, Paulus apoſtolus dicit: Quicũq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Conſepulturi enim ſumus cum illo per baptiſmũ in mortem, ut quomodo ſurrexit Chriſtus a mortuis ꝑ gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Iohannes autem: Quia tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpũs, aqua, & ſanguis. Et tres ſunt q teſtimonium dant in cœlo pater, & uerbum, & ſpũs ſanctus. Vtriuſq; ſermonis authoritas, ꝓculdubio diuina eſt, quia nimirũ neuter horum q hæc loquũtur ab homine uel per hoĩem accepit aut didicit, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Et alter qdem unde baptiſma ꝓceſſerit, & qd nobis opetur: alter aſtruit qbus uel quãtis teſtibus id quod in illo agitur ut ratum ſit defendatur. In morte, inquit, eius baptizati ſumus conſepulti, cum illo ꝑ baptiſmũ in mortem. Nimirum ꝑ reuelationem Ieſu Chriſti didicerat hic quod ab homine uel per hoĩem doceri non poterat. ſ. qd intendens ſpũs ſapię ſic eiuſdem Chriſti mortem diſpoſuerat ut prius ſpm̃ emitteret, & tunc demũ pforato latere eius ſanguis & aqua exiret. Sic eñ ſcriptum eſt: Ad Ieſum autem cum ueniſſent, ut uiderunt eũ iam mortuũ, non fregerũt eius crura, ſed unus militũ lancea latus eius apuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua. Quid eñ agebatur, niſi ut in morte eius baptizaremur nos om̃es, quia immũdi eramus. Quid inquã, agebat hic oĩm artifex ſapiæ ſpũs, niſi artificiũ ſtruebat ad deludendũ hũanæ ſubſtãtiæ poſſeſſorem, iniquũ diabolũ, quatenus illi moreremur, & alteri renaſceremur? Teſtes nobis, teſtes filio dei, ꝑ nobis aduerſus illũ cõponebant quos ille alius numerans, quia tres ſunt, ait, q teſtimonium dant in terra, ſpũs, aqua, & ſanguis. Spũs utiq; quem emiſit, aqua & ſanguis, quẽ lanceæ ictus elicuit. Tres teſtes hi ſunt. Vt qd eñ uel quã ob cauſam ſpũs ſanctus cũ ſpũ uel anima hoĩs habitãs in habitaculo carnis extruſus eſt, quantũ fieri potuit per iniuriã mortis, & ut qd lancea perforatum eſt latus innocentis, & eiuſmodi fluuius exiuit: niſi ut cum eiſdem aqua & ſanguine ueniret, ad nos irrefragabili æquitate iudicij? Teſtes ergo pro nobis hi ſunt, quia non hi ſumus eius cuius eramus, quia mortui ſumus illi cui uiuebamus: ubi tribus iſtis aſperſionibus mortui huius ſcilicet ſpiritu, aqua, & ſanguine, aſperſi ſumus.

Roma. 6. · *1. Iohan. 5* · *Roma. 6* · *Iohan. 19* · *In morte chri omnes baptizati.* · *1. Iohan. 5*

¶ Quomodo recte utamur teſtibus illis, ut merito fiat nobis quod dictum eſt: Filius non portabit iniquitatem patris Ca. V.

DIligenter cauſam noſtrã ꝑpendamus, ut ſcire poſſimus, q̃ rationabiliter, q̃ uero & recto iudicij ordine teſtibus iſtis utamur. Quæ eñ cauſa nr̃a erat? Vtiq; pctm̃ primi parentis noſtri ueteris Adę. Fatemur eñ, quia oẽs in illo peccauimus, & in illo oẽs mortui ſumus. Verũ in eadẽ dãnatione ſocia miſericordiæ ſuæ iuſtitia ꝓuidit deus, q̃ mõ ſi uellemus, rei nõ teneremur. Nã ſi ad patrẽ aliũ, ad hoĩem nouũ, q nõ peccauit, transfugiat filius pctõris ueteris hoĩs, ecce ſcriptũ eſt, & cõplet illi, quia filius non portabit iniqtatẽ patris. Cæterũ ſi in uetuſtate illius ꝑmaneat, portabit iniqtatẽ ueternoſi ꝓdeceſſoris, ſicut itidẽ ſcriptũ eſt. Qui reddis pctã patrũ in filios, in tertiã & quartã generationẽ. Ergo diſcreta & iuſta circa nos eſt iuſti dei cẽſura, qa neminẽ non uolentẽ, neminẽ a pctõre antiquo diſſentientẽ cõuolui patit in illa peccatrice maſſa. Tantũmodo uetuſtati abrenũtiet, & dũ concedit, nouus hõ eſſe feſtinet. ¶ Sed oportet eũ trãsfugij ſui notũ & euidẽs hr̃e teſtimoniũ. Quare? Videlicet qa diabolus aduerſarius noſter

Ezech. 18 · *Deut. 5.*

noster notum & manifestũ, cõtra genus humanũ testimoniũ habet. Quod testimoniũ? Lignum uetitũ, lignũ temeratũ. Notũ qppe & argumẽtosum cõtra hoĩem hoc testimoniũ est, quia uidelicet nisi supba mẽte diuinitatis altitudinẽ appetisset: lignũ uetitũ nõ momordisset. Nisi, inquam, intus tumuisset, foris tẽtatus tam facile nõ cessisset. Quisqs igit filius ut nõ portet iniqtatẽ patris uetusti, nouũ patrẽ quærit, & ad nouũ hoĩem Iesum Chrm trãsfugit, oportet sicut iã dictũ est habere illũ in se testimoniũ dei, oppositũ testimonio diaboli siue chirographo pcti, ut sicut ille primus hõ uetitũ mordẽdo, manifestũ supbiæ suæ signũ dedit, sic ipẽ mandatũ p aquã uisibilẽ remediũ suscipiẽdo, manifestũ humilitatis suæ signũ suo det saluatori. Ludicra & risu digna uisa sunt hæc sapiẽtibus, & prudẽtibus, quorũ ab oculis sapĩa uera se abscõdit, dũ uano sensu suo discutiũt, qũo deũ decuerit, ut pter unũ ligni morsum hõ dãnatus fuerit, & oẽs hoĩes in illo mortui sint, & qũo aquæ tinctio de pctõre iustũ, de mortuo uiuum de filio iræ filiũ grẽ facere possit. Sed eñ paruulis reuelatum est, quia paruæ res magnarũ rerũ testimonia esse põt & sunt. Est eñ uere uel fuit, morsus ligni, quãlibet paruus, siue quantũlilibet magnus, testimoniũ magnæ supbiæ, & tinctio aquæ, quãlibet paruæ siue quãlibet magnæ, id est, siue parui fontis, siue magni maris, tñ in noĩe pris, & filij, & spũs sancti, cũ signaculo crucis, testimoniũ magnæ humilitatis. Igit qa de magno negotio agit, & magnus accusator diabolus cã pposita cõtra hoĩem testimonio utit, oportet ut accusatus hõ defensorẽ petẽs deũ legitimis ac necessarijs utat testibus.

Baptisma testimoniũ dei in nobis ẽ, cõtra pctm testimonium diaboli

¶Quod aduersus pctm qđ erat cõtra nos testimonium diaboli, tres p nobis testes in terra sint: Spũs, aqua, & sanguis: & tres in cœlo: Pater, uerbũ, & spũs sanctus, & cũ istis cibus & potus corporis & sanguinis Christi. Ca. VI.

ILlud sane sciendũ, quia cõtra nullũ hoĩem, nec cõtra infantẽ, cuius unius diei uita est sup terram, minus q̃ unũ habet diabolus testimoniũ. Nã infans q hodie natus est, nimirũ in Adam natus est, & originali pctõ obnoxius est. Neq; eñ fas est siue ius, ut filius post patrẽ iudicatũ psertim, q post abiudicationẽ eiusdẽ pris natus est, hæreditatẽ obtineat, qua pater eius iuste priuatus est. Ergo infans, q hodie natus est, in regno dei nihil habet: nã cõtra illũ saltẽ unum unius peccati accusator testimoniũ habet. At uero q iam grãdeuus ad baptismi grãm accedit, tot tantisq; diabolus cõtra illũ uti habebat testimonijs, quãta uel q̃ multa originali actualia pctã cõiunxit, nõ ut iudicaret si nõ crederet, qui eñ nõ credit iam iudicatus est, sed ut debitas p singulis pœnas exolueret. Econtra q ad Christi grãm cõfugit, nõ minus q̃ septem testibus defendit, aut defendi pt. Nã tres sunt q testimoniũ dant in terra, spũs, aqua, & sanguis. Et tres sunt q testimo dant in cœlo: pater, & uerbũ, & spũs sanctus. Septimus testis cibus & potus est corpis & sanguinis Christi, q & ppria quadam positione, cõtra testimoniũ stat peccati originalis: quia uidelicet pctm illud cibus fuit sumptus ad pniciem, hoc sacramentũ cibus est datus ad salutem. De singulis testibus his, nunc ordine dicemus.

Septem testibus defendit ad grãm fugiens

ĩ. Iohan. v.

¶Quid sit, quod ualeat testimonium dare in cœlo, & in terra. Ca. VII.

VErum prius est ut quæramus: Quid est qđ testimoniũ in terra, & testimoniũ datur in cœlo. Neq; eñ frustra duo testimonia data, terra distinguũtur & cœlo. Quid ergo ẽ testimoniũ dari in terra, nisi p unã fidẽ, p unũ baptisma hñdo unitatẽ spũs in uinculo pacis cõmendari in psenti ecclesia? Oportet qppe eum quẽ sancta psens in cõmunionẽ recipiat ecclesia dicere dñs Iesus, qđ est testimoniũ habere spũs, quia uidelicet nemo pt dicere dñs Iesus, nisi in spũ sancto? Et sicut psenti capitulo dictũ est, spũs est q testificat q̊niã Christus est ueritas, qa uidelicet sicut nemo pt dicere dñs Iesus, nisi in spũ sancto, sicut nemo nisi in spiritu sancto loquẽs pt dicere, qm̃ Chrus est ueritas. Deinde cum sic corde credẽdo testimoniũ habuerit a spũ, oportet ut suscipiendo uisibile baptisma testimoniũ habeat à sanguine & aqua quæ de latere ei⁹ fluxerũt, qñ patefactũ ẽ militis lãcea. Hoc totũ ẽ testimoniũ hr̃e in terra, qa uidelicet sic cõmendatũ in cõmunionẽ suã, in sui corpis unitatẽ psens suscipit ecclesia. ¶Consequtur tandẽ testimoniũ in cœlo ab his tribus q unũ sunt. s. patre & uerbo, & spũ sancto. Quẽ eñ psens ecclesia, priori testimonio cõprobatũ suscepit, & in aliud seculũ cũ pace sua dimisit, cœlesti sine dubio cõmẽdat ecclesiæ testimoniũ patris & filij & spũs sancti, ut illius gloriã feliciter uideat in cœlo, cuius in terra fideliter sacrã seruauit. Nunc iam ppositum ingrediamur.

Testimoniũ in terra.

ĩ. Iohan. v.

ĩ. Corũ. xz.

Testimoniũ in cœlo.

¶Qũo ubi dñs noster moriendo sacrm nobis condidit baptismi sui, tres isti pariter affuerint: Spũs, aqua & sanguis. Ca. VIII.

VBi baptizatus dñs Iesus, illo baptismate suo, de quo dicebat ut supra iã diximus: Ego baptismo habeo baptizari, & qũo coartor usq; dum pficiat: ubi, inquã, passus, mortuus, & eadẽ passione uel morte sua baptizatus, baptismi sui nobis condidit sacrm, tres isti testes pariter affuerũt, spũs, aqua, & sanguis. Spũs p quẽ, ut Apostolus ait, semetipm hostiã uiuentẽ deo obtulit, quẽq; cum ppria anima emisit, aqua & sanguis, quẽ de latere suo lanceato iam mortuus, supra naturã mortuorũ corporũ effudit. His tribus testibus illic cõcurrẽtibus, tartarus intremuit, terra mota ẽ, petrę scissæ, monumẽta apta sunt, & multa corpa sanctorũ q dormierãt, postmodum eo cõsurgente, pariter cõsurrexerũt. Quid tantus ille terræ-

Lucæ. xĩĩ.

Roma. xĩĩ

mo:us significauit, nisi terram & ipsos miseros uirtutem sensisse sacramenti? Venit eñ primus testis ad inferos cum anĩa Chr̃i, factusq; aduentus eius, electis oĩbus remissio pc̃tõrum, q expectabãt eũ in tenebris, cõgregati illuc ab origĩe m̃di. Paulo præierat felix ille latro, q dixerat: Memento mei dñe, dum ueneris in regnũ tuũ. & cõtinuo ista remissiõe pc̃tõrum subsequẽte cũ dño cõpletũ est, qđ dixerat ei dñs: Amẽ dico tibi, quia hodie mecum eris in paradiso. Prius eñ latro nũ crura fracta sunt, q̃ sanguis ille, uel aqua illa funderet. Et quia non sola salus animarũ, sed & resurrectio parabat corporũ, unde p decurrẽtes reliq̃s testes, cooperãte tertio terra cõcussa est, & monumenta aperta sunt, ut resurgerẽt cũ dño testes, futuræ uniuersalis resurrectiõis mortuorũ. Tres igitur testes illic affuerunt, ubi conditum est hoc sacramentum, & eorum spũs primus est. Proinde & de hoc primitus dicendum est.

Lucæ.23

¶ Qđ spũs sacr̃o dare incipiat testimoniũ, q sumus filij dei, & qũo unus idẽq; fons, & uterus nobis & sepulchrum fiat, atq; inde prima resurrectio fit. Ca. IX.

Spiritus testimonium primum in terra

Roma.8

SPiritus sanctus, hic in terra dat, & ab hoc sacr̃o dare incipit testimoniũ illud, de quo Apostolus dicit: Nõ eñ accepistis spm̃ seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spm̃ adoptiõis filiorũ, in quo clamamus: abba pr̃: Ipse eñ spũs testimoniũ reddit spũi nostro, q sumus filij dei. Ab hoc, inquã, sacr̃o dare illud testimoniũ cępit, nã anteq̃ cõderet eramus inimici. Et si aliq fuerãt amici ueluti Abrahã, q amicus dei appellatus ẽ, nihilominus a cõditiõe huius sacramẽti. i. à passiõe Chr̃i filij dei testimoniũ hoc dari cęptũ est, q sumus filij dei, testãtibus ipsis Abrahæ filijs, ac dicẽtibus: Eramus eñ aliqñ, & nos natura filij iræ, sicut & cæteri. Nam nec ipse Abrahã aliũde amicus dei appellatus est, nisi a fide, & expectatõe huius sacramẽti. Deniq; oĩm, q credidit q̃ credẽdo iustificatus, etiã amicus dei factus est, hæc summa fuit, & in semine tuo b̃ndicent oẽs gẽtes, & scd̃m hãc fidẽ congruã. s. in ea corpis parte, qua semẽ traducit signaculũ circũcisiõis accepit, interim pmissiones nõ accepturus, donec ueniret, q benedictionẽ daret. Igit ab hoc sacr̃o testimoniũ dare incipit, q sumus filij dei, etẽm in hoc sacr̃o suo ipe efficit, quatenus renascamur & simus filij dei. Qui eñ diuina oĩpotentia sua, in Mariã supuenit, & obumbrauit illi, ut conciperet & nasceret ex ea unigenitus filius dei, ipe eadẽ om̃ipotentia supuenit aquis, & eis fœcunditatẽ tribuit, ut renascãtur ex eis filij dei. Fons aquæ elemẽtaris, hoc spũ supueniẽte uiuificatus, fit uterus ecclesiæ, uterus gr̃æ. Idcirco Chr̃us dicit: Nisi qs renatus fuerit ex aqua, & spũ, &c. Apostolus aũt: Consepulti eñ sumus cũ illo p baptismũ in mortẽ, ut qũo surrexit Chr̃us a mortuis, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Itaq; unus idemq; fons, & uterus nobis, & sepulchrũ est. Vterus quia sicut dicit Chr̃us: renascimur, sepulchrũ, quia sicut dicit Chr̃i Apostolus: & illic Chr̃o cõsepelimur, & inde Chr̃o cõsurgimus. ¶ O igit mirabilis artifex spũs: Fecit qđ fieri posse nesciebat hõ magister in Israhel cũ diceret: Qũo p̃t hõ nasci cũ sit senex? Nunqd p̃t in uentrẽ matris suæ iterato introire, & nasci? Bene rñdens dñs Iesus, nõ dixit, nõ p̃t fieri, nõ p̃t hõ in uentrem matris suæ iterato introire, & nasci, sed ait: Amẽ amẽ dico tibi, nisi qs renatus fuerit ex aqua & spũ sancto, non p̃t uidere regnũ dei. Nõ inquã negauit posse hoĩem in uentrẽ matris suæ iterato ĩtroire, & nasci: sed dixit q̃lẽ uel cuius uterũ matris suæ dẽret hõ iterato ĩtroire & nasci. A qua nãq; supueniẽte hoc spũ, fit ille uterus matris nostrę Hierusalẽ cœlestis, de quo ut abortiuũ proiectus est hõ, qñ peccauit: quia uidelicet ueneno infectũ serpentis ille uterus eũ tenere usq; ad legitimũ tp̃s nõ potuit. i. usq; dum statuto tp̃e, de cõsepto paradisi limite, in quo nõ ualde artas acceperat angustias p̃cepti, pferret in latitudinẽ cęli ad similitudinẽ ãgelorũ dei. Vterus, inq̃, eiusdẽ matris hæc aqua p spm̃ sanctũ fit, in cuius sacramẽtis debeat receptus cõtineri usq; ad diem, cuiusdã natiuitatis. i. usq; ad finẽ uitæ p̃sentis, qñ nascatur ad uidendũ regnũ dei. Quo contra de illis q scindunt eundẽ uterũ faciẽdo hæreses & schismata, dicit Psalmista: Alienati sunt pc̃tõres a uulua, errauerunt ab utero locuti sunt falsa. Et quia isti quoq;, sicut Adã p serpentẽ decepti sunt abortiui, cõtinuo subiungit. Furor illis scd̃m similitudinẽ serpẽtis, &c. Sic aqua hæc uterus est, unde scd̃m Chr̃i sñiam renati sumus, ex eodẽ nimirũ actu scd̃m Apostoli Chr̃i sñiam sepulchrũ est, in quo Chr̃o cõsepulti sumus, & uñ Christo cõsurreximus, qa nimirũ, moriẽdo in illũ uterũ introit, & q moriẽdo introiuit, resurgendo renascitur. Qũo? Præueniente hoc spũ, & testificãte, qm̃ Christus est ueritas, homo pc̃tõr, & mendax, accedit & semetipm̃ accusat: semetipsum inquã. i. ueterem hoĩem, ueterẽ Adã, siue uetustatẽ, quã contraxit ex Adam, condemnat, & morti adiudicat. Dicit eñ: Ecce eñ in iniqtatibus conceptus sum, & in peccatis cõcepit me mater mea. Tunc stigmata passionis Chr̃i, signaculũ crucis Chr̃i, in fronte sua suscipit, & quia patronũ habet hũc spiritũ, quia uerã humilitatẽ, & humilẽ loqtur ueritatẽ, scd̃m spm̃, tm̃ illi uidelicet signatũ esse signaculo crucis, passiõis & mortis Chr̃i, ac si ipse crucifixus, passus, & mortuus sit. Chr̃us eñ nõ p se sed p hoĩe pc̃tõre, non ppter sua, sed ppter pœnitentis hoĩs pc̃tã crucifixus, passus, & mortuus est. Tunc trina mersione mergit in aquã: & triduanã ualet illi, Iesu Chr̃i sepulturã. Eleuat de fonte, & ecce q mortuus fuerat, prima cum Chr̃o resurrexit resurrectione.

Ephe.2.

Gene.23

Baptismate prima datur benedictio

Iohan.3.

Baptismus uterus ẽ & sepulchrum.

Iohan.3

Psal.57.

Psal.50.

¶ De duobus spũs datis, & qñ & unde spũs paracletus dici cœperit, & quod datum uel primum uel præcipuum sit. Ca. X.

Celebra-

CElebrato hoc mysterio, quotacunq; sit hora diei, siue mane, siue hora tertia, siue sexta siue noua, siue uespera. i. quæcũq; sit hoĩs ætas, siue pueritia, siue adolescẽtia, siue iuuẽtus, siue senectus, siue ætas decrepita, nouus hõ est, & puer dñi, noua creatura est, & filius dei. Verũ patrẽ suũ cui natus est, necdũ uidit, hęreditatẽ necdũ capit, quę sibi teste hoc spũ sanguine Chri cõscripta est. Qui ergo testis in baptismo factus est spũs, idẽ fit & tutor pupilli, ubi p impositionẽ manuũ sacriq; chrismatis unctionẽ scdam q renatus est, grãm accipit. Extũc iste spũs nouo iam noĩe nuncupat, diciturq; paracletus. Paracletus grece, latine cõsolator interptatur. Nouũ hoc nomẽ est, neq; spũs sanctus, anteq̃ cõderet hoc sacrm, isto usquã noĩe nũcupatus. Vbi hoc sacrm cõdebat, ubi Chrus patiebat, ipa nocte qua tradebat, hũc spm pmittẽs, isto primũ noĩe illũ nuncupauit, dicẽs: Sed quia hæc locutus sum uobis: tristitia implebit cor ue strũ. Sed ego ueritatẽ dico uobis, expedit uobis ut ego uadã. Si em nõ abiero, paracletus nõ ueniet ad uos. Si aũt abiero, mittã eũ ad uos. Tanq̃ diceret: Veritatẽ dico uobis, expedit uobis ut ego uadã. i. ut ego p passionẽ mortis ex hoc mũdo ad patrẽ transeã, quia nisi p uobis passus fuero, spiritus sanctus nõ ueniet ad uos, illo aduẽtu quo est consolator. i. pctõꝝ remissio. Nã hæc est cõis oĩm electoꝝ cõsolatio, q p Chri fidẽ, spm hũc acceperũt in remissionẽ pctõrum & p hoc nõ immerito btõs sese arbitrant, dicẽte Psalmista: Btĩ quoꝝ remissæ sunt iniqtates, & quoꝝ tecta sunt pctã. Apostoli paracletũ istũ. i. datũ huius spũs in remissionẽ pctõꝝ, ipsa qdem die dñicæ resurrectiõis acceperũt insufflãte dño ac dicẽte: Accipite spm sanctũ, quoꝝ remiseritis pctã remittũtur eis, sed scdam grãm eiusdẽ spũs nõ ante diẽ qnquagesimũ adepti sunt. Primo dato, remissionem pctõꝝ acceperũt, scdo fortes, & zelo bono feruẽtes, sciẽtes, atq; sapiẽtes, eloquentes, & miraculoꝝ potẽtes effecti sunt. Sine dubio paraclesis. i. cõsolatiõis uel gaudij causa præcipua in primo dato est: Ait em ipse dñs: Veruntamen in hoc nolite gaudere, q spus uobis subijciunt, sed in hoc gaudete q nomina uestra scripta sunt in cœlis. Deniq; primo dato spũs, p baptismũ scribuntur in cœlo noĩa electoꝝ, & inde est gaudendũ, scdo dato subijciunt spũs & cætera hmõi carismata dantur, imo diuidũtur singulis prout spũs uult, & inde nõ adeo est gaudẽdum. Nam huius gratiæ ante Chri aduentũ plurima patriarchæ & pphetæ dona consecuti sunt, & ipi Apostoli ante Christi passionẽ dæmonia eiecerunt, & nõ erat illis gaudendũ, nisi fieret ut p Christi passionem primã & præcipuã consolationẽ, primũ pcipuũ & paracleti huius datũ. i. remissionẽ acciperent pctõrum. Quo facto iure gauisum est cor eoꝝ, iuxta pmissum dicentis. Iteꝝ autẽ uidebo uos, & gaudebit cor uestrũ, & gaudiũ uestrũ nemo tollet a uobis. Pene naturale oĩbus suis, effecit disciplina huius paracleti, ut de hac prima gratia gaudeãt, & exultẽt. s. q p baptismũ peccati uetustatem deposuerint, præsertim si grãm eandẽ custodierint nouis criminibus non admissis, de scda uero gratia nõ gaudeãt, sed nec diuulgari uelint, nisi forte p gloria dei, ut ædificetur ecclesia dei. Hinc est q nemo fere, q non se Christianũ uel catholicũ uelit haberi, cum sapientẽ siue scientem uel uirtutẽ cõtra dæmones habentẽ laudabiliter uelit taceri. His igit breuiter dictis, de primo teste, id est, de spiritu dei, spiritu adoptionis filiorum testimonium reddente spiritui nostro, q sumus filij dei: uideamus de testibus reliquis.

Baptizat⁹ q̃s q nouus hõ efficitur

Iohan. 16.

Btĩ oẽs baptizati sic manẽtes.

Psal. 31.

Iohan. 20

Luc. 10.

Iohan. 16

¶Quod testis scdus sit sanguis & authoritas, siue utilitas testimonij eius q̃nta sit, & q̃uo adsit in sacramento baptismi. Ca. XI.

SEcundus post spm testis in baptismo Christi sanguis. Hic qdem ait: Tres sunt qui testimoniũ dant in terra, spus, aqua, & sanguis. At in euãgelio: Post emissionẽ spũs nõ dictũ est, exiuit aqua & sanguis, sed exiuit sanguis & aqua. Ergo scdus testis est sanguis, sicut dignitate ita & ordine literæ. Sic aũt ĩ causa hac testis iste dat testimoniũ, q̃uo in testamẽto magnũ preciũ p re cara siue necessaria corã arbitris atq; auditorib⁹ legitimis appẽsum siue datũ. Verbi gratia: Hõ ille rex euãgelicus, de quo illic scriptũ est: Simile ẽ regnũ cœloꝝ hoĩ regi, qui fecit nuptias filio suo. Idcirco spõsam noĩatã defendit, & nuptias fecit filio suo, quia spõsam eandẽ acquisiuit filius idẽ sanguine suo. Nã hoc notũ est oĩbus nuptiaꝝ filijs. Et apostolus quoq; dicit Attẽdite uobis & uniuerso gregi, in q̃ nos spũs sanctus posuit, epos regere ecclesiã dei, quã acqsiuit sanguine suo, licet rex ille dicat, tauri mei, & altilia occisa sunt, & nõ dicat. Ipse filius meus occisus est, & istã spõsam suo sanguine acquisiuit, tñ utrũq; poterat dici, quia uidelicet p acquirẽda filio regis dei spõsa ista, & pphetę & apostoli occisi sunt, & ipse filius regis occisus fuit, sed nũc uiuit. Idcirco aũt tacitũ est hoc ĩ pabola uel taceri debuit, q occisus fuerit regis filius faciẽdo nuptias uel certe ut faceret nuptias, quia uidelicet istud oẽm faciẽdaꝝ cõsuetudinẽ, imo naturã nuptiarũ exuperat. Si em qui spõsam q̃rit moriat p eadẽ spõsa: iam nõ erit qui ducat, uel nuptias faciat. Sãguis igit sic in hoc sacramẽto dat testimoniũ, q̃uo in magno magnæ rei negotio, cãm confirmat notũ & grãde precium. Nã uere sanguis filij dei magnũ est preciũ, nõ mõ quia sanguis sctũs uel quia hõ ille sctũs sctõꝝ est: ueꝝ, quia hõ q̃d det amplius uel cari⁹ sanguĩe suo nihil habet. Propterea dicit: Maiorẽ hac dilectõe nemo habet, q̃ ut aĩam suã ponat qs p amicis suis. Et Iohãnes ait: In hoc cognouimus charitatẽ dei, qm ille p nobis aĩam suã posuit. Aĩam p sanguĩe, & sanguinẽ p aĩa uicissim poni repimus, qa nimiꝝ ut physici q̃q; phibẽt, uita hoĩs, imo & oĩs aĩalis in sanguine

i. Iohan. 5.

Iohan. 19

Mat. 22

Act. 20.

Sãguis filij dei magnũ precium

Iohan. 15

i. Iohan. 3.

Gene.9. guinem est. Proinde & in Genesi scriptũ est: Carnẽ cum sanguine nõ comedetis. Sanguinẽ em̃ aiãrũ uestrarũ requirã de manu cunctarũ bestiarũ, & de manu hoĩs. Verũtñ in isto utraq;. s. aĩa & sanguis p se intelligẽda sunt. Nam qđ uere mirandũ est, & prius aĩam posuit, & deinde iam exanimis supra naturã mortuorũ corporũ sanguinẽ de latere suo, & cũ sanguine aquã fudit: sanguinẽ ut nos redimeret, aquã ut nos lauaret. Neq; em̃ idcirco sanguine suo redimere uoluit nos, ut immunda uasa possideret, sed ut nos à pc̃tis nostris lauaret, & mũdos in sc̃tificatõe & honore possideret. Sanguinẽ ergo redẽptiõis preciũ, & aquã fudit sanctificatõis lauachrũ. Veruntñ & hoc legimus, quia sanguine lauit nos. Nã Iohãnes Apostolus dicit: Qui dilexit nos, & lauit nos à pc̃tis nostris in sanguine suo. ¶ Dicamus igit̃ fideliter, quia quæ de latere eius fluxit aqua lauit nos, sed de socio sanguĩe, aqua uirtutẽ hãc obtinuit, ut posset lauare nos. Nam sine sanguĩe aqua pdesse nõ poterat: sine sanguine inquã, testamentũ ratũ fieri, aut hæreditas regni dei nobis delegari nõ ualebat. Vñ Apostolus: Vbi em̃, inqt, testamentũ mors necesse est intercedat testatoris. Testamentũ em̃ in mortuis cõfirmatũ est. Alioquin nondũ ualet, dũ uiuit q testatus ẽ. Vñ nec primũ sine sanguine dedicatũ. Est ergo sanguis aquæ pciũ. i. idoneã efficiẽs aquã ad cõcipiendũ spm̃, ad cõferendã remissionẽ pc̃torũ. Hoc medio cõciliat̃ aquæ ĩferiori spũs superior. Et illic qdẽ utrũq; sc; sanguis & aqua uisibiliter concurrit, nam q uidit testimoniũ phibuit: sed neutrũ quenq̃ mortuorũ aut uiuorũ uisibiliter tinxit: hic autẽ ubi singuli credentiũ baptizant̃, unũ tm̃. i. aqua uisibiliter adest, & uisibiliter atq; sensibiliter tingit, nam sanguis neq; uisibiliter adest, neq; uisibiliter elemento aquæ sese coniũgit aut infundit. Inuisibiliter adest ille sangis in cõspectu fidei, cui nulla p iudicat localitas, aut uetustas, siue lõgeuitas tpis, nã ipsa sine dubio illic est, & illuc ubi sanguis ille fusus est hoĩem reducit interiorẽ, dũ dicit̃ illi: Credis in deũ patrẽ oĩpotentẽ, & in Iesum Chr̃m filiũ eius, q passus est sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus? &c. In hoc uerbo passionis, & crucis Chr̃i, dũ dicit: credo, sine dubio adest ille sanguis, & inuisibiliter qdem, tam sc̃dm inuisibilẽ anĩæ, q̃ sc̃dm uisibilẽ corpis substantiã lauat, & a cũctis emũdat pc̃tis. Si em̃ sanguis hyrcorũ & taurorũ, inqt Aplus, & cinis uitulæ aspsus inquatos sc̃tificat ad emũdationẽ carnis, q̃ntomagis sanguis Chr̃i, q p spm̃ sc̃tm̃ semetipsum obtulit ĩmaculatũ deo, emũdauit consciam nr̃am ab opibus mortuis, ad seruiendũ deo uiuẽti &c. De tertio teste. s. aqua nũc dicendum est.

Marginalia: Redemit nos Christus sanguie, ut aqua lauaret. — Apo.1. — Hebræ.9 — Iohan.19 — Sanguis Christi p fidẽ adest inuisibiliter — Hebræ.9.

¶ De tertio teste. s. aqua, q sicut spũs dei ferebat̃ sup aquas, ita nũc ueraciter dicamus, quia spũs ut nouã faciat creaturã fertur super aquas. Ca. XII.

AQua illa quæ cũ sanguine de mortui Chr̃i latere fluxit noua creatura fuit, & ad hoc creata est, ut alterũ recreatõis mũdi principiũ existeret. Alterũ, inquã, principiũ, nã primę creatõis mundi prĩcipiũ, & creãdarũ prima fuit materia specierũ. Etem̃ cõfusa tũc erat aquarũ substãtia, & sub aqs latebãt oĩa, qñ dicẽte deo, fiat lux &c. ferebat̃ spũs eius sup aquas. Hoc sane interest, q tunc aq̃s illas creauerat deus de nihilo: hanc autẽ aquã non de nihilo, sed de hoĩs Iesu Christi creauit corpe iam mortuo. Alterũ ergo principiũ aqua illa fuit, imo est. Et illo qdem principio sic supferebat̃ aquis, spũs dei, ut diceret, fiat lux, & facta est lux, quã angelicã creaturã recte intelligimus, in isto autẽ principio sic supferri dignatus ẽ aqs idẽ spũs, ut itidẽ diceret: fiat lux, & facta est lux, quã lucẽ dei uisionẽ, hoĩbus redditã cõfitemur. O uere magnus & laudabilis artifex hic sapiæ spũs, q nobis ut absq; ulla cõtradictõe noua eẽmus creatura, atq; idcirco nõ ptineremus ad præuaricatorẽ ueterẽ Adam, adinuenit alterũ principiũ, adinuenit artis modũ, q̃ ad illud nos reduceret principiũ, & de uetere faceret hoĩes nouũ. Ista ẽ sapia, quã nemo pricipũ huius mũdi cognouit. Si em̃ cognouissent, nunq̃ dñm gloriæ crucifixissent. Nimirũ ipsa calliditas principũ tenebrarũ hoc præscire nõ potuit. Sciebãt ipsum eẽ Christũ filiũ dei, sed hoc nullatenus scire uel ęstimare potuerũt, q alterũ nobis tale principiũ adinuenire posset sapia dei, q̃ nos defendẽs reprehẽdi nõ possit iustitia dei. Quid em̃? Quãtum & q̃ admirabile est hoc inuentum? Hoc artificiũ & tunc qñ cõditum ẽ fallacẽ diabolum sapiẽter fefellit, & deinceps oẽs deos, imo non deos, sed dæmonia gẽtium, Iouẽ, Herculẽ, Iunonẽ, Mineruã, cæteraq; portẽta dæmonum, oẽs q̃q; cultores eorũ, oẽs sapiẽtes infatuatos huius seculi, reges & imperatores orbis sapiẽter elusit, fortiter uicit. Quõ Christus in contẽptibili forma serui occultã cõtegẽs formã dei, fortẽ armatum in eo ipso q contẽnebat̃, uicit, & de atrio suo foras misit, sic aqua ista in sua uili substãtia pretiosam cõtegẽs grãm spũs sc̃ti, & sanguis Christi dæmonũ culturã destruxit, tẽpla dæmonũ in tẽpla Christi, cultores & filios diaboli in ueros adoratores & filios dei cõuertit.

Marginalia: Tertius in terra testis aqua — 1.Co.2 — Lucæ.11

¶ Quàm clemẽter spũs sapiæ pauperibus pspexerit, ut aquã quæ cunctis res accessibilis est ianuam faceret regni dei, &c. Ca. XIII.

ET uide dũ ptri aduersæ sic illudit, suis paupibus q̃ clemẽter spũs sapia pspicit. Nã ecce aq̃ regni dei ianua facta est. Quàm aũt accessibilis est talis aditus regni dei. Quis tam pauper est cẽsu, ut urnã huius elemẽti cõparare nequeat suis sumptibus? Nã siue de lacu, siue de flumine, siue de magno mari, siue de paruo fonte sumpta limpha, p hac intentõe, p hac fide, & sacrata sancti nomĩs ĩuocatõe illa est aqua, quæ de illo fluxit sacro Christi latere. Ergo & sc̃dm hoc mysteriũ, recte dictũ ĩtelligit̃ illud ppheticũ: Oẽs sitiẽtes uenite ad aquas, & q non habent ar

Marginalia: Aqua baptismatis nõ determinata — Esa.55

bent argentum properate, emite, & comedite. Venite, emite, absq; argento, & absq; ulla cõmu-
tatione uinũ & lac. Nã sicut absq; ulla cõmutatõe uinum & lac, ꝓpositũ est oĩbus de fonte scriptu
rarũ: sic absq; auro uel argento, absq; ullo rerũ oĩm dispendio, ꝓpositũ est oĩbus hoc regenerãtis
aquæ sacrm̃ copiosum. ¶ Sed forte aliqs instãte ꝑsecutore, aliqs confessor Christi præpeditus ab
aliq̃ diaboli satellite, tp̃s aut locũ nõ hꝫ, ut possit cũ hydria saltẽ de ꝓximo fluuio quippiã haurire Baptisma san-
qđ ministro salutis huius offerat, & in confessione Christi sup ip̃m fundat. Multi eñ ꝑsecutionis guinis
articulo præoccupati, sine aquæ baptismo supplicij affecti ꝓ Christi noĩe cõfirmati & consum-
mati sunt. Quid ergo? Nũqd hi baptizati nõ sunt? Imo tãto maiorẽ grãm præ illis q in pace ec-
clesiæ moriunt, assecuti sunt: quãto grauiori dispẽdio morti & sanguini Christi cõicauerũt. Nã Roma. 6
in baptismo cõis tm̃ similitudo mortis ẽ, sicut ait apostolus: Si eñ cõplãtati facti sum⁹ similitudi
ni mortis eius simul & resurrectõis erimus, in martyrio autẽ ipsa mors. Qđ si martyriũ baptism⁹ Lucæ. 12.
non esset nunq̃ dñs de passione sua dixisset, q̊d iam supra dictũ est. Baptismo habeo baptizari, &
qũo coartor usq; dũ ꝑficiat. Verũ exceptis his, q̊s eiusmodi articulus nõ intercipit, nulli sp̃us sc̃tus
extra fontes occurrit, totãq; remissionẽ pc̃tõrũ inter aqua; continet, nec ultra extendit.

¶ Iterum de quibus testibus spiritu, sanguine, & aqua, ꝗ sine utrolibet non sit ratum testimonium in terra. Ca. XIIII.

TRes igitur testes sunt isti, sp̃us, aqua, & sanguis, quorũ sine utrolibet nõ est testimoniũ j. Corĩ. 12
ratum in terra. i. in præsenti ecclesia. Nã nisi dicat qs, dñs Iesus in quo dictũ est testi j. Iohan. 5.
moniũ sp̃us, nemo eñ dicit: dñs Iesus nisi in sp̃ũ sancto, & nisi dicat, quia hic est q uer
nit ꝑ aquã & sanguinẽ Iesus Christus, nõ in aqua solũ, sed in aqua & sanguine, & hæc
dicens, baptizetur aqua elemẽtari, nõ est in terra recipiendus, nõ est ecclesiasticæ cõioni admit-
tẽdus, utpote legitimis & necessarijs carẽs testibus. Vnus aut duo testes in isto negotio, nõ suff. ci Acto. 19
unt. Vnũ solũmõ testẽ illi discipuli habebãt, qbus cũ dixisset Paulus, si sp̃m sanctũ accepistis cre-
dentes, dixerũt: Sed neq; si sanctus ẽ sp̃us audiuimus. Vnũ, inquã, testẽ. s. aquã solã habebãt. Nã
in Iohãnis baptismate, sicut neq; si sp̃us sanctus eẽt, audierãt, ita nec sanguinis testimoniũ accepe
rant. Neq; eñ Iohãnes uerbo crucis qđ nondũ erat cathecizare, aut sanguinẽ q necdũ fusus fue-
rat, ꝓdicare poterat. Vnũ igit testẽ. s. aquã habebãt, & idcirco nisi baptizarent adhuc, neq; in ter
ra, neq; in cœlo recipiẽdi erãt. Duos testes habẽt. s. aquã & sanguinẽ, & tertiũ. i. sp̃m nõ hñt, qui-
cunq; apud hæreticos baptizãtur. Neq; eñ hæretici qcunq; fidẽ dñi Iesu aliqua blasphemia di-
minuũt uel dilacerãt, ueraciter dicunt, dñs Iesus: & idcirco nequaquã in spiritu sancto loquũtur
Quãmuis ergo in eum q pro nobis crucifixus est, cathecizent, & baptizent, aquæ qdem & san-
guinis testimoniũ habere uidẽtur: sed sp̃us testimoniũ nõ habere cõprobantur. Veruntñ si ba-
ptizati sunt in nomine patris, & filij, & sp̃us sancti, multæ siqdem hæreses in isto noĩe baptizant
his q ab eis ad catholicã ecclesiã cõfugiũt, nõ repetitur lauacrũ carnis, sed tm̃ per impositionem
manuũ reconciliati tertiũ testẽ. i. sp̃m accipiũt. Rursus qui sp̃us & sanguinis habẽt testimonium
dicẽdo, dñs Iesus: & credendo, quia ille ꝓ nobis sanguinẽ suũ fudit, nõ eos pigeat quãlibet iusti si
bi uideãtur tertij testis. s. aquæ quærere testimoniũ. Nã siue Iudæus in lege iustificatus, siue phi-
losophus in uirtutũ studijs collaudatus, dicat: dñs Iesus, & hic ꝓ oĩni mundo est passus, sed aqua
baptizari in remissionem pc̃tõrum dedignetur, tanquã sit iustus, nullo modo in terra recipitur,
nullatenus hic ecclesiastica frui communione permittitur.

¶ Qũo gratia baptismi & si actu noua uoluntate, tamen & proposito dei uetus sit. Caput .XV.

NEc uero quasi nouam licet hanc traditionem contemni: quia & si actu noua est, uolũ
tate uetus est, & proposito dei. Nam & Iudæo paucis respondeam, qui pene naturali Iohan. 3
ter hoc sacramentum aspernatur, & odit, nunquid primũ a Christi euãgelio? nunqd
primũ a Christo dicẽte: nisi qs renatus fuerit ex aqua & sp̃ũ sancto nõ põt uidere re-
gnum dei, testimoniũ habet authoritatis huius sacramẽti? Nõne & lõge añ hæc iustitia testifica
ta est, a lege & ꝓphetis? A lege factis mysticis. A ꝓphetis testificata est dictis manifestis. Primũ Iohan. 3
uerba ꝓphetica recolẽtes dicamus, nõ iã Nicodemo: Tu es magister in Israhel, & hæc ignoras?
sed cuilibet didascalo Iudæorũ, tu es cæcus cæcorũ dux, q hæc ignoras. Nã ecce in Ezechiel loqui Ezech. 36
tur deus: Sanctificabo nomẽ meũ magnũ inter gẽtes, ut sciant gentes, quia ego dñs, cũ sanctifi-
catus fuero in uobis corã eis: Tollam quippe uos de gẽtib⁹, & cõgregabo uos de uniuersis terris Ezechielis te-
& adducã uos in terrã uestrã. Et effundã sup uos aquã mundã, & mundabimini ab omnibus in- stimoniũ de
quinamẽtis uestris & ab uniuersis idolis uestris mũdabo uos. Et dabo uobis cor nouũ, & sp̃m no baptisma-
uum ponã in medio uestri. Et faciam ut præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, &
operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus uestris. Quid aliud in euangelio suo, deus
homo factus facit, quàm quod in isto Propheta deus homo futurus promisit? Nam ecce si quæ-
rebas quid in isto propheta dixerit: sanctificabo nomen meum magnũ, & cum sanctificatus fue
ro, effundã sup uos aquã mundã, & sp̃m nouũ ponã in medio uestri: si, inquã, quærebas, qñ istud
factũ sit, ecce ad illud baptismũ peruenies, de quo dicebat: baptismo habeo baptizari, & quomõ

Lucæ.j2. coartor usq; dũ perficiatur, id est, continuo capiendus, & ad passionẽ suã ducẽdus, ipse loquitur
Et pro eis ego sanctifico meipm̃, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Hæc dixit & cõtinuo san-
ctificans seipm̃. i. offerens p spm̃ sanctũ semetipm̃ immaculatũ deo uiuenti, istã de qua loqmur
aquã mũdã sup nos effudit, & spm̃ nouũ, spm̃ sanctũ posuit ĩ medio nr̃i, tollẽsq; nos de gẽtibus
Gentes em̃ eramus ad simulachra muta, prout dicebamur euntes, abstulit cor lapideũ de carne
nr̃a, qa lapides eramus, lapidea colẽtes idola, & dando nobis cor carneũ, suscitauit de lapidibus
Esaiæ.j. filios Abrahæ. Ex tũc habitamus in terra quã dedit patribus nostris, qa renati ex ista aqua & ex
Esaię testimonium de baptismate. isto spũ, incepimus uidere regnũ dei. ¶ In Esaia q̊q; cũ reprobasset iustificatiões Iudęorũ dicẽdo
ne offeratis ultra sacrificiũ frustra, incẽsum abhominatio mihi. Neomenias & sabbatũ & festi-
uitates alias nõ ferã. Iniq sunt cętus uestri, Calendas ur̃as & solẽnitates nr̃as odiuit aĩa mea, facta
sunt mihi molesta, laboraui sustinẽs. Et cũ extẽderitis man⁹ uestras, auertã oculos meos a uobis
Esaiæ.4j. & cũ multiplicaueritis orationẽ, nõ exaudiã, manus em̃ uestrę sanguine plenę sunt, cõtinuo qd
Esaiæ. 64. malit dicẽs: Lauamini, inqt, mũdi estote. Itẽ, Si abluerit dñs sordẽ filiorũ Syõ, & sanguĩe3 Hier̃m
Zacha.j3 lauerit de medio eius ĩ spũ iudicij & spũ ardoris. Et ne qs de iustitia p̃sumẽs hoc lauacro se egere
Zachariæ testimoniu3 de baptismo. nõ æstimet, sicut pãnus mẽstruatę, inqt, oĩs iustitiæ nostræ. Et in Zacharia. In illa die erit fons
patẽs domus Dauid & habitãtibus Hier̃m in ablutionẽ pc̃toris & menstruatę. Pauca sunt hæc
Exod.j5. de pluribus dictis p̃pheticis. A lege aũt testificata ẽ hæc iustitia dei, cũ in multis, tũ maxĩe in eo
q̃ post ĩmolationẽ agni fugiẽtibus filijs Isr̃l, apuit deus mare & ingressus ẽ Pharao q̊q; cũ curri
bus suis & equitibus in mare & reduxit sup eos dñs aq̃s maris, filij ãt Israhel ambulauerũt p siccũ
in medio eius. Verũ q̃tacũq; p̃ferãt exẽpla siue testimonia de scripturis, p̃seuerãt in malo, isti nõ
tã Iudæi siue Israhelitæ ¶ Philistijm similes illis q primi fuerũt hostes Israhel fugiẽti ad mare ru
Exod.j3 brũ de quibus scriptura dicit. Cũ emisisset Pharao populũ, nõ eos duxit deus per uiã terræ Phi-
listijm, quæ uicina est reputãs ne forte pœniteret eũ, si uideret aduersum se bella consurgere.

¶ De tribus qui testimoniũ dant in cœlo, & cur non dixerit: Pater & filius, sed pater & uerbum, & quomodo uerbum homini assumpto testimoniũ perhibuerit Ca. XVI.

De tribus testibus in cęlo. j. Iohan.5. DE tribus testibus testimoniũ in terra dantibus pro posse diximus, supest, ut & de tri-
bus testimoniũ in cœlo dãtibus breuiter dicam⁹. Nã & tres sunt, inqt, q testimoniũ
Verbũ cur dixerit, nõ fili⁹ dãt in cœlo. Pater & uerbũ & spũs sanctus. Primo quęritur cur nõ dixerit q̊d magis
usitatũ est, pater & filius, sed pater & uerbũ & spũs sanctus. Ad q̊d dicẽdũ, qa nõ solũ
j. Iohan.5. tres illi uel tres isti testes testimoniũ dãt, q̃ sumus nati ex deo, sicut p̃posuerat, dicẽdo: oĩe q̊d
natũ est ex deo, uincit mũdũ, & sicut in fine capituli, q credit (inqt) in filiũ dei, habet testimoniũ
dei in se. Verũ & ipsi, imo principaliter ipsi Iesu testimoniũ dãt, qa ip̃e ẽ Chrũs, uel qa Chrũs est
ueritas. Ne ergo occasio porrigeretur hęreticis, dicturis duos eẽ filios, alterũ filiũ dei, & alterũ fi
liũ hoĩs, de illo hoĩe, q pepẽdit in cruce & mortuus est testificatiões conferẽs, noluit dicere, quia
testimoniũ dant ei pater & filius, cũ ipse in utraq; substãtia dei & hoĩs unus sit dei filius, sed pa-
ter & uerbũ (inqt) & spũs sanctus. Nã reuera nõ filius filio, sed uerbũ assumpto homini testimo
niũ dat, q̃ ipse qui negatus & reprobatus est, ipse inq̃ sit Chrũs, ipse sit ueritas. i. nõ altera Chri-
sti persona, alteri Christi personæ, sed altera Christi substãtia, alteri Christi substãtiæ hoc testi
moniũ dat. Qũo testimoniũ dat hoc uerbũ? Vt multa p̃ter eã, q̃ nostrã excedunt infantiã, in eo
nimirũ testimoniũ dat, q̃ q̃cũq; locutus ẽ hic hõ, uera sunt, & oĩa unũ uerũ uerbũ. Et hoc est legi
timũ testimoniũ. Dicit em̃ lex cognoscẽdi prophetę & nõ prophetę signũ. ¶ Q̃d si tacita cogi-
Deut.j8. tatiõe r̃nderis, qũo possum intelligere uerbũ q̊d nõ ẽ locutus dñs, hoc habebis signũ. Q̃d in no-
mine dñi propheta ille p̃dixerit, & nõ euenerit, hoc dñs nõ locut⁹ est, sed per tumorẽ animi sui
propheta cõfinxit, & iccirco nõ timebis eũ. Hoc nimirũ propter istũ prophetã, imo propheta-
Ibidem. rũ dñm dictũ est. Promiserat em̃ dicẽs: Prophetã de gẽte tua & de fratribus tuis, sicut me susci-
tabit dñs deus tuus, &c. Hac erga p̃eunte legis propositiõe assumptionẽ ip̃e de q̊ propositũ fue
Matth.24. rat, nobis porrigit, dicẽs: Cœlũ & terra trãsibunt, uerba ãt mea nõ trãsibunt. ¶ Porro aduersus
inimicos eius Iudæos uel istud sufficiat, qa dixit de illis. Et cadẽt in ore gladij, & captiui ducẽtur
in omnes gentes, atq; ita factum est. Igitur secundũ uerbi testimoniũ Iesus est Christus, Iesus
Pater qũo dat testimoniũ utiq; ut putabatur filius Ioseph, & non alius Christus est. Quomodo autem pater dat huic te-
stimonium? Primũ dicẽdo hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Deinde semper
Mat. 3. illũ audiẽdo in faciẽdis operibus magnis, q̃ nemo alius fecit, maxĩe uero ip̃m resuscitãdo a mor
Iohan. j. tuis. Si em̃ dicẽdo se esse Christũ mẽtiret̃ diuinorũ operũ testimoniũ nõ illũ comitaret̃ resurre-
ctio carnis eius q̊d magnũ ẽ testimoniũ nõ cõseq̃ret̃. Nihilominus spũs sanctus testimoniũ dat
huic, q̃ sit Christus, uel q̊d sit filius dei, quia uidelicet queẽadmodum dixit: Cum uenerit paracle-
tus, quẽ ego mittã uobis a patre, spiritũ ueritatis, qui a patre procedit, ille testimoniũ p̃hibebit
Iohan.j5. de me, & uos testimoniũ p̃hibebitis, sic factũ est & fit, & fiet usq; in finẽ seculi. Hi tres testimo-
nium dant in cœlo. i. inuisibiliter. Nam ante dicti testes. s. spiritus, aqua, & sanguis, dederũt te-
stimoniũ in terra. i. uisibiliter. Spũs em̃ uisibiliter. i. sumpta colũbæ corporea specie, sup illũ ap
paruit, affirmãs q̃ hoc signo cognosci iusserat. s. q baptizat, sanguinẽ & aquã uisibiter de latere
suo iam

suo iam mortuus fudit, quod non fecisset, si nõ esset Chrũs filius dei. Nũc ad nostra redeamus

¶Quomodo non satis sit ut tres nobis testimoniũ dent in terra, nisi & tres testimoniũ dent in cœlo, & qũo hi tres non unus, sed unũ sint. Ca. VVII.

POstq̃ nos q dicimus dñs Iesus baptismo eius baptizati sumus, tribus utiq; testib⁹ in terra.i. in pñti ecclesia cõmẽdamur, sed nõdũ satis est. Ait em: Nõ omis q dicit mihi, dñe dñe intrabit in regnũ cœlorum. Et Aposto. Iacobus. Fides (inqt) sine opibus mortua est Igit sicut tres sunt q testimoniũ dãt in terra, ut in cõmunionẽ ecclesiæ suscipiamur, sic tres sunt q testimoniũ dãt in cœlo, ut in regnũ cælorum introeamus. Tres isti testes sunt pater & uerbũ & spũs sanctus. Cuius rei dãt testimoniũ? Nimirum dilectionis, p quã fides opatur. s. q fidẽ habẽtes, dilectionẽ quoq; habeamus noĩs huius, & iccirco in regni cœlorum gloriã intrare digni habeamur, sicut scriptũ est. Et gloriabũtur in te oẽs q diligũt nomẽ tuũ. Quã aũt honorificũ sit taliũ personarum frui testimonio corã cũctis cœlorum uirtutibus, nisi expti scire nõ possumus Et hi tres unũ sunt. Nõ hi tres unus, sed hi tres (inqt) unũ sunt. Qđ idẽ est ac si dixisset. Hæ tres psonæ una substãtia sunt. Ita & ipe Chrũs aduersus Iudæos, & cõtra Arrianos nihilominus & cõtra patripassianos, ego (inqt) & pater unũ sumus. Nã ego & pater cũ dicit duos in psonis, qđ negant patripassiani, id est Sabelliani sumus cum dicit, unũ in substantia testatur, quod negant Arriani. Ita & hic ait: Hi tres unum sunt, id est, hi tres in personis, unum in substantia sunt. Restat ut iuxta propositum de septimo teste loquamur.

Matth. 7 *Iaco. 3.* *Psalm. 5.* *Hereses in trinitatem* *Iohan. 10*

¶De septimo, qđ est dñici corpis & sanguinis sacramẽtũ, qđ nobis non tm̃ testimoniũ, sed ipm sit uitæ testamentũ, & q traditio eius a passione dñi habuerit initium Ca. XVIII

SEptimus testis nobis scđm pñs negociũ dñici corpis & sanguinis est sacramentũ. Huius nimirum sacramẽti uirtus, nõ utcũq; testimoniũ, sed ipm est uitæ & salutis nostræ testamẽtũ. Ait em. Hoc ẽ corpus meũ qđ pro uobis tradet, hic calix nouũ testamẽtũ in meo sanguine qui pro uobis fundet. Hoc testimoniũ ut supius dixim⁹, testimonio, qđ aduersus nos habebat diabolus, quadã oppositiõe propria oppositũ est, qa ve cõtra cibi uetiti culpã, cibus & potus grẽ est cõtra serpẽtis uenenũ, sancti spũs antidotus est. Et hoc utiq; sacramentũ ab eadẽ dñi nostri Iesu Christi passione habet, uenæ suæ principiũ. Sciendũ quippe, qa cum de isto multa locutus fuerit ante suã passionẽ, nusquã tñ traditionẽ eius dedit, anteq̃ ad ipsam uenisset passionẽ. Iam em erat uenditus (ut Apostolus ait) Ipsa nocte qua tradebat, accepit panẽ gratias agẽs, fregit & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meũ, qđ pro uobis tradet, &c. Cur hoc nisi qa nõ aliunde uiuificũ hoc mysteriũ, sed ex ipa cõdebatur dñi passiõe? Iccirco subinde idem Apostolus dicit. Quotiescũq; em mãducabitis panẽ hũc, & calicẽ bibetis, mortẽ domini annunciabitis donec ueniat. Pulcher & rationabilis ordo salutis, ut prius supradictorũ testium scilicet spiritus sanguinis & aquæ sacramẽto baptizati, maculã ueteris cibi lauaremus, & tũc demũ eidẽ edulio mortis cõtrariũ hũc cibũ, & hũc potũ salutis ppetuæ perciperemus.

Septimus testis eucharistia. *Lucæ. 22.* *j. Corin. 11*

¶Quod in typũ horum duũ sacramẽtorum olim prior populus & mare transierit, & panẽ de cælo atq; aquã de Petra cõsecutus sit, & qũo Apostolus eandẽ escã spũalẽ eos mãducasse, & eundẽ potũ spũalem bibisse dixerit. Ca. XIX.

IN typũ horũ duũ sacramentorum, olim prior populus, & mare trãsiuit, & in deserto panem de cælo mãducauit, aquã de petra bibit. Vnde & Apostol⁹: Nolo em uos ignorare fratres qm̃ patres nr̃i, oẽs sub nube fuerũt, & oẽs mare transierũt, & oẽs in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari. Et omnes eandem escam spiritualem mãducauerũt, & oẽs eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant tutem de spirituali consequente eos petra. Petra autẽ erat Christus. Et post pauca: Hæc aũt (inqt) omnia in figura cõtingebãt illis. In figuram cum dicit: subaudiendũ necessario est horũ quæ reuelata suo tẽpore, gratia & ueritas per Iesum Christũ fecit uel dedit. Proinde cũ eandẽ escã & eundẽ potũ dicit, & nõ addit aliqd, ut uerbi gratia dicat: Quam nos manducamus uel quem nos bibimus, nunc de mensa Christi nullatenus dissonat dictio eius Christo dicẽti: Amen amen dico uobis, non Moyses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Dixerant enim Iudæi. Quod tu facis signũ, ut uideamus & credamus tibi? Quid oparis? Patres nostri mãducauerũt in deserto mãna, sicut scriptũ est: Panẽ de cœlo dedit eit mãducare. Negauit protinus ueritas dicẽs: Amen amen dico uobis non Moyses dedit uobis panẽ de cœlo, sed pater meus dat uobis panẽ de cœlo uerũ. Tanq̃ diceret. Hũc panẽ de quo propheta dicit: panẽ cœli dedit eis, panẽ angelorum mãducauit homo, uere dico uobis, nõ Moyses pterito tpe uobis dedit, aut dare potuit, sed pr̃ meus pñti tpe dat. Itaq; cũ dicit Aposto. eandẽ escã spũalẽ mãducauerũt, & eũdẽ potũ spũalẽ biberũt, & nõ addit quam uel quem nos hoc reuelatæ gratiæ tempore sumimus, nõ contrarius est sententiæ Christi, sed sicut alio tendit ita & relationes pronominum, eandem & eundem alio ducit. Intendit enim præsumptionem nobis securitatis auferre, ne putemus nos securos esse debere quasi quomodocũq; uiuamus post baptismũ, & mẽsæ Christi participationẽ sine dubio debeamus regnũ dei uidere, uitã æternã habere. Hoc intẽdẽs dicit in figura nostri illud cõtigisse, q illi oẽs mare transie-

Figuræ eucharistiæ *j. Corin. 10* *Iohan. 6.* *Psalm. 72.* *j. Corin. 10*

1.Corin.10. trāsierūt,& oēs māna māducauerūt,& oēs aquā de petra biberūt,& tñ nō oēs in illā repromissionis terrā introierūt, sed nō in plurib' eorū (inqt) beneplacitū ē deo. Nā prostrati sunt in deserto. Sic etem̄ nō oēs q̄ hūc panē manducāt, & hūc calicē bibūt, cuius ille panis & illa aqua figura fuit, ingredient in illā uere repromissionis & uiuentiū terrā, cuius illa terra sine dubio figuram prætulit. Igitur eandē escā & eundē potū cū dicit, subaudiēdū est mali, quā uel quē boni, eandē sine dubio & eūdē Chore, quā uel quē Caleph & Iosue, eandē eundēq; Dathā & Abiron, quā uel quē Moyses & Aaron. Quod si queritur, qūo ergo esca spūalis, & potus spūalis erat, facile re-Ibidem. spondetur, qa nō alio sed eodē modo quo & petra spūalis uel Chrūs erat. Sicut eñ dixit spūalē escam & spiritualem potū, sic dixit de spūali petra. Petra aūt erat Christus. Constat uero, quia sic petram spiritualem uel petrā Christum dixit, ac si diceret: spiritualis petrę figuratiuā, Christi significatiuā. Ita ergo & spiritualem escam & spiritualem potum dixit, ac si diceret: Escam figuratiuam escæ spiritualis, potum significatiuum potus spiritualis.

¶Quo illis æque ut nobis hoc sacramētū necessariū fuerit, & qūo qui mortui erāt, huius participes esse uel fieri potuerint, & q̄ hoc sacramentū efficiat, ut nobis qui nondum eramus, proficiat mors Christi. Ca.XX.

ITaq; tam unū q̄ alterū sacramētū, illis æque ut nobis erat necessariū, quia uidelicet neutrū in re, sed utrūq; in umbra uel figura acceperāt. Nec uero magis per illā figurā siue umbrā cōsummati uel sanctificati esse poterāt q̄ antiquiores Abraham Isaac & Iacob, uel posteriores, Samuel & Dauid, qui neq; illud mare transierūt, neq; illud māna māducauerūt. Diximus aūt & sæpe dicere, imo semp ita sentire debemus, quia quādo patiente uel moriente Christo, sanguinēq; & aquā fundente de latere suo, baptismi eius conditū est sacramentū, tūc omnes eodē sanguine & eadē aqua mudati sunt, baptizato illo pro omnibus uel sanctificato, sicut dixerat: Baptismo habeo baptizari, & quo modo coartor usq; dū pficiat, & alibi: Ego pro eis sanctifico meipm.

[Margin: Patres q̄ mare nō pertrāsierūt non minus baptizati sunt. — Lucæ.12]

¶De alio sacramēto qd dicemus? Qūo q̄ mortui erāt, participes facti sunt uel fieri potuerūt cibi & potus eius? Vere rē mirabilē satis digne admirare nō possumus. Nā qa mortui uenire nō poterāt ad māducandū hunc panē angelorū, iuit ad eos ipse, ut quo modo a mortuis manducari poterat, māducaret panis angelorū, uita uiuentiū, resurrectio mortuorū. Dissipati erant mortui, etem̄ animæ quidē ad inferos descenderāt, corpa uero in uentrē terræ recondita fuerāt. Dissipari ergo uoluit & ipse panis uitę, & anima quidē cū uerbo deo descēdit ad inferos ad animas eorū, corpus uero non sine potentia uerbi eiusdē ubiq; præsentis, in uentrē terræ ad corpora eorū. Tale remediū illis inuenit, qūo sapiēs, qūo sapiētia dei aliquo modo uiuētibus & nobis uicturis, q̄ nondū eramus, prouidēdū erat, qa nimirū ad nos eo modo nō erat ultra descēsurus. Resurgēs eñ ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra nō dñabitur. Querendū illi erat imo iam scire illum nobis expediebat, quo pacto nos illū dū uiuimus, in animas & corpora nr̄a transsumere possemus, quia sicut iam dictum est, postq̄ mortui essemus, fieri non poterat qd̄ semel factū est, ut scilicet rursus moreretur, & anima eius nostris in inferno animabus, corpus eius nostris in terra corporibus cōiungeretur. Ergo & nobis tā sapiēter q̄ misericorditer idem in alia specie remediū prouidit, qūo sapiens, qūo sapiētia dei. Fecit eñ nobis sacramētū, per qd̄ & corpus eius in nostra corpora & uita corporis eius, id est, uerbum deus in nostras animas infunderetur, & ipe tamen integer permaneret & uiuus.

[Margin: Roma.6 — Mirū eucharistiæ mysteriū]

¶Quomodo hoc sacramentum Christus tradiderit, & quibus essentie modis corpus & sanguis Christi fit. Ca. XXI.

Matth.26 QVomodo? Cœnātibus aūt (inqt Euāgelista) accepit panē & bñdixit & fregit & dedit discipulis suis dicēs: Accipite & comedite hoc est corpus meū. Et accipiēs calicē grās egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc oēs, hic est sanguis meus noui testamēti, q̄ pro multis effundet in remissionē pctōrū. Sicut de sanguine dixit q̄ pro uobis Lucæ.22 effundet, sic de corpe dixit, & apud Lucā scriptū q̄q; est, qd̄ pro uobis tradet. Cœnātibus, inqt, uidelicet cœnā illā typicā, per quā hactenus præfigurata fuerat hæc cœna ueritatis, eo ritu quē Exod.12. lex ita pręscribit. Decima die mensis huius tollat unusquisq; agnum per familias & domos suas. Sin autē minor est numerus ut sufficere possit ad uescendū agnū, assumet uicinū suū, qui iunctus est domui eius iuxta numerū animarū, quæ sufficere possint ad esum agni, &c. Illa figura tūc in Lucæ.22. præsentiarū erat implenda re ueritatis, ueritate rei præsentis. Propterea in Luca dicit: Desiderio desideraui hoc pascha māducare uobiscū, anteq̄ patiar. Dico eñ uobis, qa ex hoc nō māducabo illud donec impleat in regno dei. Hæc dicēs & illud uetus pascha sacramēto noui paschæ mox impleri dixit, & cogitationi uel expectationi illorū respondit, quia interrogare soliti erāt dicentes, quando ueniet regnum dei, aliter q̄ res foret utpote carnales adhuc sentientes de regno dei. Cœnantibus itaq;, id est sedentibus adhuc in cœna qua māducauerant carnes agni, car-Matth.26. nes paschæ ueteris, accepit panem & benedixit. Panem cōmunē accepit, sed benedicendo lon-Marc.13. ge in aliud quàm fuerat, transmutauit, ut ueraciter diceret sic. Hoc est corpus meum, quod Lucæ.22. pro uobis tradetur. Item uini substantiam accepit, sed itidem gratias agendo uel benedicendo

sic in aliud uertit, ut diceret ueritas, quæ non mentitur. Hic est sanguis meus noui testamenti, q pro multis effundetur. Hoc (inquit) id est, hic panis est corpus meũ, siue caro mea. Nam & alibi dicit: Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita. Sed non uidetur oculis carnis, non sentitur gustu oris, qđ panis ille caro Christi factus sit, qđ uinum illud in sanguinem uersum sit. Nimirum si uideretur color, aut sentiretur sapor carnis & sanguinis humani, homini non plus salutis, sed plurimum afferret horroris. Sic ergo est corpus uel caro & sanguis Christi, quomodo esse uel ad usum nostrũ cõuenit, & ad salutem nostram sufficit. Quomodo uel quibus essentiæ modis? Nimirum nomine, re, atq; effectu. Nomine uidelicet esse intelligimus, in eo ꝙ dicit hoc est corpus meũ, hic est sanguis meus. Sicut nusquam ita nec in isto, imo maxime, nec in isto nomen domini inuanum accipere debemus. Si eñ in cunctis sanctificationibus, quæ per ministros domini, ad inuocationem nominis eius aguntur, nequaq̃ nomen domini in uanũ accipere audemus, quãto magis in isto sanctificatione, in qua nomẽ corporis & sanguinis sui ore proprio posuit dñs, nequaq̃ in uanũ idipsum nomẽ accipere debemus? Re q̃q; corpus Chrĩ & sanguinem esse intelligemus, in eo ꝙ ait, qđ corpus tradetur, qui sanguis effundetur. Effectu esse intelligimus in eo, qđ cum dixisset, qđ tradetur, qui effundetur, addidit, pro uobis in remissionẽ peccatorum. Itaq; sicut in illa specie, qua pependit in cruce sanctus sanctorũ est, & in illa specie præteritis omnibus electis, remissionẽ peccatorũ operatus est, sic in ista specie panis & uini nihilominus sanctus sanctorum est, & omnibus electis, qui post eandem passionẽ ad fidem eius ueniunt, idem illum efficere, id est, remissionem peccatoꝝ, & uitã æternã conferre non dubiũ est. Nam & alibi dicit: Qui manducat carnẽ meã, & bibit sanguinẽ meũ, habet uitã æternã. Et protinus addit: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Ibidem. Iohan. 6. Corp⁹ Christi in sacramẽto non uidet carnis oculis. Iohan. 6.

¶Quid sacramẽtũ, & qd res sacramẽti sint, & ꝙ sit uere corpus & sanguis Christi. Ca. XXII.

Est igitur (sicut & pater Augustinus ait) in sacramẽto isto, quod digni & indigni accipiunt res sacramenti, quam non nisi digni accipere possunt, sed non sicut dicta eius, à nõ nullis æstimata sunt. Putauerũt eñ illũ dixisse, ꝙ nõ sit corp⁹ aut sanguis Christi, quod indignus quisq; percipit, atq; secundũ tanti doctoris sensum nõ corpus aut sanguinem Christi, sed tantũ figurã uel signũ esse corporis & sanguinis Christi, id qđ uisibiliter sumimus de mensa dñi. Hoc ille nõ dixit, imo hoc ille nõ sensit, Neq; eñ Christo cõtrarius esse consueuit Loquitur aũt Chrũs, & p semetipsum dicẽs: Hoc est corpus meũ, hic est sanguis meus, & p Apostolũ suũ, cuius experimẽtũ habemus, qa in eo loquitur Chrũs, dicẽs: Itaq; qcunq; mãducauerit panẽ dñi, & calicẽ dñi biberit indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi. Probet autẽ seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui eñ mãducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Non dixit qui manducat & bibit indigne panem, manducat simplicẽ uel cõmunẽ, & uinũ bibit, quale prius erat nondum celebrata consecratione, sed reus erit corporis & sanguinis domini, sed iudicium, inquit, sibi manducat & bibit, non dijudicãs corpus domini. Quapropter nõ iam de contentiosa cuiusq̃ dissertatione, sed de Apostolica ueritate sensum petamus, quo prædictus doctor, sacramentũ, remq; sacramẽti distinxerit. Rem sacramenti, Christus ipse mysteriũ suæ dixit esse passionis, ut ante iam diximus, qui tenẽs in manibus hoc uisibile sacramẽtũ, cũ dixisset: hoc est corpus meũ, addidit qđ tradetur, cũ dixisset: hic est sanguis meus, addidit, qui effundetur. At ille qui indigne accedit, non cõmunicat Christi passionibus, non contingit ore mentis, qđ percipit ore corporis, unde & hoc ipsum est ꝙ indignus existit. Ergo corpus quidẽ & sanguis Christi est hoc uisibile sacramentũ, qđ ore percipit, neq; eñ indignitas eius, dignitatẽ tantæ consecrationis euacuare potuit, sed rẽ sacramenti nõ attingit, quia mente & fide per dilectionem operante, passionem Christi non respicit. Iccirco nec effectum consequitur eiusdem sacramenti, in eo scilicet, ut pro se traditum sit hoc corpus, & fusus iste sanguis id est, in remissionẽ peccatorũ sibi, ut habeat uitã æternam, & resuscitetur in nouissimo die, in resurrectionem uitæ, sed cõsequitur id quod huic effectui cõtrariũ est, ut uidelicet sit reus corporis & sanguinis domini, ut iudicium sibi manducauerit & biberit.

Augustinus sup Iohannẽ. Nequaq̃ Augustinus figurã tantũ dicit esse corporis & sanguinis in eucharistia. j. Corin. ij. Sacramentũ & res sacramenti, q̃uo.

¶Qđ sit dandũ indignis, & ꝙ multũ intersit, q̃uo uel unde q̃sq; æstimet indignus. Ca. XXIII.

Proinde, ut Apostolus ait, probet seipsum homo, & sic de illo pane edat & de calice bibat, quia uidelicet tantæ dignitatis sacramentum indignis & nõ probatis dandũ non est. Cũ aũt hæc dicimus mouẽtur pleriq;, nos quoq; molesto expti sumus expimẽto q̊s uel culpa remordet, uel certe humilitas Christiana informat, ut indignos tãto mysterio iudicẽt semetipos. Veꝝ si dictionẽ nõ nostrã, sed Apostolicã ppẽdãt diligẽtius, nõ ẽ cur moueãt, q̃si temeraria cõtra ipos iudicia cõstituamus. Differt eñ indignitatis huius dictio uel modus, multũq; interest, q̃uo uel a q̃, q̃sq; indignus existimet. Est eñ cũ semetipm quisq; indignum confiteatur, & cum ab alio indignus existimetur aut pronũtietur. Porro semetipsum laudabiliter indignum confitetur, quisquis ueraciter & ut dignum est, dignitatem perpendit sacramenti huius. Quis enim si recte iudicet, castũ cor se habere gloriabitur? De hac parte Apostolus dicit: Quod si nosmetipsos dijudicaremus, nõ utiq; iudicaremur. E contra detestabiliter indignus

j. Corin. ij. j. Corin. ij.

indignus iudicatur, quisquis uel in aliquo scelere notus, aliquantis testibus siue toti ecclesiæ causam dedit, ut indignus existimetur. Cum igitur nostro iudicio indigni sumus, non tum sancta iure nobis negantur, cum autem ab alijs indigni pronuntiamur, maxime, ubi non dubia indignitatis causa profertur, iure repellimur, ne iudicium nobis manducemus & bibamus. Sed iam ad incepta reuertamur.

¶Quomodo iste cibus, quem de suo Christus dedit illi sit oppositus, quem de alieno serpens primus hominibus persuasit. Ca. XXIIII.

Matth. 26 Iohan. 6. Gene. 3. Accipite (inquit) & comedite, hoc est corpus meũ. Et alibi: Qui manducat carnẽ meã, & bibit sanguinem meũ, in me manet & ego in eo. Cum hæc dicit agnus dei, oportune nobis ad memoriã recurrit illud, quod dixit serpens, imo per serpentẽ diabolus hostis humani generis. Accipite & comedite, & eritis sicut dij. Optime & spectabiles ualde propositiones. Ille serpens erat, iste agnus est. Ille uetus peccator, iste antiquus creator. Ille per terram repsit, iste de cœlo uenit. Ille spiritu diaboli falsum sibilans, iste spũ dei uerũ euãgelizans. Ille peccati portitor, iste iustitiæ doctor. Ille mortis artifex, iste uitæ opifex. Ille de ligno non suo raptor obtulit, iste de corpore & sanguine suo largitor dedit. Ille quod nõ habebat mendaciter promisit, eritis (inquiens) sicut dij. Iste quod habebat, quod semper naturaliter habet, fideliter dedit, ut simus dij, dũ manet ipse in nobis. Illi tãdem nefandissime creditũ ẽ plusꝗ deo. Credatur econtrario huic deo, si nõ plus, aut saltem quantũ creditum est illi diabolo. Creditum est eñ quod illi pomo inesset qđ nõ uidebatur, scilicet uis deos efficiendi, credatur huic sacramento inesse quod nõ uidetur, uidelicet ueritas carnis & sanguinis, ualens efficere nos corporales unigenito filio dei. Hoc eñ ratio uel ordo iustitiæ exposcit. Accipite ergo (inqt) & comedite. Prius accipite, & deinde comedite. Accipere eñ est fideliter credere, cũ gratiarũ actione diligere, compatienti affectu corporis huius traditionem & sanguinis huius effusionẽ respicere. Hoc fieri non potest, nisi prius reijciatur id quod ab illo male acceptũ est. Illud igitur mendaciũ, execrantes hanc ueritatem, accipite, approbate, amplectimini, & contra cibum mortis, panẽ comedite uitæ æternæ, & calicem bibite salutis perpetuæ.

¶Cur utrũq; ad salutem necessarium sit, & prius baptizari, & deinde hoc sacramẽto participari Ca. XXV.

Marc. 16. Iohan. 6 Quid (inquis) opus erat, postquam baptismũ accepimus in remissionẽ peccatorũ, sumere cibum in remissionẽ peccatorũ? Imo utrolibet horum accepto sacramentorũ quid alterum ad salutẽ erat necessariũ? Dixit eñ: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Porro iam ante dixerat: Qui manducat carnem meã & bibit sanguinem meũ, habet uitam æternam. In utroq; sic posuit uitæ & salutis conditionem, ut in neutro alterutrius fecerit mentionẽ. Quod si ita dixisset, qui baptizatus fuerit, & carnẽ meã manducauerit, ac sanguinẽ meũ biberit, saluus erit, siue qui mãducat carnem meã, & bibit sanguinem meũ, post acceptã baptismatis gratiam, habet uitã æternam, minus supereẽt ad quærẽdũ. Nũc uero plus est quod quæratur, scilicet & quomodo dicat: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, Cum ante dixerit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, & qua ratione secũdũ modũ originalis culpæ, utrũq; remedium necessarium sit. Hic iam facilius de primo respondetur, quia uidelicet ꝙ ait: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus fuerit, tale est, ac si dicat: Certus medicus de homine semiuiuo plagis plurimis a latronibus conuulnerato. Si se in stabulum meũ deferri permiserit, saluus erit. Dabo eñ illi cibum & potum, tantæ uirtutis, ut integram continuo sospitatẽ recuperare possit.
Marc. 16. Sic nempe cũ dicit: qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, subaudiendũ est, corpus eñ meũ in escam, & sanguinem meũ in potũ dabo, siue iam parauiilli, unde refectus sine dubio, saluus sit. Nunc ergo quod superest si quæritur, cur nõ unũquodlibet horum, sed utrũq; sacramentum ad salutem necessariũ sit homini, respondere licebit. Videlicet quia peccatũ ab homine duplex cõmissum est. Alterum siquidem superbiæ, alterũ fuit gulæ. Superbiuit eñ prius in mente appetendo similitudinem dei, quod maxime liquet ex serpentis promissione dicentis: eritis si-
Gene. 3. cut dij. Neq; eñ similitudinẽ dei pro mercede prævaricationis illis spopondisset, nisi prius illos hoc ipsum ambire persensisset. Deinde & gulæ ambo succubuerunt, quod & scriptura manife-
Ibidem stius denotanda exprimit, cũ de muliere dicit: Vidit igitur mulier quod bonum esset lignũ ad uescendum, & pulchrum oculis aspectuq; delectabile, & tulit de fructu eius & comedit, deditq; uiro suo. Igitur quia congeminatum fuit peccatũ, recte congeminatũ est & sacramentũ. Et alterũ quidem superbiæ malũ per humilitatis bonũ, in altero gulę uitiũ per melioris alimenti curatur antidotũ. Quid pulchrius oculos attollẽti ad istã circa nos dispositionẽ misericordiæ simul & iustitiæ dei? Neq; eñ sic deus misero misertus est homini, ut hominis superbi congruã exigere satisfactionem negligeret. Ecce qui regnantis in cœlo dei similitudinẽ appetiuit, pendẽtis in ligno filij dei, similitudinẽ per baptismũ suscipit. Ibi contempsit maiestatẽ, hic adorat crucẽ. Illud sũpbiæ fuit, hoc humilitatis. In illa superbia diabolus hominẽ inueniẽs, cibũ uetitũ obtulit & mer

& eritis, inquit, sicut dij: in hac humilitate deus hominem innuens cibum potumq; offert corporis & sanguinis sui, & manebitis, inquit, in me, & ego in uobis. ¶ Et notãdum, quod non eisdem uerbis deceptoris usus est, dicentis: Eritis sicut dij, nec omnino sic dicere debuit: qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, erit sicut deus, uel erit similis altissimo: sed in me manet, inquit, & ego in eo. Quis enim est uel esse potest sicut deus, id est, sine ullius ope, uel grã esse deus. Sed & de his alio in opere plenius diximus: idcirco nunc plura dicere supersedemus.

¶ Quod hæc prima resurrectio sit animarum, & quod in eis qui in hęc partem habẽt secũda mors non habeat potestatem. Ca. XXVI.

Ecce hæc est resurrectio prima baptizari, scilicet in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & sic manducare corpus, & bibere sanguinem domini. Vnde & in Apocalypsi Iohannes dicit: Beati qui lauant stolas suas, ut sit potestas eorum in ligno uitæ, & per portas intrent in ciuitatem. Item: Hæc est resurrectio prima: Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem. Et post pauca: Inferus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc mors secunda est. Sunt ergo sicut duæ mortes, altera animæ, & altera carnis: sic duæ resurrectiones, prima animæ, & secunda carnis. ¶ Sciendum quoq; qua mors animæ experimento quidem secunda est, sicut pauloante dictum est, inferus & mors missi sunt in stagnum ignis quæ mors secunda est, sed actu prima est. Prius enim homo anima, q̃ carne mortuus est. Dixit enim deus: In quacunq; die comederitis, ex eo morte moriemini. Prius ergo anima q̃ carne mortuus est homo, morte uidelicet peccati quæ animam separat a deo. Nam morte quæ animam separat a corpore post annos. DCCCC. & . XXX. mortuus est. Prima ergo hæc est resurrectio, baptizari, & corpore ac sanguine Christi participari. Sic enim anima resurgit, & iam uiuit. Resurget autem in nouissimo die carnis resurrectiõe. Idcirco dominus cum diceret: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum præsenti tempore dixit, habet uitam æternam, futuro autem, & ego resuscitabo eum in nouissimo die, & subaudiẽdum est, resurrectione uitæ, ut in ea secunda mors non habeat potestatem. Nam generali resurrectione carnis omẽs resurgent. Nimirum prima resurrectio uoluntatis, secunda necessitatis est. Idcirco cum diceret, de prima resurrectione loquens: uenit hora & nunc est, quando mortui audient uocem filii dei, in uoluntate positam significans hanc primam resurrectionem, & qui audierint, inquit, uiuent. Nemo enim a morte peccati resurgit, nisi uolens. Item cum diceret de secunda resurrectione loquẽs nolite mirari hoc, quia uenit hora in qua omẽs qui in monumentis sunt audient uocem eius: illam resurrectionem in necessitate esse pronuntians: & procident, ait, qui bona fecerunt in resurrectionẽ uitæ, qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicij. Deniq; qui procedẽt in resurrectionẽ iudicij mallent non procedere, aut nõ resurgere, imo omnino mallent nõ esse q̃ esse.

Apo. 22
Apo. 20
Ibidem
Gene. 3.
Mors aïæ prior corporis posterior
Iohan. 6
Resurrectio prima in uoluntate sita
Iohan. 5

¶ Cur adhuc carne moriamur cum quæ causa mortis extiterit præuaricatio paterna in sacramento deleatur. Ca. XXVII.

Et nunc quidem gaudemus scientes, & dicentes cum Apostolo, quia corpus qdem mortuum. s. certissime moriturum est propter pctm̃, spũs uero uiuit propter iustificationẽ. Sed & de ipo corpore mortuo siue morituro consolatur nos non incerta ratio fidei, iuxta q̃ protinus dicit: Quod si spũs eius, qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Iesum a mortuis, conuiuificabit & mortalia corpa uestra, propter inhabitatem spm̃ eius in uobis. Non dixit, suscitabit mortalia corpa uestra, qd & de illis nihilominus recte diceret, qui ad uocem eius procedent in resurrectionem iudicij, sed conuiuificabit inquit, subauditur, Iesu Chro, quem suscitauit a mortuis, quod eorum tantũ est, qui procedent in resurrectionem uitæ propter hoc ipm qd spũs eius habitat in ipis. Nunc ergo, ut iam dictũ est, gaudemus qdẽ hæc sciẽtes, sed in ipo gaudio ẽ, cur procidamus ante deũ, & ploremus coram dño qui fecit nos, quia defecimus in ira eius, & in furore eius turbati sumus. Etenĩ interim dum in isto mortali corpore grauati ingemiscimus, forte dicat quis: Quoniam in Chro renati, culpam terreni parentis euasimus: cur adhuc eiusdem culpæ pœnam portamus? Cur adhuc morimur? Cur nõ absq; mortis molestia meliorem ad uitam transmigramus? Cur expoliamur, & non magis supuescimur? Nam quod a nobis est, ut Apostolus quoq; ait, nolumus expoliari, sed supuestiri. Ad hæc ingemiscentes dicere possumus. Non p solam misericordiam, sed p sociam quoq; misericordiæ iustitiã, regsiti sumus. Imo quod nihilominus magna cum reuerentia cogitandum est, non p solam iustitiã, sed & per circumuolantem nos misericordiam in primis parentibus nostris mortales facti, & de paradiso eiecti fuimus. Sciendum qppe est, quia licet eadem causa non tamen eadem manu, qua in anima morte pcussi fuimus, in corpe quoq; mortalitati addicti sumus. Etenĩ mors anĩæ nobis a diabolo adinuenta est, mortalitas corporis a prouida dei sapientia, uel sapiente prouidentia nobis imposita est. Si enĩ post pctm̃ uiuere uita corpis, & immortales esse pmissi fuissemus, dæmonibus similes essemus: quia nobis ęque ut illis misera æternitas, uel æterna esset miseria. Idcirco nobis bene prouidens deus dixit: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est sciens, bonum & malum. Nũc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno uitæ, & uiuat in æternum, & cætera.

Roma. 8
2. Cor. 4.
Psal. 94.
Psal. 89
Gene. 3

Hæc forte cuiquam grandem uidentur sonare iram, sed eruditam habentibus discretionem, magnam pfecto spirant clementiam. Item, qd dixerat: In sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es & in puluerem reuerteris, non tam baculus iræ q̃ uirga disciplinæ est. Quam uidelicet disciplinæ uirgã, Psalmista spũ sancto pdocente cõsiderans dicit in persona noui hominis Iesu Christi, imo ipse nouus homo nostrum caput dicit,
Psal. 17. pro omnibus membris suis. Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipa me docebit. Quid enim hæc disciplina mortalitatis nisi superbiam terræ, & cineris corrigit? Quid nos do
Psal. 89 cet, nisi humiliari sub potenti manu dei? Idcirco Psalmista per concessionem dicit: Mane sicut herba transeat, mane floreat, & trãseat: uespere decidat, induret, & arescat. Et est sensus: Homo statim ex quo natus est mortalis atq; passibilis, sicut herba mane uiridis, & pulchra cito transeat, id est, deficiat. Quomodo? In iuuentutis matutino positus uigendo floreat, & post ab ipo iuuentutis statu in uesperum senectutis transeat, & in illo uespere positus moriẽdo, decidat: deinde induret, id est, rigidum cadauer fiat: deinde arescat, id est, aridus puluis existat. Non, inqt, hoc oro ut homo statim ex quo natus est immortalis, & impassibilis fiat: sed potius concedo diuinæ sententiæ, ut sic transeat. ¶ Sed heu quàm indociles sumus ad hanc partem, ut humiles simus, ut coram creatore nostro dimisso capite ambulemus. Mane sicut herba transimus, & in ipo transitu quasi quercus aut abietes sumus, collum erigimus, & de longinquo statu præsumimus. Quid faceremus, si non quotidie decidentem nostri generis herbam uideremus: si non quotidie ceruices
Gene. 3. conditionis nostræ in lutum redigerentur? Bñ ergo creator nr̃ n eo ipo quod iram sonare uidetur dicendo, ne sumat de ligno uitæ, & uiuat in æternum, nobis prouidit, ne esset sicut iam supra dictum est, nostra æque ut dæmonum æterna miseria, uel misera æternitas: esset q; saltem tẽporalis miseria siue misera temporalitas, quando q; fieret uel fieri posset, quod intendebat homi- scilicet æterna beatitudo, siue beata æternitas. ¶ Igitur quia non eadem manu in corpore mortales facti, qua & in anima mortales sumus, diabolo enim inuentore, homo sibi mortem animæ consciuit: deus autem ad corrigendam hominis superbiam, disciplinam mortalitatis corpori imposuit: recte & per sacr̃m gratiæ Chr̃i culpa diluitur, & tñ hæc pars pœne non relaxat.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE OPERIBVS SPIRITVS SANCTI

Liber Quartus. De Intellectu.

¶ De spiritu intellectus, qñ uel qualibus hominibus datus: qualibus experimento in Petro Apostolo sit declaratus. Ca. I.

Sapientia cõditis sacramẽtis, mox dat^9 intellectus

Lucæ. 29



GLorificato domino Iesu, & in ipsa eius glorificatione conditis salutis nostræ sacramentis, de quibus in laudem & gloriam spiritus sapientiæ præcedenti uolumine diximus, datus est continuo spiritus, & in ipo dato est primus actu confestim enituit is, qui a spiritu sapientiæ secundus est, spiritus intellectus. Tunc enim aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Quibus autem uel qualibus intelligentiam scripturaꝝ dedit? V tiq; nõ oratoribus, sed piscatorib^9 non scribis, aut phariseis, sed hoĩbus idiotis, & sine literis. Tãta istis copia sensum aperuit, ut omnem scirent ueritatem, eruditi nõ ab
Acto. 1. homine neq; per hominem. Primum intellectus hoc accepimus experimẽtum. Viri fratres ait: Petrus, oportet impleri scripturam quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum, qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sor-
Psal. 68. Psal. 108 tem ministerĳ huius. Quam scripturam? Fiat, inquit, habitatio eorum deserta, & non sit qui inhabitat in ea, & epatum eius accipiat alter. Duo nempe testimonia coniunxit, & alterum qdem singulariter de Psalmo centesimooctauo: Et epatum eius accipiat alter, alterum uero pluraliter De sexagesimooctauo: Fiat habitatio eorum deserta. Proposuerat autem tantum qdem de uno singulariter, oportet, inquiens, impleri scripturam quam pdixit spũs sanctus de Iuda, sed & hic addidit pluraliter, q fuit dux eoꝝ qui comprehenderunt Iesum. Quid igitur nisi exortam in cordibus Apostoloꝝ intellectus lucem, hoc dicto sentimus? Iudam qppe & infelices Iudæos, sicut eodem scelere inuolutos, sic & simili pœnæ significat addictos. Quõ? Videlicet quatenus qđ uni Iudæ cõtingebat, ut epatũ eius accipiat alter, idẽ & Iudæis cõtingeret, ut epalis eoꝝ habitatio deserta fieret, uerũq; epatum, ueꝝ & æternũ sacerdotiũ populus alter, populus gentium acciperet.

Testimonia duo Petrus i Iudam iũxit ex Psalmis

¶ Qđ & si qua die resurrexit Chr̃us, aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, multũ tñ defuerit usq; dum uenit sup eos spũs sanctus. Ca. II.

Ante spiritus datũ, quomõ intellectũ habuerunt apl̃i

SEd quantus erat, adhuc illis sensum huiusmodi in intelligendis scripturis, ante illum quẽ promissum expectabant aduentum spiritus sancti? Tantus nimirum, quanta est claritas aurore comparata meridiano soli. Nam & adhuc carnaliter sentientes de regno Christi
Acto. 1 interrogauerunt eum, dicentes: Domine: Si in tempore hoc restitues regnum Israhel?

lam

Iam sicut idem Lucas memorat, aperuerat illis sensum, ut intelligerent scripturas. Iam sicut Iohannes refert, insufflauerat, dicens: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis pctã, remittuntur eis. Attamen de regno Christi cui redempti fuerant, adhuc sentiebant, non secundũ scripturas, & erat illis opus adhuc accipere spiritum sanctum, ut omnia sentirent secundum scripturas. Idcirco dicebat: Quia Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spũ sancto: accipietis, ait, uirtutem supuenientis in uos spũs sancti, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & usq; ad ultimũ terræ. Vnum spũs sancti datum acceperant .s. in remissionem pctõrum, dicente, ut prædiximus domino: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis pctã remittuntur eis: sed geminato in baptismate spiritus sancti dato opus erat, quẽadmodum & Iohannes præuidens ipse inquit: uos baptizabit spiritu sancto & igni. Cum ergo his quibus iam dederat spiritum sanctum dicit: uos autem baptizabimini spiritu sancto: ac deinceps: accipietis, ait, uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos, id est, ac si dicat: Baptizaui uos spiritu sancto, baptizabo uos igni, ut uidelicet excocta omni cupiditate regni terreni, quale desiderat Israhel carnalis, & fortes sitis ad contemptum totius mundi in maligno positi, & acuti ad intelligenda mysteria regni dei, regni quietis, & pacati, regni sempiterni.

Lucæ.24 Iohan.20 Acto.1. Iohan.20 Matth.3 Iohan.1 Lucæ.3

¶Qđ ꝓprium spũs intellectus sit opus hoĩem diuinitus nõ humano magisterio docere, q̃uo illo die Apostolos docuit q erant hoĩes idiotæ & sine literis. Ca. III.

QVid multa? Venit dies quinquagesimus, quoto die ab immolatõe agni quondam data fuerat lex, & in illo die spiritu intelligentiæ repleuit eos, idem, qui obscuritatem literæ dederat deus, ut quicquid terrenum homĩbus terrenis sonuerat litera legis, uerbi gratia, terram fluentem lac & mel, & montes de qbus æris metalla fodiunt, ipsi cœlestes effecti, imo & cœli (de ipsis enim Psalmista prædixit: Cœli enarrãt gloriam dei) spũaliter intelligerent: & deinceps terram pedibus calcarent, mente in cœlis habitarent. Ipsum eiusdẽ intelligentiæ donum, sua quoq; significauit specie ignis, q apparuit, sicut scriptum est: quia apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanq̃ ignis. Quid enĩ est intellectus siue intelligẽtia ĩ ordine duntaxat uel numero septem spirituum, de qbus nobis sermo est, nisi facultas gratiæ, qua sine magisterio humano intus audiuntur, & uero sensu pcipiuntur uerba diuina? Nam & si cum ab homine, uel p hoĩem audientes & sentientes recte intelligere dicimur: multum tamen interest, ubi nõ ab hoĩe, neq; p hoĩem, sed occulta inspiratione docemur, quæ uera & ꝓpria est uis huius spiritus intellectus, iuxta quam & Psalmista: Audiam, inqt, qd loquatur in me dñs deus. Dum ergo adueniente spũ dispertitæ linguæ apparuerũt tanq̃ ignis: unde grãm quã illis distribuebat p eiusmodi speciem, spũs sanctus significauit. Nec uero solummodo dei linguam, homĩbus intelligibilem fecit, sed & linguas omnium gentium cum eodem signo in ora illoꝝ contulit, ut multas haberet uias, qbus dabatur illis intellectus sermonum dei, & exiret in omnes gentes p quatuor partes mũdi deum nescientes. Factumq; est, quod dñs ante ꝓmiserat: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Nam hoc, inqt Euangelista, dixit de spũ, quem accepturi erant credentes in eum. Nimirum q spũs foris ostendebat spẽm ignis illuminantis, ipse intus erat fons aquæ in uitam æternam salientis. Vnde Psalmista: Vim utrãq; respiciens ueraciter dicit: Quoniam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Legimus in illa plantatione terreni paradisi quia fons ascẽdebat de terra irrigãs uniuersam supficiẽ terrę. Ac deinceps: Et fluiuus egrediebatur de loco uoluptatis, ad irrigandum paradisum, q inde diuidit in quatuor capita. Ecce nouæ creatuæ plantabatur paradisus de unius & solius ligni uitæ uirgultis siue radicibus, id est, unius mediatoris dei & hominum, hominis Iesu Christi uirtutibus, & fide, quem & Psalmista commendans loqtur: Et erit tanq̃ lignum quod plantatum est secus decursus aquaꝝ, quod fructum suum dabit in tpe suo. Secus decursus aquaꝝ pantatum est hoc lignum, quia secũdum plenitudinem oĩm gratiaꝝ semp uiuens, ad oĩa ualens carnis naturæ insitum est dei uerbũ, deus uerbum, & hic talis homo nouæ plantationis est initium, germen sanctum, uitæ lignũ. Primæ huius emissiones Apostoli erant, plantatio eius, paradisus radicum eius discipuli illi, credentes illi, adhuc pauci erant. Quando hic spũs datus intellectu adimpleuit corda eoꝝ, & omniũ generum linguarum nasci fecit in ora eoꝝ: reuera tunc fons de terra paradisiaca ascendit, tunc fluuius uniuersam terræ supficiem irrigaturus de paradiso egressus est. Nam sicut fluuius q de paradiso illo egrediebatur, inde diuiditur in quatuor capita, id est, principalia flumina, sic de illa Apostolica ecclesia, scia dei egressa est, quæ & diuisa est in quatuor Euangelia, quæ prima nobis sunt necessariæ doctrinæ flumina. Sed iam acta ipsa ꝓsequamur, & secundum scripturæ cursum huius spiritus intelligentiæ experimenta capiamus.

Psal.18 Acto.2. Psal.84. Iohan.7. Psal.35 Gene.2 Psal.1. Christ⁹ lignũ plantatum secus decursus aquarum.

¶De ꝓphetiæ Iohel testimonio, q̃ pfecte, q̃ oportune ꝓ tpe & re illud Petrus edixit qui erat sine literis. Ca. IIII.

STupentibus pibus & mirantibus adinuicẽ atq; dicẽtibus, nõne ecce oẽs isti q loquuntur, Galilæi sunt: alijs autem irridendo dicentibus, quia musto pleni sunt isti, stans Petrus cum undecim eleuauit uocem suam, & locutus est: Viri Iudæi, & q habitatis Hierusalem Acto.2.

uniuersi hoc uobis notum sit, & auribus percipite uerba. Non enim sicut uos æstimatis, hi ebrij sunt cum sit hora diei tertia, sed hoc est quod prædictum est per ꝑphetam Iohel: Et erit in nouissimis diebus dicit dñs: Effundã de spũ meo sup omnẽ carnẽ, & ꝑphetabunt filij uestri & filiæ uestræ, &c. Ecce quale quantumq; est in isto, de quo loqmur spũ intelligentiæ plustrari. Homo idiota, & sine lr̃is uolumen ꝑpheticũ celeri mente reuoluit, clausum & signatũ literatis, congruumq; scdm tp̃s & rem testimoniũ, certa uoce, non dubio sensu corã cunctis publice recitauit. Et uide q̃ potenter, q̃ efficaciter pene totũ ꝑphetam hactenus obscuꝝ scire uolentibus explanauit. Præmiserat eñ Propheta, dicens: Residuũ erucæ comedit locusta, & residuum locustę comedit brutus, & residuũ bruci comedit rubigo, expergiscimini ebrij & flete & ululate omnes q bibitis uinũ in dulcedine, quia perijt ab ore uestro, &c. deinde intulerat. Et erit post hæc: Effundã spm̃ meũ sup omnẽ carnem & ꝑphetabunt filij uestri, & filiæ uestræ, &c. Nimiꝝ hoc nobis intelligibile fecit sermo Apostoli, qđ latebat in istis prophetæ lr̃is. s. post euersionem prioris populi effusum iri spm̃ sanctum sup seruos & ancillas dei, id est, sup centũ & uiginti credentiũ noĩa, qđ tunc in illo cœnaculo factũ fuerat, q numerus, id ẽ, centũ uiginti ab uno usq; ad quindecim, paulatim p incrementa surgens, qndecim graduũ numeꝝ efficit, q in psalterio mystice cõtinent. Nam illius euersio populi p quatuor hæc facta est, erucam, locustã, brucũ & rubiginẽ. i. p quatuor regna hæc. Babyloniũ, Persicũ, Macedonicũ, atq; Romanũ. Quid post hęc futuꝝ esset, latebat in eisdẽ ꝑphetæ literis: sed ecce literæ spũs intelligentiæ, Petro manifestauit, Petrus mirantium auribus patenter edixit. Nec uero opus erat, ut de singulis explanando ptractaret qd intendendo. s. per Prophetam dñs dixisset: Effundam spm̃ meum sup omnẽ carnem, & ꝑphetabunt filij uestri & filiæ uestræ, senes uestri somnia somniabunt, & iuuenes uestri uisiones uidebunt. Palam quidem omnibus hoc factum erat q̃obrem & stupebant oĩes, alij quidem mirantes, alij autem etiam irridentes, eosq; musto plenos esse dicentes.

Margin notes: Iohel. 2 — Magnu; spm̃ intellectu dosari — Iohel. 1 — Euersio Iudæorũ p quatuor facta est

¶ Qũo hanc ꝑphetiam exposuit. Et dabo ꝓdigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & uaporem fumi. Ca. V.

PAuca quædam tractatu uel expositiõe indigẽt. s. hæc. Et dabo ꝓdigia in cœlo sursum & signa in terra deorsum: sanguinem, & uaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ, anteq̃ ueniat dies dñi magnus & horribilis. Hæc ergo mirabiliter edoctus, laudabiliter docere incipit sic: Viri Israhelitæ audite uerba hæc: Iesum Nazarenum uirũ approbatũ a deo uobis, uirtutibus, & ꝓdigijs, & signis, quæ fecit p illum deus in medio uestri, sicut uos scitis, hunc definito consilio, & p̃scia dei traditum p manus iniquoꝝ affigentes interemistis. Tũc eñ cum iam interemptus esset, cum iam spm̃ emisisset, de latere eius supra naturam mortuorum corpoꝝ, sanguis & aqua exiuit. Sanguis ille prodigium fuit alijs mortis in mortem, alijs uitæ in uitam. Sic olim cum emitteret dñs signa & prodigia in medio tui Aegyptæ, in Pharaonem & in oĩes seruos eius, sanguis agni alijs mortis, alijs uitæ ꝓdigiũ fuit. Signati qppe illo sanguine postes impenetrabiles, fuerunt exterminatori signum sanguinis eiusdẽ uidenti, non signati autem postes Aegyptioꝝ accessibiles illi fuerunt ut fiducialiter irrueret, & primogenita tolleret de domibus singulis. Ita & nunc: Qui sanguinẽ huius agni recipiunt in utrũq; postem. s. corpis & mentis, euadunt exterminantis diaboli manum accepta remissione peccatorum, qui autem non recipiunt, ꝓcul dubio peribunt. ¶ Quem deus, inquit, suscitauit, solutis doloribus ĩferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid enim dicit in eum: Prouidebam dñm in conspectu meo semp, quoniam à dextris est mihi ne cõmouear, &c. Quàm cito ad regale atq; ꝑpheticũ confugit testimonium uelociter doctus, & in arte pfectus piscator hominum. Vix resurrectionis assertionem labijs emiserat, & quia res magna erat magnumq; negotium asserere hominem resurrexisse apud auditores eosdem, qui illum crucifixerant, metuens ne forte uulneratis auribus sese auerterent, & beneuolentiam præbere desisterent, uelociter magnũ & euidens, copiosum & rei competens de magna persona testimoniũ arripuit, quod contẽnere, uel paruipendere non deberent. Qualis ergo de cœnaculo illo descendit, quantum mutatus ab illo, qui dudum cum diceret dominus: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur ad crucifigendum, assumens illũ seorsum dixit. absit a te domine, non erit tibi istud. Eteñ illic audire meruit, uade retro satanas, non enim sapis ea quæ dei sunt, hic autem & psalmos memoriter tenebat, & mysteria intelligebat psalmorum. Quodq; ualde laudabile est una eademq; testimonij præoccupatione, & præsentium auditorum beneuolentiam retinuit, & omnium mundo uiam ostiumq; aperuit, ad intelligendum ꝙ psalmoꝝ uoces non in Dauid sed in Christi psonam deprompta sint. Et ne cuiquam dubitatis quippiam in hoc supersit, continuo promptus, & alacriter firmissima assumptione taliter occurrit. Viri fratres liceat audenter dicere ad uos de patriarcha Dauid, quoniam & defunctus & sepultus est, & sepulchrum eius est apud nos usque in hodiernum diem. Moxq; concludit sic. Propheta igitur cum esset, & sciret quia iureiurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere super sedẽ eius: prouidens locutus est de resurrectione Christi, quia neq; derelictus est in inferno, neq; caro eius uidit corruptionem. Mira ars, mira facul-

Margin notes: Iohel. 2. — Acto. 2. — Psal. 134 — Exo. 12. — Acto. 2. — Psal. 15. — Matth. 16 — Psal. 131.

ra facultas hominis idiotæ, ut iam dictum est, & sine literis, quia piscator ut homines piscaretur fortissimi sylogismi hamũ acutum proiecit. Ecce & alium. Non enim, inquit, Dauid ascendit in cœlum. Hoc proposito, confestim assumit hoc modo. Dicit autem ipse: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. His duobus datis, qbus indubitanter oportet concedi, protinus infert concludendo, & dicit: Certissime ergo sciat omis domus Israhel, quia & dñm eum & Christũ deus fecit hunc Iesum quem uos crucifixistis. Ita mirabiliter spũ intelligentiæ exacutus, & petra iustitiæ in sermone climatus ille dudum literarũ inscius homo piscator, hominum tanquam piscium ora transfixit unco argumẽtosę orationis, ut non possent effugere ad gurgites humanæ disputationis, suasq; conscientias abscondere ueritati. ¶ Sed inceptum ordinem prosequamur. Mira piscaris argumẽtio. Psal. 109.

¶ Da prodigio ignis q illud intellexerit fuisse aduentum spiritus sancti in linguis igneis.

Caput .VI.

DE ,pphcticis tribus ,pdigijs in terra datis, s. sanguine, igne, & uapore fumi, unũ. i. ,pdigium sanguinis exposuit dicendo: Iesum Nazarenum uirum approbatum a deo in uobis, hunc definito consilio & præscientia dei traditum p manus iniquorũ affigentes interemistis, &c. Scdm erat ,pdigiũ ignis, qđ ut exponeret, ita dixit: Dextera igit dei exaltatus, & ,pmissione spũs sancti accepta a patre effudit hunc quẽ uos uidetis & auditis. Videtis uidelicet in linguis igneis, auditis in sermone nostro. Quẽ eñ effudit, nisi spm sanctũ? Accepit eñ ut homo, effudit ut deus. Et non qdem ipsam potuerunt uidere substantiam spũs sancti, cũ sit natura inuisibilis: sed ignẽ uidert, disptitas linguas tanq̃ ignẽ uidere potuert hũani oculi, sedentẽ supra singulos eorũ. Ergo ignis ,pdigiũ fuit disptitio liguarũ prodigiũ fuit, imo liguarũ uniuersitas in ore aplorũ ,pdigiũ fuit. Sed & sonus ipse, q factus ẽ repẽte de cœlo tãq̃ aduenιẽtis spũs uehemẽtis ,pdigiũ fuit. Cuius rei ,pdigiũ? Nimirũ soni illius q in omnẽ terrã exiturus erat, cœlis illis quos nunc firmare ueniebat enarrantibus gloriã dei, & firmamẽto cõstantissimæ fidei illorũ annuntiãte opa manuũ eius cũ magnifico uerbi tonitru, & miraculorũ choruscatõibus. Sic enim mox futurũ erat isto spũ p os illorũ intonante Chri pconia, ut ad pœnitẽtiã cõmoneret & cõtremisceret terra & fundamenta montiũ. i. corda supborũ conturbarent, & cõmouerent, quoniam iuratus est eis nisi pœnitentiã egerint. Ignis spẽs multo maxime ,pdigium fuit, in eo uidelicet q substãtia ignis ardens & lucens est. Significabat eñ p istas eius qualitates, q Apostolos Christi spũs sanct⁹ & p zelum ardentes, & p intellectũ lucentes efficeret. Porrò dispertitarũ formulæ linguarũ, diuisiones significabãt grarũ. Huius ,pdigij præsens erat effectus, unde & omes mirabant quia cum essent q loquebant Galilæi: audiuimus, inquiunt, unusquisq; linguã nostrã in qua nati sumus. audiuimus eos loquentes nris linguis magnalia dei. Adhuc aliqd magnũ tali ,pdigio significabat .s. q oĩm gentiũ linguis ecclesia loq̃ret, q in oẽs gẽtes fides chri dilataret q oĩs lingua cõfiteret ei cui prius una gẽs confitebat, quia notus eatenus erat tantum in Iudæus deus. Acto. 2. Prodigiũ sanguinis Prodigium ignis Psal. 18

¶ De uapore fumi quod tertium in illis ,pphetæ dictis, & q in eo præsignatum est, q in illo uapore fumi, id est, pœnitentiæ, ubi primũ celebratum est ecclesiæ baptisma crediderunt tria milia hominum. Ca. VII.

TErtium ,pdigium iam oportebat exponi: s. uaporẽ fumi. Verũ hoc prius agendũ erat ut fieret in ipsis quod p uaporẽ fumi decuerat, in ,ppheta significari, ut. s. cõpungerentur, & lachrymosa prece consilium flagitarent suæ salutis. Paululum ergo illo conticescente siue adhuc loquente conpuncti sunt ait corde & dixerũt ad Petrũ & ad reliquos apostolos. Quid faciẽmus uiri fratres? His ita cõpunctis & sic dicentibus, iam opus nõ erat ut uerbis exponeret sensus huius ,pdigij. i. uaporis fumi, iam eñ nimis fumigabant, & sensum uocis experimento capiebant. Fumigare nãq; est cõpungi. & de peccatis flere. Psalmista quoq; attestaute, q cum dixisset: Cõmota est, & cõtremuit terra, & fundamenta mõtium cõturbata sunt qm irat⁹ ẽ eis: subiũxit, dicẽs: Ascẽdit fum⁹ in ira ei⁹. Hic ipse uapor fumi. i. hęc ipa illorũ cõpũctio ,pdigiũ fuit in eo maxĩe, qđ subiunctũ est. Qui ergo receperᵗ sermonẽ eius, baptizati sunt, & appositæ sunt in illa die aĩæ circiter tria milia. Nã ubi primũ ecclesię celebratũ est baptisma, nõ sine magno ,pdigio tria milia colliguntur aĩarũ, diuina nimirũ psignante prouidentia, q ad fidem trinitatis de toto orbe colligenda esset multitudo credentium. ¶ Potest tamen sicut in igne illuminatio fidelium, ita & in uapore fumi cæcitas intelligi Iudæorum, siue uno eodemq; uapore fumi sicut compunctio pœnitentium, ita & excæcatio signari non pœnitentium. Prodigiũ uaporis fumi Acto. 2. Psal. 17

¶ Quæ uel qualiter prodigia in cœlo data intelligi uoluit, quando sol in tenebras, & luna in sanguinem couuersa sit. Ca. VIII.

POst signa quæ in terra data sunt, non intacta relinquere libet, illa quoq; prodigia quæ in cœlo data sunt. Sicut enim idem Propheta dixit, sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ, ita factum est. Nam in passione domini sol obtenebratus est, licet luna in sanguinem uersa, palam hominibus apparere nõ potuerit. Quod & si litera deficit, manet tamen fundamentum propheticæ ueritatis, quia uere malum, cuius prodigium solis obte Iohel. 2. Matth. 27.

 nebra

nebratio extitit, & quod per sanguineum lunæ aspectum daretur intelligi, si palam hominibus in sanguinem uersa parere potuisset infelici generationi accidit quod fortassis Petrus exponere
Acto.2. deuitans, hoc tantũ pro tempore dixisse contentus est. Saluamini a generatiõe ista praua. Quid enim significabat obtenebrati solis prodigium, nisi illam quæ tunc facta est, & extunc permanet cæcitatem Iudæorum? Nam quia solẽ iustitiæ sibimet extinguebant, recte in obtenebratiõe
Quid luna in sanguinẽ uer[sa]. solis huius ꝓdigium suæ cæcitatis aspiciebant. Porro lunæ globus in illa obtenebratone quõcunq; se habuerit: luna illis in sanguinem uersa est. Luna inquam, id est, pascha suum prodigioso scelere totum Christi sanguine cruentatum est. Faciebant enim pascha secundum lunæ cursum decimoquarto die aduesperum, quando luna plenissima est, comedebãt agnum scd̃m legis manda
Exo.12. tum. Idcirco per lunam recte intelligimus pascha Iudæorum. Constat autem quia quando pascha illud celebrabant, qua uespera suum agnum comederãt: eadem dominum nostrum, uerũ dei agnum comprehenderunt & tota nocte derisum, mane tradiderunt Pilato, multum insistentes
Matth.27. ut suspenderetur in ligno, crucifige, crucifige clamantes: sanguis eius super nos, & super filios nostros. Igitur quia suum pascha, suum plenilunium sanguine Christi infelices homicidæ cruentauerunt recte dicamus, quia luna eorum in sanguine uersa est. Extunc enim pascha illorum sabbata
Esa.1. & neomenias eorum, & omnes festiuitates illorum odiuit anima dei, dicens: manus enim uestræ plenæ sanguine sunt. ¶ Nec uero illud uacat quod Propheta idem cum ꝓnuntiasset quinq; hæc prodigia, sanguinem, & ignem, & uaporem fumi, solem conuertendum in tenebras, & lunã in sanguinem, continuo subiunxit: anteq̃ ueniat dies domini magnus & horribilis. Quod tale ẽ, quale illud quod in euangelio de semetipso dñs ipe dicit: Nam sicut fulgur choruscans de cœlo,
Lucæ.24 in ea quæ sub cœlo sunt fulget, ita erit filius hominis in die sua. Primũ autem oportet illum multa pati, & reprobari a generatione hac. Qđ, inquam, prodigia illa prædicebantur fieri, anteq̃ ueniret dies domini magnus & horribilis, idem est ac si diceretur, primũ oportet illum multa pati, & a generatione prima reprobari, antequam in maiestate sua sicut fulgur de cœlo choruscans ueniat ad iudicandos uiuos & mortuos magnus & terribilis. Hoc nimirũ Petrus p̃sente spũ intelligẽtię illustratus nõ ignorãs, prudẽter pro tpe dicere cõtẽtus est: saluamini a generatõe ista praua: subaudit, ne & uobis pariter in tenebras sol, & in sanguinẽ conuertatur luna.

¶ Quàm uerum proinde sit, ꝙ ueritas Petro dixerit, Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea, & ꝙ alibi dictum est, quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ca. IX.

Iohan.13 Verum ergo ueritas dixit Petro, qđ ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Ad huius ueritatis firmamẽtum ꝑtinent ea quæ nunc a nobis cõmemorata sunt, & cætera, quæ deinceps: Petrus decertando pro fide & testimonio resurrectionis Iesu Christi perorasse legitur in conspectu plebis & principũ, & sacerdotũ, testificans in hoc impleta esse quæ locutus est deus ꝑ os sanctoꝝ suoꝝ a seculo prophetaꝝ, & hunc esse prophetã
Deut.18. de quo Moyses dixit, quia prophetã uobis suscitabit dñs deus uester, de fratribus uestris tanquã
Psal.117. meipm̃ audietis, & hũc esse lapidẽ quẽ reprobauerũt ædificãtes: a uobis, inqt, ædificãtibus, q factus est in caput anguli, & nõ est in alio aliquo salus, nec eñ nomẽ aliud est sub cœlo datũ homi
Acto.4. nibus in quo oporteat nos saluos fieri. De hoc eodẽ lapide, & in epistola sua latius scd̃m Esaiam,
1.Pet.2 dicit: Ad quẽ accedẽtes lapidẽ uiuũ, ab hoĩbus qdẽ reprobatũ, a deo ãt electũ & honorificatũ, & ipsi tanq̃ lapides uiui supædificamini domus spũales, sacerdotiũ sanctũ, offerre spũales hostias ac
Esa.28 ceptabiles deo ꝑ Iesum Christũ. Propter qđ cõtinet scriptura: Ecce pono in Syon lapidem summũ, angularẽ, electũ, ꝓtiosum, & q credidit in eũ, nõ cõfundetur, &c. ¶ Verum nihilominus cæ-
Iohan.14 teris quoq; simul apostolis dixit eadẽ ueritas. Paracletus aũt spũs sanctus quẽ mittet pater in nomine meo, ille uos docebit oĩa. Nam quod ad laudem spũs sancti dicimus, quod ad laudẽ spũs in-
Acto.2. tellectus, nunc prædicamus in illa hora, qua sicut iam supra dictum est, apparuerũt dispertitæ linguæ, seditq; supra singulos eoꝝ ignis diuinus, scripturas oĩes & prophetas intellectu interiore ꝓuiderunt, q nec saltẽ lr̃as didicerãt ꝑ hoĩs magisteriũ, & illa penetrauerũt arcana, q̃ clausa erant, clauim sciæ gestãtibus scribis & pharisæis, sapiẽtibus, & legisperitis, completo quod itidẽ dicit:
Matth.11 Confiteor tibi pater dñe cœli & terræ, quia abscondisti hæc, a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quis enim hõ aperuerat illis mysteria psalmorum? Scriptum est autem de il
Acto.4. lis, qui ut sæpe dictum est, sine literis erant. Dimissi uenerunt ad suos, uidelicet, Petrus & Iohannes, & annuntiauerunt eis quanta ad eos principes sacerdotum & seniores dixissent. Qui cum audissent, unanimiter leuauerunt uocem ad dominum, & dixerunt: Domine, tu qui fecisti cœlum
Psal.2 & terrã, & mare, & oĩa quæ in eis sunt, q spũ sancto ꝑ os patris nr̃i Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerũt gẽtes & populi meditati sunt inania, Astiterũt reges terræ, & prĩcipes cõuenerũt in unũ aduersus dñm & aduersus Chr̃m eius: cõuenerũt eñ uere in ciuitate ista aduersus sanctũ puerum tuũ Iesum, quẽ unxisti Herodes, & Pontius Pilatus, cũ gẽtibus & populis Israhel facere quæ manus tua, & cõsiliũ tuũ decreuerũt fieri, &c. Igitur nõ ab hoĩe, neq; ꝑ hoĩem docti, sed spũ scto, spũ intellectus thesaurũ illis scripturaꝝ aperiẽte mirabiliter eruditi, iure a nobis oẽs suscipiunt, & au

diuntur

diuntur tanq̃ os dei qui fuerunt illic, & nefarium nobis est dubitare, in aliquo de omnibus quæcunq; scripserunt hi, qbus ignis ille cor intelligens, & linguã eruditam dedit, & tam sup istos, q̃ sup patriarchas & prophetas ad quos p eundẽ spm̃ nullo mediante hoĩe sermo dei factus est, col locatũ retinemus fundamentũ nostræ fidei. Cęteros oẽs q ibi nõ fuerunt, uel q nõ eodẽ modo ita didicerunt sic legimus: ut qcqd dicunt, nõ idcirco credamus quia ipsi ita senserunt, sed quia dicta sua horum testimonijs, uel aliqua probabili rõne firmare potuerunt. Nam isti sunt quibus tunc reuelatum est quando ab hoĩe uel p hominem doceri non poterant imo qbus illud spiritu sancto reuelatum est, quod homines dicere, aut scire non ualebant. Idcirco sic in Psalmo scriptũ est. Nunquid Syon dicet homo & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus? Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum horum, q fuerunt in ea. Interrogando illam ciuitatem dei, de qua gloriosa dicta sunt, cuius fundamenta in montibus sanctis, scilicet prophetis & apostolis istis, & dicendo, o Syon nunqd homo, magnificentius negauit, q̃ si enuntiando dixisset: nunquam dicet homo. Negando ergo dicamus & nos quia reuera nisi dñs ipse narrasset in scripturis populorum, & principum horum q fuerunt in ea, nunquam diceret, aut dicere uel capere posset homo, tam miram tam'q; altam sniam quæ nunc legitur & scitur, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Hoc nempe tam mirum tam'q; altum est, quàm illud, oĩa per uerbum facta sunt, & uerbum caro factum est, quod utique tam altum est, ut nunquam dicere homo potuisset, nisi dominus ipse in scripturis narrasset, nisi dominus per semetipsum nõ per hominem, sed per spm̃ sanctum sanctas condendo scripturas, cuius uel quorum sibi complacuit ore dixisset. Istæ scripturæ illæ sunt, in qbus passim diuinam authoritatem inuenis, uerbi gratia cum dr, locutus est uel dixit dominus ad Moysen: Locutus est dominus, uel factum est uerbum dñi ad illum uel illum prophetam. Istæ scripturæ nihilominus illorum sunt, de qbus nunc dicebamus, quia apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, sedit'q; supra singulos eorũ & repleti sunt omnes spũ sancto, & cœperunt loqui linguis uarijs prout spũs sanctus dabat eloq illis. ¶ Dicuntur autem in illo Psalmo scripturæ populorum, quia non ut Platonis literæ uerbis grandisonæ sensibus pauperculæ paucis intelligibiles sunt, uel in angulis susurrãt, sed cunctis populis propositæ sunt, & palam oĩ mundo loquuntur de salute omnium gentiũ, quæ in una gẽte conditæ sunt, in qua & prius absconditæ fuerũt. Istis igitur scripturis populorum scripturis principum. s. prophetarum atq; apostolorum ita per omnia credimus, ut dubitare qcquam de illis arbitremur nefarium, & a fide Christi alienum. ¶ Sunt autem de Apostolis, quorum scripta habentur hi, Petrus & Iohannes, & Iacobus, Matthæus, & Iudas, Iacobi. Euãgelium Marci ex ore Petri Apostoli, & euangelium Lucæ ex Apostolica fide scriptum esse fertur Pauli, qui uidelicet Paulus non erat illic, neq; enim uocatus erat, adhuc ubi spũs sanctus super Chri discipulos uenit sed non minus per spm̃ sanctum accepit aut minus habuit a summis Apostolis, unde & nobis aliqd suo loco dicendum uenit. Nam post commemoratõem Petri, nõ minus suauem attingamus memoriam dilecti Iesu Christi Iohannes Apostoli.

Psal. 86.

Iohan. 1.

Acto. 2.

¶ Quod discipulo quem diligebat Iesus magna huius spũs intellectus grã data sit, & q uelut Ioseph unam partem extra fratres suos acceperit, quem tamen non ut Petrũ cæteris Apostolis præferri uoluit. Ca. X.

IOhannes Apostolus & Euangelista ex uerbis suis cognoscitur non paruam accepisse grãm intellectus q a frequens in ecclesia est, & ante oẽs loqtur, unde & non uane dicimus, q a in medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum dñs spũ sapĩæ & intellectus. Scdm grãm qua diligebat eum Iesus, qua & recubuit in cœna sup pectus eius, & dixit: dñe, qs est qui tradet te, magnitudinem accepit intellectus, siue sapĩæ, intellectus ut scripturas intelligerent, sapientiæ, ut mirabili facultate propria conscriberet. Non quidem tunc iam actu hoc donum accepit, quando supra pectus eius recubuit, sed iam tunc accessum habebat, ut postmodum de pectore illo acciperet, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi. Siqdem postea cum dicit: tunc ergo introiuit & ille discipulus qui uenerat primus ad monumentum, & uidit, & credidit, continuo tam de Petro, quàm de semetipso subiungit. Nondum enim sciebant scripturas quia oporteret eum à mortuis resurgere. Tunc & ipse mensuram propriam accepit, quando hic spiritus sanctus uenit, quando & unicuique cæterorum data est gratia secundum mensuram donationis Christi secundum beneplacitum spiritus huius diuidentis singulis, prout uult. Verũ quo more Iacob patriarcha filium Ioseph dilexit, & non contentus illum in sorte uel funiculo distributionis fratribus suis coæquari: do tibi, inquit, partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorræi in gladio, & arcu meo: sic istum discipulum dominus Iesus cæteris altius diligens, & non contentus illum in hac parte gratiæ. s. in spiritu intelligentiæ, cæteris coæqualem eẽ Apostolis aperuit illi rursus secreta cœli, ut uideret uisiones admirabiles, quas & digessit in libro qui intitulatur Apocalypsis, in quo tot pene sacramenta, quot uerba sunt, scriberet'q; illud altum & hominibus inenarrabile uerbi dei, dei incarnati mysterium. Diligebat enim eum, in quo tamen nec illud prætereundum, quia cum tali amoris priuilegio, diligeret eum, non tamen

Ecci. 15.
Iohan. 13
Ibidem. 21.

Iohan. 20.

Ephe. 4.

Gene. 48

 huic, sed

Matth.16. huic sed Petro spiritualiter dixit: Tu es Petrus, & sup hanc petrã ædificabo ecclesiam meã. Sic nimirum Ioseph plus cæteris filijs suis prædictus pater Iacob dilexit, non tamen huic, sed Iudæ Gene.49. benedictionẽ regalem dedit, non auferetur (inquiens) sceptrũ de Iuda, donec ueniat qui mittẽdus est, &c. Quare? Videlicet, quia in dandis benedictionibus non suã, sed dei uoluntatẽ facere debuit, non carnis affectum, sed spiritus initium sequi dignũ fuit. Hoc illi pene simile est. Siquidem dominus noster cum omnes discipulos, & præcipue Petrum amore spiritus uel mentis di Iohãnẽ Christus amore humano magis dilexit. ligeret, hunc Iohannem quodam cordis amore, uelut homo hominem diligens, non tamen cæteris in Apostolatu præferre uoluit, quippe qui in omnibus diuinã uoluntatẽ attendens quodã loco dicit. Quia descẽdi de cœlo, nõ ut faciam uoluntatẽ meã, sed uoluntatẽ eius qui misit me. Iohan.6 Igit in ordine uel dignitate Apostolatus beatus ille Symon Bar Iona, cui primo nõ caro & sanMatth.16. guis, sed pater qui est in cęlis reuelauit, primatũ gerere, & claues regni cœlorũ accipere meruit hic aũt discipulus uelut ille dilectus Ioseph, ptẽ nõ puã extra fratres suos cõsecutus est de thesauro patris de spũ intellectus, q uere iocũditatẽ & exultationẽ sup eũ thesaurizauit: Ad hãc partẽ accedens, quid uiderit non præteriuimus, maxime enim ad istam spectat, de qua nunc agimus gratiam intellectus.

¶De libro quẽ uidit in dextra sedẽtis super thronũ, ꝙ ubi agnus illum aperuit, ibi partẽ suam iste acceperit, & quid ei fuerit accipere librũ de manu angeli, & deuorare illum accipere sibi datum calamũ & metiri templũ. Ca. XI.

Apo.5. VIdi (inquit) in dextra sedentis supra thronũ librũ scriptũ intus & foris signatũ sigillis septẽ. Et post pauca. Et uidi, & ecce in medio throni, & quatuor animaliũ, & in medio seniorꝝ agnũ stantẽ tanq̃ occisum, habentẽ cornua septẽ, & oculos septẽ, q sunt septẽ spũs dei, missi in omnẽ terrã. Et uenit & accepit de dextra sedẽtis in throno librũ. Itẽ post aliq̃. Et uocẽ quã audiui de cœlo iterũ loquẽtẽ mecũ & dicentẽ: Vade accipe librũ aptũ de manu angeli stantis supra mare & supra terrã. Et abij ad angelũ dicẽs ei, ut daret mihi librũ. Et dixit mihi: Accipe & deuora illũ. Et accepi librũ de manu angeli, & deuoraui eũ, & erat in ore meo, tãq̃ mel dulce, & cũ deuorassem eũ amaricatus est uẽter meus. Et dixit mihi. Oportet te iterũ ꝓphetare populis, & linguis & regibus multis. Et datus est mihi calamus uirgæ, &c. ¶Hoc est quod paulo ante dicebamus, qa queadmodũ partẽ unã extra fratres suos, ille filius accrescẽs Ioseph, ita extra condiscipulos suos, dilectus iste discipulus, egregiã per reuelationẽ inLiber in dextera sedentis, quis. telligẽtię partẽ adeptus est. Quis est eñ liber iste in dextera sedẽtis supra thronũ, scriptus intus & foris signatus sigillis septẽ, nisi idem q in Esaia, & scienti literas, & nesciẽti irreserabilis est, cuius tñ etiã illic ita ꝑdicat apertio, in die illa audiẽt surdi uerba libri? Liber iste sancta scriptura ẽ: Esaiæ.29. liber scriptus intus & foris, qppe cui⁹ unitas cõcors uetus testamẽtũ, quasi exterius, & nouũ cõtinet interius, liber signatus septẽ sigillis .i. uel omni latens mysteriorũ plenitudine textus, uel spũs septiformis dispositiõe cõscriptus. Huius libri signacula uerus agn⁹ dei Chrũs, habẽs cornua septẽ & oculos septẽ .i. septiformẽ spm̃ propter eminẽtiã ptãtis, cornubus propter illumiAgnus quãdo aperuerat librum. nationẽ gr̃æ oculis cõpatũ, agn⁹ tãq̃ occisus .i. q occisus qdẽ fuit, sed nũc est uiuus, tũc apparuit qñ resurgẽs a mortuis, & apparẽs discipulis suis, sicut iam diximus supra aperuit illis sensum, ut intelligerẽt scripturas, amplius aũt qñ ascẽso cœlo dedit dona hoĩbus, dedit spm̃ sanctũ intelleLucæ.24 ctu, intus linguis igneis, foris rutilantibus. Ibi nimirꝝ Iohãnes iste ptẽ suã inter fratres suos accepit, libri eñ apti sacramẽta reuelata facie tã ipse q̃ & cæteri intellexerunt Apostoli. Et in primo Septẽ sigilla, quid. qdẽ sigillo decus ecclesiæ primitiuæ, per equũ albũ in sequẽtibus tribus equis, rufo, nigro & pallido, triforme cõtra eam bellũ paganorꝝ, falsorꝝ fratrũ & hæreticorũ. In quinto, gloriã sub hoc bello coronatorꝝ subtus altare dei clamantiũ. In sexto, mala illa, quæ tpe Antichr̃i uẽtura sunt. In septimo, & per illud quod factum est, quasi media hora silentiũ æternæ quietis intellexerunt initium, quæ omnia plenius a doctoribus nostris explanata sunt, Omnes omnino scripturas in Christo impleri intellexerunt, & hæc communis fuit sors omniũ Apostolorum, omnẽ eñ ueritatem docuit illos ille spiritus ueritatis, non modo de præterito, sed & annũciauit eis quę uentura sunt. Extra illos fratres suos, ut adhuc acciperet partẽ unam, partem magnã sic dictum est Apoc.10 ei, uade & accipe librum apertum de manu angeli, datusq́ꝫ est illi calamus similis uirgæ, cũ hoc dicto, surge & metire templũ dei. Et in accipiendo librũ dictũ ẽ ei, oportet te iterũ prophetare populis & gentibus & linguis & regibus multis, & in accipiendo calamũ dictũ est illi: Surge & Apoc.11. metire templũ dei, hoc uel illud, ut iã dictũ est, ita & fecit. Postmodũ quippe de exilio reuocatus, & una uoce rursum euangeliũ prædicauit & calamo scripsit, metiendo templũ dei & altare, & adorantes in eo, quia uidelicet in uerbo euangelij, corda singulorum, qui per fidem sunt temVerbũ euangelij, mẽsura est credentiũ plum dei, in quibus Christus ipse per eandem fidem inhabitans, altare est, quasi metiendo determinantur. Ibi enim quantum singuli proficiant, quantumq; regulæ diuinæ concordent, inueniunt. ¶Et notandũ, ꝙ non nisi ꝑmonitus uoce loquẽtis secũ & dicẽtis: Vade & accipe librũ apertũ de manu angeli, nõ nisi uadens ad angelũ, & postulans ut daret sibi librũ, accepit & deuorauit eundem librum, dulcem tanquam mel in ore suo, amarum autem in uentre suo. Sic enim

futurum

futurũ erat,& sic factũ est, ut loquens cũ eo multis præcibus rogaret ecclesia, quatinus ad recuperandã euãgelij ueritatẽ,& uiua uoce consurgeret,& calamo inseruiret. Misso nãq; illo in exiliũ a Domitiano, qui secundus post Neronẽ Christianorũ persecutor extitit, irruperãt in ecclesia hæretici,quasi in destituta pastore ouilia lupi. Martion Cherintus & Hebion,cęteriq; Antichristi, qui Christũ ante Mariã negantes,simplicitatẽ euãgelicæ fidei puersa maculauere doctrina. Et inde cõpulsus ab omnibus pene tũc Asiæ episcopis,& indicto omnibus ieiunio,dñm prẹcatus ac sancti spũs gratia debriatus,euangeliũ suũ scripsit,quo omnes hæreticorũ tenebras patefactę,subito ueritatis lucæ dispulit. Quod cõpulsus est ab omnibus pene tũc episcopis Asię hoc nimirũ erat uocẽ de cœlo,id est,de ecclesia dei,audire loquentẽ secũ,& dicentẽ uade,& accipe librũ. Quod itidẽ ieiuniũ omnibus indixit,& prẹcatus est dominũ,hoc erat dicere ad angelum: Da mihi librũ,siue da mihi calamũ.

Domitianũs secũdus post Neronẽ persecutor ecclę

Qũo Iohãnes accepit librũ

¶ Quàm utiliter nobis uel omni ecclesię Christi calamũ accepit. i. gratiã scribendi mysteria Christi,unde & merito,tam in uisione Ezechielis,q̃ in sua Apocalypsi debuit per aquilam uolantem signari. Ca. XII.

ACcepit librũ, sumpsit calamũ, & intellectuali oculo sic librũ & legendo deuorauit,& deuorando legit,ut secretã æterni principij naturã, diuinã uerbi sempiterni substantiã,præ cũctis mortalibus altius degustaret, sic calamũ duxit scribẽdo, & p scripturã refundẽdo q̃d deuorauerat,ut audaces omniũ hæreticorũ oculos eodẽ calamo cõfoderet. Quis eñ hæreticus,aut q̃ unq̃ fuit hæreticæ uesaniæ spẽs,cuius oculũ neq̃, corpusq; totũ tenebrosum ueritatis radius ex euãgelico eius ore nõ pfodiat atq; diuerberet? Totus in deo,totus in uerbo dei sermo eius est, unde & de ore eius,tota Christianę fidei schola pẽdet ut quicq̃d dũ garrula hæresis infesta ẽ,quærere oportet ipse cõsultus maturæ reuerẽtiæ magister enũciet. Itẽq; dissoluat. Vnde q̃a nobis altissima uidit,& in sole diuinitatis oculũ fixit, recte animaduersum ẽ, eum tam apud Ezechielis uisionẽ q̃ & apud suã ipsius Apocalypsim per aquilã uolãtem significari. Et eñ ubi librũ supradictũ aperiri uidit,aperiente agno dei, ibidem paulo ante dicit Et in circuitu sedis,quatuor animalia plena oculis ante & retro. Et animal primũ simile uitulo. Et cætera. Vltimũ semetipsum designauit,dicẽdo:& quartũ animal simile aquilæ uolanti, quia uidelicet nouissimus suũ hic euangeliũ scripsit. ¶ Quãuis amplius placeat unũ eundẽq; Christũ dei filiũ per hæc quatuor animalia significari, quippe qui & homo natus est,& uelut uitulus sacrificatus est,& ut leo surrexit,& tanquam aquila super astra uolauit,nihilominus tamen & hic aquila recte dicitur,qui diuinitatẽ illam.qua in cœlũ homo Chrũs ascendere potuit, irreuerberatis oculis altius contemplari meruit. Scriptũ est eñ: Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilæ. Si ergo illos dixit aquilas qui illuc assumuntur, ubi diuinitatis claritatẽ facie ad faciem,& sicut est mereantur uidere, quanto magis iste recte aquila dicitur, qui adhuc in carne positus, potuit in illum solem apertos oculos figere?

Euangeliũ Iohãnis in hæreticis ualidissimũ.

Ezech. I.

Apoca. 4.

Iohannes per aquilã designatur.

Matth. 24

¶ De eo q̃ dictum est ei: Et faciet amaricari uentrem tuum,sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Ca. XIII

ET faciet(inq̃t)amaricari uentrẽ tuũ, sed in ore tuo erit dulce tãq̃ mel. Et est sensus. Cũ perceperis,oblectaberis diuini dulcedine eloquij,sed amaritudinẽ senties,cũ pdicare & opari ceperis q̃d intellexeris. Quare? Quia uidelicet nõ oẽs hoĩes oblectat uerbũ dei cũ sit naturaliter dulce,q̃a nõ solũmodo de gaudijs cœlorũ agit,sed & de flãmis gehenne. Vnde & Ezechiel de hoc eodẽ libro dicit,q̃d hic Iohãnes tacuit,q̃a scriptæ erant in eo lamẽtatiões,& carmen,& uæ. Cũcta eñ series ueteris & noui testamẽti pœnitẽtiã pro peccatis agẽdã,q̃d est lamentari,regnũ cœleste quærendũ,ubi est carmen,& fletus infernalis,ubi est uæ,prẹmonet esse fugiendos. Verũ homines uoluptatũ amatores,propter scripturã lamẽtionũ, & uæ totum librum oderunt,& iccirco uentrem illius qui illum deuorauit, amaricari faciunt. Neq; enim hoc soli Iohanni dictum est,uel de solo Iohanne sentiendum est,q̃ post dulcedinem tanquam mellis in ore,uenter illius amaricatus fuerit. Nimirũ quicunq; de manu angeli huius, angeli magni consilij librũ hunc accepit,& saltem unam ex eo deuorans pagellam, manifestã per uocem prædicatiouis ructum fecit,uix aut nunq̃ effugere potuit, quin pateretur quippiã de oc cursu,seu rufi,seu nigri,seu pallentis equi. Quod ut apertius dictum sit, uix quisquam aliquãdo imo nũq̃ de supno munere uerũ scripturæ sanctæ intellectũ accipiẽs, secũdũ eundẽ ueritatis intellectũ,contra uanitates & insanias falsas declamauit,qui nõ aut aperta persecutione inimicorũ dei,aut intestina detractione falsorũ fratrũ,qui nominetenus sunt Christiani,aut hæreticorũ impugnatione qui exierũt ex nobis,sed nõ erãt ex nobis, quippiã patiatur amaritudinis. Maxime aũt inter suos eiusmodi molestiã patitur, quisquis librum istũ deuorauit. Non eñ mẽtitur qui dixit: Amen amẽ dico uobis,quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Ecõtra q spm huius mũdi accepit, quẽcũq; philosophia huius mũdi uel tenuiter imbuit, ille ad diẽ festũ ascẽdit,q̃a tempus eius semper paratum est,& ille quasi matutinis insistit cantilenis,ut mane comedat, & inter mane comedentes memoria sui sit, De talium sapientia dicitur in Esaia sub specie meretri-

Apoc. 10.

Ezech. 2.

I. Iohan. 2.

Lucæ. 4.

Esaiæ.23 meretricis. Sume cytharam, circui ciuitatē meretrix obliuioni tradita. Bene cane frequenta cāticū ut memoria tui fit. Exilem ualde mercedem cum improperio meretrici taxauit dicendo: ut memoria tui fit. Nam iccirco meretrix, iccirco obliuioni tradita est, quia canit, nō ut dei, sed ut sui memoria fit. Ex huius quidem cantilena nunc interim & in ore suo, & in uentre suo dulcis est, tanquam mel, fauus enim distillans labia meretricis, sed postmodum in fel aspidum conuertetur ei. Libri autem sępedicti intelligentia nūc quidem cum sit in ore dulcis, tanquam mel pro spe gaudij sempiterni, etiam si persecutionis amaritudo desit, pro re tamen pręsentis exilij uen-
Hiere. 4 trem amaricari facit. Vnde & dicit: Ventrem meū doleo, uentrem meū doleo. Item, Secretum
Esaiæ.24. meum mihi, secretū meū mihi. Væ mihi.

¶De Matthæo publicano quomodo ipse cibatus pane uitæ & intellectus magnū usq; hodie Christo faciat conuiuiū in domo sua. Ca. XIIII.

POst Iohannē scribendi quidē ordine, sed nō etiā euangelicæ scripturę prior qualitate, Matthæus publicanus, & ipse uitæ atq; intellectus pane cibatur, & eodē intellectu ma-
Matth. 9 gnū in domo sua dño Iesu facit cōuiuiū, magna uere scdm nomen suū gratia donatus. Huiuscæ cōuiuij diuinitus ꝓuisum fuit illud ꝑsagiū, qđ sicut manifestius ait Lucas, uo-
Lucæ.5. catus cū sederet ad theloneū, & sequēs dñm, fecit ei cōuiuiū magnū in domo sua. Cōuiuiū ergo fecit ei, & magnū nimirū, quasi conuiuiū regis. Nā sicut alias iā plenius diximus apud istū euangelistam rex genere & actibus Chrūs ostenditur, cū iam a principio uel initio suo dicit liber ge-
Matth.1. nerationis Iesu Christi filij Dauid, & deinde natū mox regē Iudæorū a Magis adorari describit totūq; textū suę narrationis regalibus gestis ac regijs contexēs parabolis, sic tandē finit, ut dicat apud eū rex iste iam coronatus resurrectionis gloria, data est mihi omnis potestas in cęlo & in
Matth.28. terra. Totam seriem cōscriptionis eius si rite ꝑpēdis, spirare cognosces mysteria regni dei. Nec mirū publicanus quippe fuerat de publico regni peccati seruitio, ad libertatē regni dei, regni iustitiæ uocatū se esse meminerat. Bene ergo ut nō ingratus magno libertatis suæ regi regni eius legibus inseruiuit, intendens regnū eius, quod a carnalibus Iudæis carnaliter expectabatur ostē-
Augus. lib.1 de cōse. euā. ca.6. sup Iohan. tract.36 dere quale sit. Hoc animaduertēs pater Augustinus, Marcū quidē tā in prophetica q̄ in euāgelica quatuor animaliū uisione ꝑ faciē hominis, hūc aūt. s. Matthęū ꝑ faciē leonis intelligi mauult Nā de Luca ꝙ per faciē uituli, & de Iohāne ꝙ per faciē aquilæ uolantis significetur apud omēs doctores, una & indiuisa sentētia est. De istis quadrigis nostri Aminadab qđ interpretatur po-
Can.6. puli mei spontaneus, propter quas nesciētē synagogā conturbauit anima sua, plura longe superius. s. in propheta Ezechiele diximus. Proinde iam nūc ad reliqua proficiscamur.

De Iacobi fratre dñi, ꝙ & ipse in isto intelligentiæ spiritu calamū tinxerit. Ca. XV.

IAcobus frater domini, qui & ab hominibus propter eminentē sanctitatem appellatus est iustus, ipse quoq; calamū tinxit in isto intelligentiæ spiritu. Scripsit eñ illam, quæ canoni-
Gala.2. carū septē epistolarū prima est. Dixit de hoc Iacobo Paulus Apostolꝰ, Iacobus & Cephas & Iohānes, q uidebanť colūnæ esse, dextras dederūt mihi, & Barnabæ societatis, ut nos in gētes, illi aūt in circūcisionē qa in circūcisionē ordinatꝰ erat Apłus, curauit eos q ex circūcisiōe erāt sicut pñtes colloquēdo docere, sic & absentes ꝑ epistolā cōsolari, instruere, icrepare & corrigere. Et dispersis quidē qui persecutionē passi sunt propter iustitiam, quæ occiso a Iudæis Stephano, magna facta est in ecclesia quæ erat Hierosolymis, epistolam scripsit, sed nō solum his uerumetiam illis, qui pręcepta fidei Christi necdum operibus adimplere curabant, nec nō & eis
Iohan.16. qui etiā fidei exortes durabant, qui & ipsam incredentibus quātū ualuere ꝑsequi, ac perturbare certabāt. Ergo in hoc non parū laudabiliter adimpletū est, qđ de isto spū ueritas dixit, qa cū uenerit ille, arguet mūdū de peccato, & de iustitia & de iuditio. De peccato quidē, quia nō crediderūt in me, &c. Nam magis de uicino uidelicet cū esset Hierosolymorū pontifex iste non tm̄ uerbo, sed & scripto illos de peccato suo redarguit diuites, quorum ex adipe prodijt iniquitas eorum, ut occiderent dominum dum dicit. Agite nunc diuites, plorate, ululantes in miserijs
Iacob.5. quæ aduenient uobis. Thesaurizastis irā in nouissimis diebus. Epulati estis sup terrā, & in luxurijs enutristis corda uestra. In die occisionis adduxistis, occidistis iustū & nō restitit uobis. Deinde rursus ad eos cōuertitur, qui taliū improbitate fuerāt oppressi, cohortās eos ad patientiam
Iacobus de fide & opibus satis disputat Iacob. 2. Roma.3. Patientes igitur estote (inquit) fratres usque ad aduentum domini, & cætera. ¶Nec uero illud prætermittendum quod oportunæ satis, de fide & operibus disputat. dicens: quoniam fides sine operibus mortua est, siue occisa est. Nam quoniam Paulus Apostolus prædicans iustificari hominē per fidem sine operibus, non bene intellectus est ab eis, q sic dictū acceperunt, ut putarēt eū si semel in Christū credidissent, etiam si male operarētur & facinorose, flagitioseq; uiuerent, saluos esse per fidē, eundē sensum illius qūo sit intelligendus, exposuit, ideoq; Abrahę ma-
Iustificatio quomodo sine operibus. gis exemplo usus est, uacuā esse fidē, si nō bene operaret, qm̄ Abrahæ exēplo etiā Paulus Apo- usus est, ut probaret iustificari hominē sine opibus. Cū eñ bona opa cōmemorat Abrahę, quæ eius fidē comitata sunt, satis oñdit Apostolū Paulū nō ita ꝑ Abrahā docere iustificari hominē per fidē sine opibus, ut si qs crediderit nō ad eū ꝑtineat bene opari, sed ad hoc potius, ut nemo ar bitre-

arbitretur, meritis prioꝝ bonoꝝ operũ se peruenisse ad donũ iustificationis, quæ est in fide.

¶ De Iuda fratre Iacobi, quod ipse magnam intelligentię facultatem breui calamo comprehendit. Ca. XVI

IVdas Apostolus frater Iacobi, quẽ in Euãgelio Matthæus, & Marcus Thadæũ appellãt, scribit cõtra eosdem fidei corruptores, quos & Petrus & Iohannes in suis damnãt epistolis. Iste quoq; breui calamo, sed multã intellectus facultatẽ cõprehẽdit. Verbi gratia cũ dicit: Væ illis q in uia Cain ambulauerũt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & incõtradictione Chore perierunt. Hęc eñ cũ dicit, breuiter quidem sed lucide Cain exemplũ asserit fuisse omniũ, qui propter inuidiã meliorũ nomen sibi doctoꝝ quo honorificẽtur, assumunt. Balaam uero illorũ, q pro amore terrestriũ cõmodoꝝ, ueritatẽ quã ipsi norũt, impugnant, Chore autẽ qui uiuus ad inferna descẽdit eoꝝ quicunq; appetitu indebiti primatus, se ab unitate sanctę ecclesiæ secernunt, scientesq; & præuidẽtes quãtũ mali gerãt, ad scelerũ tamen tartara descẽdunt ¶ Sed habet hęc eadẽ epistola incerta, & de Apocrifis sumpta testimonia. Etenim quod ait: dũ Michael archangelus cũ diabolo disputans, altercaretur de Moysi corpore, non ẽ ausus iudicium inferre blasphemię, sed dixit: imperet tibi dominus, quando inquam de Moysi corpore cõtentionẽ cũ diabolo Michael habuerit, incertũ habemus. Item quod ait: prophetauit aũt de his septimus ab Adam Enoh, dicens: Ecce uenit dñs in sanctis milibus suis, facere iudiciũ cõtra omnes, arguere oẽs impios, de Apocrifoꝝ libro scriptũ est. Proinde primis quidẽ temporibus a plerisq; hęc epistola reijciebatur, sed auctoritate iã, uetustate & usu meruit inter sanctas scripturas cõputari, maxime, quia tale testimoniũ de Apocrifis Iudas sumpsit, quod non Apocrifum aut dubium, sed uera luce & lucida esset ueritate perspicuum. Quis eñ fidelium nesciat aut dubitet uenturũ esse dominũ in sanctis milibus suis, facere iudiciũ cõtra oẽs, & arguere oẽs impios de oẽibus opibus impietatis eorũ, quibus impie egerũt, & de omnibus duris uerbis q̃ locuti sunt cõtra eũ oẽs impij? Porro quod ait: dum Michael archangelus cum diabolo disputans, altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sic assumptũ uideri potest, quomodo & illud ab Apostolo, ubi Corinthios a fide resurrectionis abductos, sua ipsorum sententia, quis inepta conuincere studens, ita dicit. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Vt quid & baptizantur pro illis? Neq; eñ, quia tali contra illos argumento usus est, consequens est Apostolum approbare, ut pro mortuis uiui baptizarentur, sed ut corã oculis ipsoꝝ inconsideratã leuitatẽ constitueret, qua semetipsos omni uẽto doctrinæ circũferri nesciebant, factũ assumpsit, quo suamet ipsi uerba impugnabãt, dum resurrectionem mortuorũ non esse dicentes, uiuos pro mortuis baptizabãt. Nimirum ita etiam non quia dixit hic dum Michael archangelus, cum diabolo disputans, altercaretur, &c. consequens est eum approbasse opinionem, quæ de scripturis non haberet auctoritatem, sed ex suomet ore illos uoluisse concludere, quod contra quempiam, maxime autem contra deum non deberent blasphemiam siue indisciplinatam effundere offensionem. Si eñ ut ipsi tenebant Michael archangelus, diabolo sibi aduersanti, blasphemiã dicere noluit, sed modesto sermone illum coercuit, multo magis hominibus omnis blasphemia cauẽda ẽ, & maxime ut dictum ẽ, ne uerbo indisciplinato maiestatẽ creatoris offendant.

1. Corin. 15. Quo intelligitur qui baptizãtur pro mortuis

¶ De Paulo Apostolo, quo uel qua intẽtione gradũ suũ defendit, uidelicet, quod quis nõ fuerit illic, nihilominus tñ Apostolicã intelligẽtiæ gratiã acceperit. Ca. XVII.

PAulus uas electionis, magnus & inclytus, ueritatis causidicus, nomẽ sibi & locũ in hoc ordine siue officio magno certamine uendicat, stans atq; perorans iugiter in omni auditorio, in omni ecclesia, in omni cœli & terræ ꝑtorio, Verbi gratia cũ dicit ad Corinthios. Vtinã sustineretis modicũ quod insipientiæ meæ, sed & supportate me. Et subinde. Nam si is qui uenit aliũ Christũ prædicat quẽ nõ prędicamus aut aliũ Christũ accepistis, aut aliud euãgeliũ quod nõ recepistis recte pateremini. Existimo eñ me nihil minus fecisse a magnis Apostolis. Et post uehementissimũ acerrime orationis cursum, tandem decentissime, quasi respirans, factus sum (inquit) insipiẽs, subauditur merita mea narrãdo, uos me coegistis. Ego eñ debui a uobis commẽdari. Nihil eñ minus feci ab his q sunt supra modũ Apostoli, tametsi nihil sum. Signa uero Apostolatus mei facta sunt sup uos in omni patiẽtia, signis, prodigijs, & uirtutibus. Quid est eñ quod minus habuistis prę cæteris ecclesiis? Itẽ ad Galathas Paulus Apostolus nõ ab hoĩbus neq; p hominẽ sed p Iesum Christũ & deũ patrẽ q suscitauit eũ a mortuis. Et subinde. Notũ eñ uobis facio fratres euãgeliũ quod euãgelizatũ est a me, quia nõ est scdm hominẽ neq; eñ ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed p reuelationẽ Iesu Christi. Hoc modo ingressus toto suæ cõuersionis atq; ꝓcessionis ordine ualidissime cõfirmat, & quod nõ ab hoĩe neq; p hominẽ euãgeliũ acceperit, & quod priores Apli nihil illi ad correctionẽ siue supplementũ eiusdẽ euãgelij cõferre potuerũt. Mihi eñ q uidebãtur eẽ aliquid, nihil contulerunt. Et subinde. Cũ aũt uenisset Cephas Antiochiam, in faciem eius restiti quoniam reprehensibilis erat. & cætera. Ita cũ multis literaꝝ suaꝝ locis, tũ uero in titulis siue ꝓscriptionibus, Apostolatũ suũ defendit, itaut

2. Corin. 11

2. Cori. 12

Gala. 1

Gala. 2

ita ut epistolarũ suarũ fere nulla sit, cuius in capite nõ splendeat auctoritas Apostolici nominis præter illam quam ad Hebræos, quorũ Apostolus non erat, scripsit. Non ita in cæterorũ Apostolorum literis. Nam præter Apostolum Petrũ, nullus saltem in capite mentionẽ fecit huius nominis. Cur hoc? Videlicet quia cęteri omnes, ita erant Apostoli, ut defensione non egerent Apostolatus sui, quippe qui ab ipso domino inter homines cõmorãte uocati, & singuli per nomina sua designati fuerant Apostoli, & super q̃s spũssanctus in die pẽtecostes uenit, a q̃bus, uel per quos initium fuerat euangelicæ prædicationis Paulus illic non erat, non in illo cœnaculo, quando spiritus sanctus uenit, sed in synagoga Sathanę erat, quippe qui & persecutus est huius uiæ quascunq; potuit personas. Hoc scientes æmuli, & euangelicæ ueritatis corruptores pseudo Apostoli auctoritati eius, & ad subuersionem fundamẽti bene positi sapienti architecto, detrahebant, dicentes: non est Apostolus, non uidit dominũ, non est audiendus. Hęc dicẽdo, plurimos eorum quos conuerterat illi subuertebant. Non suæ famæ diminutionẽ, sed credentium Paulus dolebat subuersionẽ. Iccirco nonnunq̃ quasi stomachatur, & legitima defensione utens

j. Corin. 9 — Alta de se & humilia Paulus ad audito rũ receptum dicit.

non sum (inquit) liber, non sum Apostolus, nõne Iesum dominũ nostrũ uidi? Nõne opus meũ uos estis in domino? Et si alijs non sum Apostolus, sed tamen uobis sum. Nam signaculũ Apostolatus mei, uos estis in domino. Et his similia. Alias autem de propria conscientia satis humiliter confitetur, q̃d ab æmulo detrahente uentilatum suscipere non dignatur. Ait eñ, Nouissime autem omniũ tanquam abortiuo uisus est mihi. Ego eñ sum minimus Apostolorum, qui

j. Corin. js

non sum dignus uocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autẽ dei sum id quod sum, & gratia dei in me uacna non fuit, sed abundantius omnibus illis laboraui. Non

j. Thimo. j

autem ego, sed gratia dei mecum. Item, Qui prius fui blasphemus (inquit) & persecutor & contumeliosus, sed misericordiã consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione quæ est in Christo Iesu. Et continuo. Fidelis sermo, & omni acceptiõe dignus, quia Iesus Christus uenit in hunc mundũ peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Iesus Christus omnem patientiam, ad confirmationẽ eorum, qui credituri sunt in uitam æternam. ¶ His ita se habentibus, de ueritate Apostolatus eius, quo & pro dignitate gratiæ dei donatum se profitetur, & pro indignitate eius quæ pręcesserat incredulitatis immeritũ

Gala. j.

se cõfitetur, omniũ horum quæ dicta sunt, maximũ uel præcipuum illud esse arbitremur, quod de hoc eodem Apostolatu ad Galathas loquitur Paulus Apostolus nõ ab hominibus neq; per hominem. Et. Notum enim uobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est a me, quoniam non est secundum hominem, neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi.

¶ Quod iste quidem non fuerit sine literis. Nã in litera legis eruditus fuerat ad pedes Gamalielis, sed spiritualem sensum legis uel euangelium Christi, non ab homine neq; per hominem acceperit, sed per reuelationẽ Iesu Chr̃i. Ca. XVIII.

HOc eñ est quod in Apostolis primis hominibus idiotis & sine literis miramur, quod in isto spiritu sancto, spiritu intellectus prædicamus. Itemq; in Moyse & in prophetis ad laudem eiusdem spiritus ueneramur, quia quam ab hominibus uel per hominẽ nõ didicerant aut discere poterant, solius diuinitatis reuelatione sine mora didicerũt ueritatis notitiam. Hic tamen non homo idiota, aut sine literis fuerat, sed quemadmodum ait

Acto. zz.

ipse uir Iudæus, natus à Tharso Ciciliæ, nutritus in illa Hierosolymorũ ciuitate, secus pedes Gamalielis, eruditus iuxta ueritatem paternæ legis, æmulator legis, sicut & uos omnes (inq̃t) estis hodie. Ergo nonnihil intererat, quia uidelicet illi homines idiotę & sine literis, hic autem ad pedes Gamalielis, hominis sapientis & literati, iuxta ueritatem paternæ legis, eruditus fuerat. Sed quam iuxta ueritatẽ paternæ legis, secus pedes illius hominis erudiri potuerat? Nimirum iuxta ueteris testamenti, iuxta ueritatem non spiritus uiuificantis, sed literæ occidentis. Verbi gratia Erudiri potuerat scriptum esse, quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unũ de libera, & eum qui de ancilla secundum carnem natum esse, eum autẽ qui de libera per repro-

Gala. 3.

missionem. Verum hæc duo testamenta esse, unum quidem a monte Syna in seruitutem generans quæ ẽ Agar, alterum autem de sursum de Hierusalem libera, quæ ẽ mater omniũ nostrũ, hæc inq̃ sic esse secus pedes illius hominis, ueudiri non poterat. Igitur tam scientes siue dociles, q̃ & beneuoli credamus huic Apostolo gentium, Apostolo nr̃o dicẽti, quia euangelium quod euangelizatum ẽ a me, non ẽ secundum hominem, neq; eñ ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Notandum quippe, q̄ non dixit literam siue literaturã legis, quam scio, non ab homine accepi neq; didici, sed euangelium (inquit) quod euangelizatũ est a me, non ab homine accepi neq; didici. Literam quippe legis, sicut iam dictum ẽ, literã occi

z. Regũ. jj.

dentem, per hominem, id ẽ, secus pedes Gamalielis acceperat & didicerat, occidẽdus per illam, sicut occisus est Vrias Etheus, per scripturam Dauid quam portabat, nisi sola eum in ipso itinere præuenisset uiuificantis spiritus gratia. Adhuc quippe spirans minarũ, & cædis in discipulos domini,

domini, accesserat ad principem sacerdotum, & petierat ab eo epistolas in Damascũ ad synagogas, ut si quos huius uiæ inuenisset uiros, aut mulieres, uinctos pduceret Hierusalem. Et cũ iter faceret, qd erga eum egerit gratia dei totus orbis audiuit, gentes & reges audierunt, coram qbus nomen Iesu portauit istud uas electionis. Ipse quoq; coram quondam rege hoc ipsum portãs, & enarrans: die, inquit, media in uia uidi rex de cœlo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen, & eos q simul mecum erant. Omnesq; nos cum decidissemus in terram, audiui uocem loquentem mihi hebraica lingua: Saule, Saule, qd me psequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare. ¶Quo interim ab homine uel quem per hominem, euangelium accepit aut didicit. Non enim dictum est, erat euangelium legens, sed erat tribus diebus, & tribus noctibus non uidens. Non dixit Ananias, dñs Iesus misit me ut te informẽ euangelio, sed dominus misit me, inquit, ut uideas, & implearis spiritu sancto. Non dictum est, legit cum discipulis q erant Damasci tempore multo, sed dictum est, fuit cum discipulis q erant Damasci per dies aliquot, & continuo ingressus in synagogis prædicabat Iesum, quoniam hic est filius dei. Stupentibus autem omnibus, q audiebant & dicentibus: nonne hic est, qui expugnabat in Hierusalem eos, qui inuocabant nomen istud & huc ad hoc uenit, ut uinctos illos duceret ad principes sacerdotum, ille multo magis conualescebat, & confundebat Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. Profecto sic conualescere tyronem euangelicum & sic Iudæos confundere, nequaquã fieri poterat absq; præacuta fide, siue magna scientiæ, & ueritatis plenitudine. Nec uero hæc mutatio dexteræ excelsi, sine magno & competenti signo cõtigerat illi. Nam ubi dixit Ananias, dominus misit me ut uideas, & implearis spũ sancto, confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & uisum recepit. Quid illæ ab oculis eius cadentes squamæ significauerint: ipse intellexerat, qui dixit: Et non sicut Moyses ponebat uelamen super faciem suam, ut non intenderent filij Israel in faciem eius quod euacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum usq; in hodiernum diem, ipm uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur. Sed usq; in hodiernum diem cum legitur Moyses uelamen est positum super cor eorũ. Nos uero omnes reuelata facie gloriam domini contemplantes in eandem imaginem transformamur, a claritate in claritatem, tanquam a domini spiritu. Nimirum uelamen incredulitatis, quod fuerat positũ super cor eius, id est, Iudaicæ cæcitatis perfidia domino Iesu, de cœlo inclamãte, trãsierat ad oculos exterius, & exinde ceciderat cum squamis illis uelamen illud significantibus. Itaq; resurrexerat homo splẽdidus, tam in corpore exterius, quàm in corde interius illuminatus. Lux erat in mente, splendor lucis radiabat in ore. Abstulerat ab oculis suis uelamen literæ occidentis & profundebat splendorem spiritus uiuificantis. Hoc non potuerunt ferre filij Israhel, non potuerunt sustinere carnales Iudæi. Confundebantur enim illo conualescente reuelata facie, unde & consiliũ fecerunt, inqt scriptura, ut interficerent eum, sed notæ factæ sunt. Saulo insidiæ eorum.

Acto. 26

Ananias q[illegible] Paulo con[illegible] lerit.

Acto. 9

2. Cor. 3

Velamen co[illegible] dis ad oculo[illegible] foras prodie[illegible] rat in Paulo.

Acto. 9.

¶Quod prouide ibi sit hic Beniamin adolescentulus, scilicet in illo gradu uel priuilegio Apostolici principatus, dicatq; ueraciter: Gratia dei sum id quod sum.

Caput XIX.

IBi igitur Beniamin adolescentulus, id est, ibi Paulus de tribu Beniamin, sicut ipsemet in epistola sua testatur, & inde adolescentulus, quia postremo uocatus, quia suamet confessione Apostolorũ minimus. Vbi? Nimirum in illo ordine, in illa mensura atq; priuilegio Apostolico, ubi ascendens Christus in altum, & captiuam ducens captiuitatem, dedit dona hominibus, ubi præuenerunt principes, scilicet iam dicti Apostoli, coniũcti psallentibus, id est corde, uoce, & opere confitentibus. Atq; iuuenculari nouæ uitæ, lætitia tympanizantibus, & ita in ecclesiis domino benedicentibus, ubi apparuerunt fontes Israhel, fontes & flumina aquæ uiuæ, id est, carismata spiritus sancti, qui datus est. Ibi inquam, id est, in illo principatu, siue in illis fontibus Beniamin adolescentulus, nõ dubius aut incertus Apostolus, licet adolescẽtulus, licet nouissimus. Nec uero utcunq; ibi, sed in mentis excessu, scilicet in stupore mentis oĩm dicentiũ, nonne hic est qui ad hoc huc uenerat, ut expugnaret nomen istud, siue in stupore mentis suæ, quando a dño in uia percussus, stupidus factus est, siue postea quando raptus fuit usq; ad tertium cœlum & audiuit archana uerba, quæ non licet homini loqui. Ibi est, & gratia dei inquit, sum id quod sum. Pulchra & decora adolescentuli huius confessio: suauis & gloriosa nouissimi uel minimi Apostolorum professio. Nonne tibi uiderentur idem posse dicere ueraciter primi Apostoli, siue primogeniti Apostolorum? Quis enim Apostolorum siue cuiuslibet ordinis sanctorum? aut electorum aliunde quam ex gratia dei est, id quod est? Cur ergo in depressionem siue minorationem sui, dixit, gratia dei sum id quod sum? Præmiserat enim dicens, nouissime autem omnium tanquam abortiuo uisus est & mihi, ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus uocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Hoc præmisso statim subiunxit gratia autem dei sum id quod sum. ¶Dicimus igitur quia & priores quidem Apostoli, gratia dei sunt id quod sunt, sed iste differenter gratia dei est id quod est. Differt enim ab huius uocatione cæterorum uocatio Apostolorum, Cæteri nanq; Apostoli, tunc crediderunt, & tunc uocãtem

Phil. 3

Psal. 67

1. Cor. 15

Ibidem

Spũalis Paulus grã id est, quod est.

dominum Iesum relictis omnibus secuti sunt, quando ille homo uilis erat hominibus, & in tantum uilis ut postea crucifigeretur. Istum autem quando uocauit dominus Iesus, iam fulgebat in cœlo sedens ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto fulgore maiestatis, ut eum quem uocabat, cæcum faceret, atque sua claritate lumen corporeum extingueret hominis infirmi, & ueri luminis uirtutem ferre non sustinentis. Adde quod illi quando uel antequam uocarentur, innocenti & simplici negotio dediti erant pleriq;, scilicet retia mittentes in mare, in capturam piscium, solum denique Matthæum publicanum fuisse legimus, & de theloneo uocatum, hic autem persecutor & blasphemus fuit & iniuriosus, & tunc quando uocatus est, petitas accepit literas a principe sacerdotum & uinctos ducturus discipulos domini pergebat Damascum. Quid multa? Totis animis, toto spiritu minax & sæuus dominum Iesum persequebatur, & eodem impetu, eodē corripientis domini clamore, quo Saulus prostratus est, ut Paulus resurgeret, sic complacuisset uictori, ut hostem suum in mortem æternam fulminaret, nemo iure reprehenderet. Deniq; ius belli, & lex uictoriæ est, ut fortior de hoste suo uictor sese uindicet. Sed uitæ miranda uictoris gratia reseruatus est, ut uiueret & uiuens seruiret, cum sicut iam dictum est, funditus occidi iure potuisset. Veraciter igitur dicat, gratia dei sum id quod sum, quia reuera non simpliciter, non communi more sanctorum omnium, sed multum differenter gratia dei est id quod est. Huius rei in omni uita sua non immemor, in prima quoque fronte eius, quam ad Romanos scripsit epistolæ tangit breuiter cum dicit: Paulus seruus Iesu Christi. Seruum se uocat, quia uidelicet de bello uictum, gratia uictoris seruatum se esse nouerat. Seruus nanque proprie dicitur, qui uictus in bello, cum iure possit occidi pro sola uictoris uoluntate reseruatur, & proinde proprius eius a quo uita donatus est.

Iohan. 1. Matth. 9 Lucæ. 5. Roma. 1

¶ Quod uere gratia dei in eo non fuerit uacua, q maxime ex epistola eius ad Romanos legentes experimur, quam pro consuetudine illorum quibus loquitur quasi quinque distinxerit actibus. Ca. XX.

1. Cor. 15 Expimur nos quoq; gratiā in Paulo non fuisse uacuā

ET gratia eius, inquit, in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem sed gratia dei mecum. Vere dicamus & nos, experti quippe sumus, & quotidie legentes experimur, quia gratia eius o sancte Paule in te uacua non fuit. Non adeo de abundantia laborum tuorum, qbus in illa grā eius laborasti, præsenti loco agimus, sed intellectum tuum considerantes nunc dicimus quia gratia gratia eius in te isto munere uacua non fuit. Possemus multa colligere de thesauro sapientiæ & intellectus, quem thesaurizauit in istud uas electionis suæ sanctus domini Iesu Christi spiritus: sed hoc longum nimis esset, & longe superius ubi de lege siue de testamento ueteri loquebamur sparsim hoc ipsum pro posse fecimus. Nunc ut parum quid de hac parte gratiæ dicamus, unam tantum, id est, eam quæ ad Romanos scripta est epistolam sumamus uere copiosam thecam sapientiæ & intellectus, & secundum intelligentiam eius gratiam ueritatis, & ueritatem gratiæ dei, nos quoq; intelligere studeamus. Primum est ut eandem epistolam, siue epistolæ negotium actibus quinq; distinctum esse cognoscimus, uidelicet secundum legem siue morem sapientium, quibus loquebatur. Nam apud eos cautum erat in nugis secularibus, ut quidlibet earum rerum quibus mores instruebantur, aut etiam reprehendebantur quinq; non excederet actus. Vnde & apud Flaccum pueri legimus. Neve minor, neu sit quinto productior actu. Fabula, quæ posci uolet, & spectanda reponi. Est igitur primus actus coæquatio Iudæi & Græci, quod scilicet omnes peccauerunt, & egeant gloria dei. Secundus commēdatio gratiæ, uel fidei Christi, quod uidelicet omnes per unum hominem iure debeant iustificari. Tertius concertatio, q non debeamus iterum peccare liberati a lege peccati & mortis. Quartus: Demonstratio quid lex ante manifestationem gratiæ potuerit aut nō potuerit. Quintus, commonitio gentium, quod non debeant insultare Iudæis: quod inquam, non debeant rami oleastri in bonam oliuam inserti aduersus naturales ramos, quia fracti sunt gloriari. Nam deinceps quod residuum est epistolæ, de cōibus rebus, id est de moribus agit. Nūc ergo duce eodem spū intellectus ingrediamur, & eosdem diligentius actus distinguamus.

Flacci authoritate, fabula plus quinque actus nō habet
Roma. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

¶ De primo actu quo Iudæum & Grecū coæquat, eo q omnes peccauerunt & egēt gloria dei. Ca. XXI.

Roma. 1 Actus prim9

PRæmissa salutatione magnifica gratiæ, & pacis dei patris nostri, omnibus qui sunt Romæ dilectis dei, uocatis sanctis, & captata beneuolētia, cum attentione ab eo quod ait: Primū qdē gratias ago deo meo per Iesum Christū pro oīnibus uobis usq; ad id qd dicit: iustus autem ex fide uiuit, continuo ingressus, primo q̄ sapienter, q̄ acerrime gentilium peccata percutit, & deinde exilem Iudæorum iustitiam sub peccato concludit. Etenim causa quidem poscebat, ut Iudæum prius argueret, eumq; contra suam ipsius faciem statueret: quia uidelicet ex Iudæo omnis controuersia erat. Ille enim gloriabundus in carne Abrahæ, gentilem prouocans, quasi litem in iudicio proponebat, eumq; euangelica indignū iudicabat gratia, nisi quia per misericordiam illū in hospitium siue incolatū generis Israhelitici susciperet dei sui pia, & omnibus consulens largitas. Sibi debitum, sibi proprium uendicabat Iudæus conuersus Christi euan

Iudæi iter Romanos litem excitarunt

sti euangelium, eratq́ue, ut iã dictũ est, ab ipso litis principium. Cum ergo secundũ causam, ut iam dictum est, prius Iudæum deberet ostendere sub peccato esse, maluit tamen gentilem prius percutere seuera & terribili ualde peccatorum eius recitatione dicendo: Quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrũ & quadrupedum & serpẽtium. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam, ut contumelijs afficiant corpora sua, &c. Cur hoc? Si a Iudæo gentium salutẽ odiẽte lis proposita fuerat, dicente: nos sumus populus dei, nos circumcisi ex gente Abrahæ, nobis Christus promissus est, ad quos etiã ipse se uenisse testatus est, dicens: Non ueni nisi ad oues quę perierunt domus Israhel, cum uos canes potius q̃ homines appellauerit, cur gentilem prius, q̃ Iudæum, tam acerrime tetigit, præteritamq́ue eius conuersationem, tanta fœditate respersam, corã facie statuit? Videlicet, quia gentilis patientior ad hęc adiendus erat, quippe qui & ultroneus sua confitebatur peccata, & confitendo ad Christi gratiam confugiebat: Iudæus autem in carne iustorum patriarcharum gloriabundus, & de sua carnali præsumens iustitia, impatiens ad iniustitiæ accusationem siue peccati confessionem existebat. Itaq; ut sapiens orator prius auditorem qui patientior est uehementissime redarguit, & deinde ad eum qui impatiens est ligandum atq; concludendum argumentosæ orationis uincula contrahit, eodemq́ue illum nodo constringit. Quomodo? Qui cum iustitiam dei cognouissent, inquit, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni sunt morte: non solum qui illa faciunt, sed & qui consentiunt facientibus. Nam cuncta quę ante dixerat, & hoc ipsum quod postremo dixit: quoniam qui talia agunt, & qui facientibus consentiunt, digni sunt morte, oportebat concedere Iudæum, & libenter concedebat tanq̃ in aduersarium. At iste sapienter & caute uniuersaliter, & absq́ue distinctione Iudæi & Græci dixit: quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: & continuo subiunxit: Propter quod inexcusabilis es o hõ omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Tanq̃ diceret: Quoniam neq; Iudæi neq; Græci, sed qui talia agunt digni sunt morte: quoniam inq̃, non pro eo q uel Iudæus uel Græcus est, sed pro eo q talia agit, quisq́ue dignus ẽ morte: ergo inexcusabilis es o hõ oĩs, etiam o Iudæe q iudicas. Eadẽ ẽm agis q̃ iudicas. Et continuo: Scimus ẽm ait, quia iudicium dei est secundum ueritatem in eos q talia agunt. Secundũ ueritatem inquit, id est, non secundũ personarum acceptionem. Nam siue Iudæi siue Græci personam accipere, nõ est secundum ueritatem iudicare. Nec uero poterat seipsum Iudæus excutere, ut non concederet dicenti: eadem enim agis quæ iudicas, neque enim alia contra gentilem iudicare poterat, q̃ quæ in semetipso uidebat, teste conscientia. Quod si contentiosæ contra suam ipsius conscientiam defendere semetipsum uellet, conuincerent eum tot testes quot sunt apud illum prophetæ, & ipse Moyses. Nam apud illos peccata hæc eadem Iudæorum leguntur, quæ & gentium. Seruierunt enim gentes creaturæ potius q̃ creatori, & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: seruierunt & Iudæi, operibus manuum artificis, & mutauerunt gloriam suam in similitudinem uituli comedentis fœnũ. Nec modo certioribus de gentili q̃ de Iudæo, scire poterat authoribus idem Apostolus, quod traditus fuisset Iudæus in desideria cordis sui, in immunditiam, ut naturalem usum in eum qui est contra naturam immutaret. Dicit enim Esaias: Audite uerbum domini principes Sodomorũ, percipite auribus, legem dei mei populus Gomorrhæ. Sed & alia testatur scriptura: optimos quosq́ue Ephebo rum, apud eos uidelicet Iudæos, in lupanaribus positos fuisse. Poterat multa contra illos de scripturis testimonia conscribere: sed unum sufficiens esse iudicauit. Scriptum est enim, inquit, quia non est iustus quisquàm, Non est intelligens, non est requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum, non est usq́ue ad unum, & cætera. Et ne nesciret Iudæus, hæc sibi uel pro se dicta esse, scimus autem inquit, quoniam quæcunq́ue lex loquitur his qui in lege sunt loquitur ut omne os obstruatur & subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis non iustificabitur, omnis caro coram illo.

Roma. j

Matth. 15

Quur in ep[isto]la Roma. Paul[us] prius gẽtiles arguerit

Roma. 1

Roma. 2

Roma. 1.

Psal. 105

Esa. 1.

Psal. 13. & 52

Roma. 3

¶ De secũdo actu quo id ait, q omnes p unũ hoĩem uere debeant iustificari nõ aliunde, sed ex fide qua iustificatus est Abraham cũ esset gentilis. Ca. XXII.

Actum est itaq; primo actu, Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse, & gloriatio Iudæi exclusa est. Agitur subsequenti actu, omnes tam Iudæos q̃ Græcos per fidem Iesu Christi iustificari, & non aliunde, sed ex eadem fide patrem Abraham iustificatum fuisse, cũ esset gentilis: iustificatum, inquam, per fidem sine operibus legis, imo & ante illud quod maximũ erat in operibus legis, opus circũcisionis. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham deo, & reputatũ illi est ad iustitiam. Quid putas credidit, nisi quod in semine eius benedicentur omnes gentes? Quod autem illud semen nisi Christus est? Ergo fides quæ reputata est Abrahæ ad iustitiam, fides Christi est. Quomodo, inquis, reputata est in circũcisione, an in præputio? Non in circũcisione, sed in præputio, Et signũ accepit circumcisionis signaculum iustitiæ

Roma. 3

Gene. 15

Roma. 4

stitiæ

ſtitiæ, fidei quæ eſt in præputio, congruum uidelicet ſignaculum accepit ſecundum rem fidei ut quia de ſemine crediderat, non in alia q̃ in ea corpis parte per quam ſemen traijcitur, ſignũ haberet circũciſionis. Hoc ſignaculũ tã diu ad iuſtitiã ualuit, donec ueniret res, id eſt, ſemẽ ipm cuius in promiſſione credens ſignatus eſt pater fidelis. Hoc itaq; tantũ intereſt, quod ille uenturum credidit, nos iam ueniſſe credimus, & idcirco conſtat, & nulli dubium eſt, quia per eandem nos

Roma. 5 atq; illi fidẽ iuſtificamur. Proinde dicit: Iuſtificati igitur ex fide pacẽ habeamus ad deum, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Et ne cui dubium ſit iure oẽs per unum hominem debere

Ibidem. iuſtificari, poſt multa ad huius ſententiæ rationem pertinentia, ſic tandem concludit. Igitur ſicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, ita & per unius iuſtitiam in oẽs homines in iuſtificationẽ uitę. Sicut enim per inobedientiã unius hoĩs peccatores cõſtituti ſunt multi, ſic & per unius hominis obedientiam iuſti conſtituentur multi. Non ergo iniuria ſed uere fortis armatus eijcitur, & uaſa eius diripiuntur, quia ſi iuſtum fuit ut per unius hominis inobedientiam pctõres conſtituerentur multi, nihilominus iuſtum eſt, ut per unius obedientiam iuſti conſtituantur multi.

¶De tertio actu, quod id defendit ꝙ nõ debeamus iterum peccare quaſi liberi eo ꝙ nos a lege pcti & mortis Chriſt⁹ liberauerit. Ca. XXIII.

Actus tertius in ep'la ad Romanos.

Roma. 6 Tertio actu id agitur, ut iam nobis non peccandum eſſe ſciamus, ne nobis ſolam Chriſti fidem ſiue oris confeſſionem ſufficere arbitremur, quomodocunque uiuamus. Qui enim mortui ſumus, inquit, pctõ, quomodo uiuemus in illo? Et uide quàm pulchra, quàm ualida ſimilitudine, ab illa ſeruili uita imo ſeruitute mortua cõpeſcit nos. An ignoratis, inquit, quia quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmũ in mortem, ut quomodo ſurrexit Chriſt⁹, mortuis, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Similitudo nanq; dominicæ mortis (ut alijs iam locis meminimus) ſacramentum eſt baptiſmatis, in quo uetus homo per mirum gratiæ regenerantis artificium priori domino, id eſt, pctõ moritur, & nouo homini Chriſto conſurgens libertatis & iuſtitiæ titulos accipit. ut iam non ſit eius cuius fuerat, iam non ſit ipſe qui fuerat. Vnde &

Roma. 6. ſubinde dicit: Quia uetus homo noſter ſemel crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, ut ultra iam non ſeruiamus pctõ. Stultũ ergo imo & perfidioſum eſt, poſtquam mortui ſumus peccato iterum uiuere in illo. Id enim eſt redemptorem, & libertatis ſuæ relinquere dominum, & ad priſtinæ captiuitatis pro exigua mercede refugere tyrannum. Neque enim ſi uelint iterum

Hebræ. 6 poſſunt certa redemptione redimi, id eſt, rebaptizari. Vnde in epiſtola ad Hebræos cum dixiſſet, quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectiorem feramur, ita ſubiunxit. Non rurſus iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad eũ. baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis quoq; manuum, & reſurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Impoſſibile eſt enim eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cœleſte & participes ſunt ſpiritus ſancti, guſtauerunt nihilominus bonum dei uerbum, uirtutesq; ſeculi uẽturi & prolapſi ſunt, renouari rurſus ad pœnitentiam, crucifigentes rurſus ſibimet filium dei, & oſtentui habentes. Reuouari quippe ad pœnitentiam dixit, & rurſus crucifigere ſibimetipſis filium dei, id eſt, nouos fieri per pęnitentiam iterumq; baptizari. Nam qui iterum uolunt baptiza-

Hebræ. 10 ri rurſus quantum in ipſis eſt crucifigunt, & oſtentui habent filium dei. ¶Iuxta hunc ſenſum & illud accipitur, quod item dicit. Voluntarie enim peccantibus poſt acceptam notitiam ueritatis iam non relinquitur hoſtia pro pctĩs. Sed & hic ubi dixerat, an ignoratis quia quicunq; baptiza

Roma. 6 ti ſumus in Chriſto Ieſu & cætera, ita dixit. Scientes ꝙ Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur:, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus eſt, pctõ mortuus eſt ſemel, qđ autem uiuit, uiuit deo. Ita & uos exiſtimate, uos mortuos quidem pctõ, uiuentes autem deo. Hæc enim omnia cum dicit, terret nos ut metuamus poſt baptiſmũ ad uitia relabi, quia non poſſumus rebaptizari. Non pœnitentiam aut remiſſionem peccatorum, ſed ſecundum excludit baptiſmum. In hoc actu conſiſtit, & decertat, dicendo: non ergo regnet peccatũ in ueſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentijs eius, & cætera uſq; ad id quod ait, nunc ergo ſoluti ſumus à lege mortis, in qua detinebamur ita ut ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in uetuſtate literę

Roma. 3 ¶Conſtat ergo eum non hoc ſenſu dixiſſe ſuperius, arbitramur eñ iuſtificari hoiem per fidem ſine operibus, ut credentes in Chriſtum ſaluos nos eſſe putemus, quomodocunq; uiuamus.

¶De quarto actu, quo demonſtrare contendit, qd ante Chriſti aduentum lex contulerit, & qd conferre non potuerit. Ca. XXIIII

Roma. 7

Actus quid?

Quarto actu demonſtrare intendit quid lex contulerit, & quid conferre non potuerit? Quid ergo dicemus inquit? Lex peccatum eſt? Abſit. Dixerat enim, cum eſſemus in carne paſſiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris noſtris? Itemq; nũc ergo ſoluti ſum⁹ a lege mortis, in qua detinebamur, legem mortis, legem per quam peccatorum paſſiones erant, non aliam deſignans, q̃ legem Moyſi, quæ mortem inferebat, per quam peccatorum paſſiones notæ erant, & augebantur, quia uidelicet ſolet ardẽtius deſi

us desiderari quod lege prohibetur. Ne ergo calumniæ locum dedisse uideretur tanquam legis aduersarius: quid, inquit, dicemus? Dicemus aut dixisse uidebimur quia lex peccatum est? Absit. Sed quid dicemus, aut quid diximus? Hoc nimirum quia peccatum non cognoui, nisi per legē. Nam concupiscentiā nesciebam nisi lex diceret, non concupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. ¶ Hoc erat esse uel dici legem mortis quod peccatum cognouisse per legem & peccatum, per mandatum accepisse occasionem operandi in me omnem concupiscentiam, atq; auxisse in me culpam præuaricationis per notitiam sui. Neq; enim ipsa eadem quæ peccatum ꝓhibebat à seruitute peccati liberari poterat. Hoc nimirum quia tardius lector ꝑspicit in uniuersitate generis humani, semetipsum cum Apostolo respiciens unusquisq;, exempli gratia dicit: Ego autem uiuebam sine lege aliquando, subauditur, & tunc pctm̄ in me mortuum erat. Etenim tam diu unusquisq; nostrum sine lege uixit, quàmdiu uel pro ætate, uel pro ignorantia uacuus fuit a timore domini. Tunc nimirum pctm̄ mortuum erat, quia repugnator non consurgebat, quomodo aqua īterdum per planum segnius fluit, ubi cuiuslibet obicis contradictio nulla obsistit. Sed cum uenisset, inquit, mandatum pctm̄ reuixit. Hoc ueraciter quisq; militum dei, q̄ contra pctm̄ sumpsit arma mandatorum legis domini, pugnando expertus est, ut dicere possit, quia cum uenisset mandatum, pctm̄ reuixit. Nam quotus quisque est, qui a uetusta conuersatione sese conuertens statim pacem habuit, & non perpessus est pugnam peccati quasi reclamantis insaniam tyranni? Idcirco ueraciter interea dicit. Quod enim operor non intelligo, id est, non gratum duco. Non enim quod uolo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio. Et subinde: Condelector legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Talis certator laborans in spe, & sperans in labore, dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et continuo sibi respondet. Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. ¶ Ab hoc itaq; exemplo, liquet quid lex contulerit, quid conferre non potuerit. Nanq; in uno homine res eadem est, quæ & in uniuerso genere humano. Qualis erā ego cum sine lege uel timore domini uiuerem, aliquando talis erat status mundi cum necdum data esset scripta lex. Item qualis nunc condelector legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & cætera: talis mundus accepta lege infirmabatur, & quamlibet pugnans siue resistens, a peccato uictore & per Adam tenebatur. Item qualis homo quadam pace, & quiete suimet fruitur per adiuuantem gratiam dei ab impugnatione uitiorum liberatus: ita ut uiuens iam non sit in carne, id est, ī carnis passiōibus, talis est hic tertius mundi status, quo peccati regnum destruxit dei filius. Vnde dicit postmodū hic idem Apostolus: Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati, de peccato damnauit peccatū in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non scd̄m carnē ambulamus, sed secundū spiritū. Hoc tamē in paucis impletur, ut scilicet in carne uiuentes tamen extra carnem sint, ambulando secundum spiritum, in illis uidelicet qui non solum illicita, sed & quæ licito possidere uel facere poterant, dimittunt, exemplo Apostolorum. Et si nondum tota peccati pœna sublata est, nihilominus tamen peccatum per aduentum Christi damnatum, & regnum peccati destructum est, & quod superest de peccati pœna, per secundum eiusdem aduentum certissime destruendum est. Hoc est quod subinde dicit: Si autem Christus in uobis est, corpus quidem mortuum, id est, certissime moriturum est propter peccatum, spiritus uero uiuit propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christū a mortuis conuiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantē spiritū eius in uobis, & cætera. Quod donec fiat, interim patientia opus est adiuuante consolatione, quam & inferens dicit: Existimo em̄ quod non sint condignæ passiones huius tēporis, ad futurā gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ reuelationē glorię filioꝝ dei expectat. Et reliqua usq; ad id quod ait, quia neq; mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei, quę est in Iesu Christo domino nostro.

Exo. 20
Deut. 5.
Paulus sese exemplū cu iusq; ponit
Pc̄tm̄ quō uixit
Lex qd por erit, & qd n
Roma. 8
Roma. 8
Roma. 8

¶ De quinto actu, quo oleastrū contra fractos oliuæ ramos naturales, i. gentiles contra Iudæum docet non debere gloriari siue extolli. Ca. XXV.

QVinto tandē actu ad principalē causam redit, & gentilem cuius contra fastū Iudaicū partem magis tuetur, quemadmodū dicit. Quàm diu quidem sum ego, gentiū Apostolus ministeriū meū honorificabo, donec non aduersus Iudæum extolli, sed magis humiliari & cōpati præmisso suimet exemplo cū dicit: Veritatē dico in Christo non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spū sancto, qm̄ tristitia mihi est magna & continuus dolor cordi meo. Optabā em̄ ego ipse anathema esse a Christo ꝓ fratribus meis, qui sunt cognati mei secundū carnē: qui sunt Israhelitæ, quoꝝ adoptio est filioꝝ, & gloria,

Actus quint
Roma. 11
Roma. 9

& testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres Christus secundum carnem, qui est benedictus in secula, Amen. Sane quod dixit: Optabã ego anathema esse a Christo pro fratribus meis, eiusdẽ est ponderis cuius & illud quod Moyses ait: Obsecro dñe, pctm̃ populus iste peccauit magnũ fecerunt[que] sibi deos aureos. Aut dimitte eis hanc noxã, aut si non facis, dele me de libro quẽ scripsisti. ¶ Et notandũ quod non opto, sed optabã, inquit, quia uidelicet omnes uoti uel cuiuscunque boni nimietatẽ citius corrigi expedit. Sic & prædictus Moyses semel qdem dixit, aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quẽ scripsisti: sed deo non approbãte ac dicente, qui peccauerit mihi, delebo eũ de libro meo, tu autẽ uade, & duc populũ istũ quo locutus sum tibi, non inuenitur quod addiderit ultra taliter loqui. Sic ingressus Apostolus, nunc quidem cõmendat altitudinẽ terribilis iudicij dei, uerbi gratia, dum dicit: O homo tu quis es? q respondeas deo: & deinceps, quod si uolens deus ostendere irã, & notã facere potentiã suã, sustinuit in multa patientia, uasa iræ apta ad interitũ, ut ostẽderet diuitias gloriæ suæ, in uasa misericordiæ quæ præparauit in gloriã, quos & uocauit, nos non solũ ex Iudæis, sed etiã ex gentibus, nunc autem eosdẽ uocatos ex gentibus, ut humilientur utili ferit, pauore cũ dicit: Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autẽ cũ oleaster esses, insertus es in in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersum ramos. Quod si gloriaris, non tu radicẽ portas, sed radix te. Noli altũ sapere, sed time. Si em̃ deus naturalibus ramis, non pepercit, ne forte nec tibi parcat, & cætera. Actus iste sic terminatur: O altitudo diuitiarum, sapientiæ, & scientiæ dei, q̃ incõprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quoniã ex ipso, & p ipm̃, & in ipo sunt om̃ia, ipsi gloria & imperiũ in secula seculorum. Quod reliquũ est epistolæ mores instruit, & sanctæ religionis ornatũ cõponit, obsecro uos (inquiens) fratres per misericordiã dei, ut exhibeatis corpora uestra, hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium uestrum.

Exo. 32. Roma. 9 Roma. 11 Quinti actus terminus Roma. 12

¶ Quod hæc pauca de multis sufficiant ad experiendum, quia uas electionis magna intellectus gratia cõpletum fuerit, & quod licet, pphetas & Apostolos idem spiritus docuerit nonnihil tamen intersit. Ca. XXVI.

NOn præsentis erat ppositi totos huius tantæ tam[que] diuinæ epistolæ thesauros pscrutari, sed illud ex qualitate eius experiri, quia uere Aplus iste uas est electionis, & uere spiritus sanctus in eo uel super eum sapiæ iocunditatẽ, & intellectus de quo loquebamur exultationẽ thesaurizauit. Illud tamen non prætereundũ, cũ idẽ prophetas at[que] Apostolos spũs ĩtelligẽtiæ docuerit (pariter nan[que] hi at[que] illi non ab hoĩe, neque per hoĩem, sed spũ sancto illuminante sunt docti) multũ tñ interest inter hos at[que] illos, non quidẽ sensuũ qualitate, sed dictionis siue sermonis. Nam de illis ueraciter dictũ sit, tenebrosa aqua in nubibus aeris, quia obscure scripserunt, & scripta sua quasi sub signaculo clauserũt, sicut uni eorum dictũ est, liga testimoniũ, signa legẽ in discipulis meis, istis autẽ ueritas dicit: Vos estis lux mundi. Qũo em̃ lux mundi, nisi illuminando ut cognosceret mundus ea, quæ obscura erant. i. clausa in lege & in prophetis? Quãuis em̃ subiunxerit sic luceat lux uestra corã hoĩbus, ut uideant opa uestra bona, nihilominus tñ, ppter lumen doctrinæ, dixit: Vos estis lux mundi, & neque accẽdunt lucernã, & ponunt eã sub modio, sed sup candelabrũ ut luceat oĩbus qui in domo sunt. Nam & cũ dixisset: Sic luceat lux uestra corã hoĩbus ut uideant opa uestra bona & glorificent patrẽ uestrũ qui in cœlis est, continuo subiunxit: Nolite putare qđ uenerim soluere legẽ, aut pphetas. Non ueni soluere, sed adimplere. Qũo adimpleuerit, unde scimus nisi ex istis qbus dixit: uos estis lux mundi? Nam hæc potior pars luminis, & hic melior effectus huiusce lucis, quo illuminat tenebrosa aqua, quæ erat in nubibus aeris. i. occulta scia, quæ erat in lege & pphetis. Hoc omnes faciunt isti, quibus dixit: uos estis lux mundi: & hic exempli gratia, Paulus Apostolus cũ in præscripta actione dicit: Nunquid Israhel non cognouit? Primus Moyses dicit: Ego ad æmulationẽ uos adducã in non gentẽ, in gentẽ insipientẽ, in irã uos mittã. Hæc em̃ cũ dicit pene totũ Deuteronomij canticũ luce sua demonstrat, quid Christus ueniendo adimpleuerit, ubi sic scriptũ est. Et ego prouocabo eos, in eo quod q non est populus, & in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo & ardebit us[que] ad inferni nouissima. Et cotinuo sequitur: Esaias autem audet, & dicit: Inuentus sum a non quærentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant. Ad Israhel autem: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & cotradicentem mihi. Et hæc utique dicendo amplum prophetiæ locum illustrat, & ostendit quid Propheta deplorauerit, ipsi autem inquiens ad iracundiam prouocauerunt & afflixerunt spiritum sancti eius, usque ad id quod ait: ciuitas sancta tua deserta facta est Syon, facta est Hierusalem desolata, domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, ubi laudauerunt te patres nostri, facta est in excusationem ignis, & om̃ia desiderabilia nostra uersa sunt in ruinas. Hoc igitur non modicum interest, quod illi quidem intellexerunt, hic autem sacramentum magnum pietatis & intellexerunt, & illorum intellectum aperuerunt: illi inquam, intellexerunt, non etiam annuntiauerunt: Hi autem annuntiauerunt opera dei, & facta eius intellexerunt.

Apostoli & prophetæ uno quidẽ spiritu, sed diuersim locuti sunt Psal. 17 Matth. 5 Roma. 10 Deut. 32 Esa. 65. Psal. 63.

¶ Finis libri de Intellectu.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE OPERIBVS SPIRITVS SANCTI

Liber Quintus. De Consilio.

¶ De spiritu consilij, ꝙ uere iuxta Psalmistam deus in consilijs super filios hominum terribilis sit. Ca. I.



Ertius à spiritu sapientiæ spiritus consilij iam nunc tota nobis mente, & renouata intentione adeundus est. Istic enim ipso nomine secretum, atq; profunditas significatur, quam & Apostolus magnopere admirãs, cum dixisset: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, q̃ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius, continuo subiunxit: Quis eñ cognouit sensum domini? Aut qs cõsiliarius eius fuit? Agebat autem de mysterio illo, mysterio magnæ cæcitatis Israheliticæ, ita ut diceret: Nolo enim uos fratres ignorare mysterium hoc, ut non sitis uobismetipsis sapiẽtes, quia cæcitas ex parte contigit in Israhel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omis Israhel saluus fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Syon, qui eripiat, & auertat captiuitatem ab Iacob, & cætera. Iure ergo super hoc admirans exclamabat: quia uere istud ex admirabili & archana tremenda diuinitatis consilio procedebat. Nam & ante hunc super eodem mysterio Propheta in Psalmo uehementer admirans, cum dixisset: Quam terribilia sunt opera tua domine, in multitudine uirtutis tuæ mentientur tibi inimici tui: Omis terra adoret te & psallat tibi, psalmũ dicat nomini tuo: repente sic in clamorem prorumpit: Venite & uidete opera dei, terribilis in consilijs super filios hominum. In eo plane terribilia sunt opera tua domine, ꝙ illi qui prius fuerunt tibi populus peculiaris, deserti a spiritu ueritatis, & facti inimici tui mentiti sunt tibi, quod tamen non nocuit, sed ad honorem tuum profecit: mentiti, sunt inquã in multitudine uirtutis tuæ, id est, in multis miraculis tuis, dicentes: In principe dæmoniorum eijcit dæmonia: & corpus eius nocte sublatũ est, a discipulis, & econtra illis mentientibus: Omnis terra adoret te deus: Omnes gentes ueritatem loquantur tibi deus.

Roma. 11
Esa. 59.
Psal. 45.
Dauid quoq; consilij dei altitudinem (ut Paulus) exclamat
Lucæ. 11.
Matth. 28.
Psal. 65

¶ De secreto eiusdem consilij dei, quod discrete abscondatur a sapientibus & prudentibus, & reueletur paruulis. Ca. II.

INuitati igitur huius clamore dicẽtis: Venite & uidete opera dei, terribilis in consilijs super filios hominum: quomodo ueniendum sit scimus. s. submisso corde, & humili spiritu. Consilium quippe est & iuxta morem consilij, non passim quibusq; sed certis personis communicatur, aut aure apposita quippiam eorum pcipiant quæ publice gesta siue gerenda, seorsum & secreto disposuit opere super filios hominum terribilis deus. Dixit enim ipse consilij angelus, qui actu impleuit, & implet quod in eodem consilio disponebatur. Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ: quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quare? Videlicet quia sapientes & prudentes, qui a semetipsis sunt sapientes, & coram semetipsis prudentes, maleuoli, inquieti, & contentiosi, ac proinde indociles sunt. Et optime nouimus, quia maleuolos, atque contentiosos nemo sapiens ad suum consilium admittit. Econtra paruuli, id ẽ, humiles eo ipso quod humiles sunt, domino deo suo libenter acquiescunt, & ad omne qđ loquitur, beneuolentiam cum taciturnitate præstant, summum arbitrantes scelus obstrepere, & melioris reprehendere sententiam, sicut scriptum est: Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Rationabiliter itaque secreta sua deus, ab eiusmodi sapientibus, & prudentibus abscondit, nec magis illis sua mysteria, q̃ porcis margaritas cõmittere dignum iudicauit: istis autem ea reuelauit. Proĩde nosmetipsos ad paruitatem eorum applicantes audire & intelligere desideremus, qualibus de rebus consilium domini est.

Psal. 45
Consilium o[...] cultum, & nõ cuiq; patulũ
Matth. 11
Cõtentiosi et maliuoli a cõsilio exclusi sapientum
1. Reg. 15

¶ Quod secundum scripturas oporteat bifariam distingui, quia consilio aliter deus propter homines, aliter homines utuntur propter deum. Caput .III.

HIc iam scire oportet, consilium cuius de sancta scriptura tenorem uel usum accipimus, bifariam distingui quam secundum utrãq; distinctionem sanctum spiritum ueraciter dicimus spiritum consilij. Primũ est, quo deus ipse propter homines ad gloriam suam uti dignatur. Secundum, quo homines propter deum ad gloriam ipsius & suam salutẽ sapienter utuntur. Vtitur eñ deus pter hoĩes consilio dum quædã dudum habita pro ratione tẽporis deserit, qualia fuerunt decreta priora Moysaicæ legis, uerbi gratia, circumcisio carnis, & cultus sabbati, cæteraq; huiusmodi. Hæc enim deus ab hominibus accepit, & iuste deo exhibebãt homines sancti, nunc autem neq; deus ab homine accipit, neq; deo iam exhibet homo sensatus aut fidelis. Nimirum, ꝙ & cum consilio deus hæc dudum admiserit, & nihilominus hæc eadẽ cũ consilio nunc reiecerit: postmodum nobis pro posse cũ ipsius auxilio dicendũ erit. Vtũtur hoĩes cõsilio pter gloriã dei, dũ nõ cõtenti abstinere ab illicitis, licita q̃q; respuũt, ut expeditius deo ua

Consilio quomodo utũtur homines

j.Corin.7. deo uacare possint. Verbi gratia secundum qđ Apostolus dicit: De uirginibus præceptum dñi nõ habeo, consiliũ autẽ do tanq̃ misericordiã cõsecutus a deo ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonũ esse propter instantẽ necessitatẽ, quoniã bonũ est homini sic esse. Item iuxta illud: Si uis Matth.j9. perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo & ueni sequere me. Et de hoc quoq; suo loco dicemus: Nunc ad priorem eandẽq; maximã partem accedamus, qua Iudęi cum sabbatis & cunctis ceremonijs suis relinquuntur, & gentes cum fide sua mirabiliter in gratiam assumuntur.

¶De illa maxima parte consilij, qua Iudæi cum ceremonijs suis relicti, & gentiles cum sua sunt fide recepti. Ca. IIII.

Roma.jj. SIcut & uos (inqt Apostolus) aliquãdo non credidistis deo, nũc aũt misericordiã consecuti estis propter illorꝝ incredulitatẽ, ita & isti nũc nõ crediderũt in uestrã misericordiã ut & ipi misericordiã cõsequãtur. Cõclusit deus oĩa in incredulitate, ut omniũ misereat. Hæc cũ dixisset, exclamauit dicẽs: O altitudo diuitiarꝝ sapiẽtię & scię dei, q̃ incõprehẽsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis eñ cognouit sensum dñi, aut quis consiliarius eius fuit? Multũ exclamauit, & exclamatio hęc audita est uniuerso orbi. Et quã ob rem sic exclamauit? Quare non magis plano sermone prosecutus est qđ cœperat loqui? Sed qd cœperat loqui? Eo consilio uel intẽtione cõclusisse deũ omnia in incredulitate, ut omniũ misereatur, & hinc esse quod olim Iudęis credentibus nos gentes nõ credidimus, nũc aũt nobis credẽtibus Iudæi nõ crediderunt in nostrã misericordiã, ut & ipsi misericordiã cõsequãtur, qđ & per euangelicã historiã pulchro & uenerabili mysterio significatur. Venit (inqt) quidã de archisynagogis nomine Iairus, & uidens eũ, procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multũ dicẽs: Quoniã filia mea in extremis est, ueni impone manũ super eã, ut salua sit & uiuat, & reliqua. Hęc puella qñ mortua ẽ annorũ XII erat, & mulier illa quæ accessit retro, dũ iret & tetigit fimbriã uestimenti eius annis XII in profluuio sanguinis fuerat. Itaq; quando nata est hęc puella, tunc illa mulier sanguine suo fluere cœperat, & qñ illa mulier a profluuio sanguinis sui sanata est, tũc puella hæc mortua est per manũ dñi resuscitãda. Hoc inq̃ mysterio res illa significata est. Quando eñ synagoga in Abraham Isaac & Iacob nata siue uocata est, tunc gentilitas idolatriæ sordibus quasi sanguine suo fluere incipiebat, & quando gentilitas eadem ad Christum conuersa est, tũc synagoga morte infidelitatis mortua est, circa finem seculi, cum plenitudo gentium subintrauerit, ipsa quoq; salua futura. Hoc est quod Apostolus ait sermone præscripto. Sicut enim & uos aliquando nõ credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem, ita & isti nunc non crediderunt in uestram misericordiã, ut & ipsi misericordiam cõsequantur. Conclusit eñ deus omnia in incredulitatem ut omniũ misereatur. Magna res, alta & profunda res & maior, q̃ ut uerbis consequi uel explanari possit sufficienter. Iccirco cõfestim exclamauit dicens: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, & ipsa exclamatione dormitãtes excitare uoluit, ut uigilantes atq; oculos aperientes ad lumen spiritus sancti, queramus aliqui quantum possumus, quod inuenitur a paucis, & a nemine totum sicut est ualet comprehendi, cur deus tantopere studuerit, misericordiã ædificare in nobis, & neminem nisi per consecutionem misericordiæ saluum esse uoluerit.

Mirũ dei consiliũ, de gẽtiũ uocatione — Marci.5. — *Cur ita Paulus exclamauerit, o altitudo diuit, &c.*

¶De eadem re, & ꝙ tota fere uis consilij diuini eo tendit, ut omnis a nobis auferat occasio superbiendi, & nõ audeat dicere figmẽtũ ei, q se finxit, quare me fecisti sic. Ca. V.

QVid est omnia deum in incredulitate conclusisse ut omnium misereatur, nisi prouidisse deum, ut nemo aliter quàm per misericordiam saluetur, & sic oẽs a maligno superbiæ gladio liberentur? Hoc eñ expediebat misere conditioni nostræ, ut oĩs nobis occasio superbiẽdi tolleretur, qa per superbiã cecidit angelus & factus est diabolus, qa per superbiam nihilominus cecidit homo ad imaginẽ dei cõditus, & factus est diaboli seruus. Præcauens igitur in futurum deus, & obstruere uolens omne os, ut non glorietur omnis caro coram illo, reppulit plebẽ in carne Abrahæ gloriantem, ueruntamen non plebem suam quam præsciuit. Sic enim Apostolus dicit, Nunquid reppulit deus populum suũ? Absit. Nam ego Israhelita sum ex semine Abrahę, de tribu Beniamin. Nõ reppulit deus plebẽ suã quã præsciuit. Et præmisso respõso diuino dicẽtis: Reliqui mihi septem milia uirorum, qui non curuauerunt genua ante Baal, sic ergo (inquit) & in hoc tempore reliquię secundũ electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Dicamus ergo quod amplius, quod mirabilius est, eo ꝙ dicebamus deum cum cõsilio agentem reppulisse Israhel in carne Abrahæ gloriantem, quia permisit nasci plebẽ de carne Abrahæ, qualẽ merito repelleret, & iuxta prophetã uocaret non plebem suam, id est, non pertinentem ad illam benedictionem, qua primis hominibus benedicens, dixit: Crescite & multiplicamini, sed ad illam uindicis iræ sententiam, qua dixit mulieri post peccatum, multiplicabo erumnas tuas, & cõceptus tuos. Nunquid hoc tẽpore primũ, quãdo Christus uenit de carne Abrahæ nasci cœperunt, qui non pertinerent ad illum quem præsciuit & prædestinauit deus plebis suæ numerum? Nonne & Rebecca ex uno concubitu habente Isaac patris nostri inquit

Qũo sub peccato cõclusa sunt omnia. — Roma.jj — Gene.j. — Ibidem.3. — Roma.9.

(inquit idem Apostolus) cum nondum nati fuissent aut aliquid egissent boni aut mali, ut secundum electionem gratię propositum maneret, non ex operibus, sed ex uocāte dictū est, quia maior seruiet minori, sicut scriptū est: Iacob dilexi, Esau aūt odio habui. Tam cito post Abraham ex unico Abrahæ unigenito Saræ, qui per repromissionē natus fuerat, tam recenti, tam'q; noui tio semine eiusdē Abrahæ natus est is, qui non pertineret ad illā quā præsciuit deus plebē suā, & cū non nisi duos generaret, tantus uir nequaq̄ ambos electos aut dilectos generare potuit. Nō ergo quo tempore Chrūs uenit, tunc primū deus nouū iniīt consiliū, ut ex carne Abrahæ nasci permitteret eos, qui non pertinerēt ad electorū numerū, sed hoc antiquū eius erat consiliū, præcauentis in futurum, prouidentes electis suis modis omnibus, ut nō incidāt ultra in diaboli iudicium. Verum isto tempore, idipsum consilium magis reuelatum est. Nam econtra plebem suam quam præsciuit, ex non plebe sua nasci facit, & suscitat filios Abrahæ de lapidibus istis. Reuelatum (inquam) est consilium illud, nam etsi comprehendi nō potest, tamen non omnino ignorari potest, dicente eodem Apostolo. Nolo eñ uos ignorare fratres mysteriū hoc, ut non sitis uobismetipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israhel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israhel saluus fieret. Vtrobiq; sua potestate nō iniuste utitur, utpote nulli quicquam debens, quia in Adam omnes peccauimus. Si ergo irreuerenter discutias dicens: qd adhuc quęritur, uoluntati eñ eius quis resistit, quia cui vult miseretur, & quem vult, indurat, & subaudiri uelis, nullis causis existentibus, nihil tibi de cōsilio suo spiritus sanctus reuelare dignatur, sed dicit continuo. O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentū ei qui se finxit, ut quid me fecisti sic? An nō habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud uas in honorē, aliud uero in cōtumeliam? Ita remoto sapiente & prudente, cui propter superbiam merito hæc absconduntur, ad paruulū se inclinans, uolens (inqt) deus ostendere irā, & notā facere potentiā suā, sustinuit in multa patientia uasa iræ, apta in interitum. Et cætera.

Malach. i. — Roma. ii. — Roma. 9. — Hiere. 18 — Eccle. 38.

¶De eo q̄ sicut in actibus Apostolorum scriptum est, non fuit consilij, non uisum spiritui sancto, imponere gētibus iugū legis ceremoniarū grauissimū. Ca. VI

INtrante itaq; uel intrare incipiente gentium plenitudine, nō fuit consilij, non placuit sancto spiritui grauissimum cærimoniarum iugū imponere, quæ prius legis erāt, sicut in actibus Apostolorum scriptum ē. Et quidā descendentes de Iudæa, docebant fratres, qa nisi circuncidamini secundum morem Moysi, non potestis salui fieri. Item: Surrexerunt autē quidam de hæresi Pharisæorum, qui crediderant dicentes: qa oportet circuncidi eos, præcipe quoq; seruare legem Moysi. Conuenerunt'q; Apostoli & seniores uidere de uerbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgēs Petrus, dixit ad eos: Viri fratres, uos scitis quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit deus per os meū audire gentes uerbum euangelij & credere. Et qui nouit corda deus testimonium perhibuit, dans illis spiritum sanctum, sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum, & cætera. Illi conuentui sanctus spiritus interfuit, & ipse magnā illam conquisitionem bene nobis consulendo terminauit. Quapropter eiusdem spiritus auctoritatem conuentus idem magnifice satis hoc modo deprompsit. Visum enim est spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris, quàm hæc necessaria, ut abstineamus uos ab immolatis simulachrorum & sanguine & suffocato & fornicatione, a quibus custodientes uos bene agetis. Valete: Liberati ergo sumus auctore spiritu sancto, spiritu consilij, ut non imponeretur iugum illud ceruicibus nostris. Quare? Nimirum quia grauissimū erat quemadmodū Petrus ibidem dicit: Nunc ergo quid tentatis deum, imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus. Verū hoc ad causam parum erat, quod iugum illud importabile fuit, nisi addas quod itidem dicūt, quia nihil ad perfectum adduxit, quod'q; & alibi Apostolus ait: Munera & hostiæ quæ offerebantur, non poterant iuxta cōscientiam perfectum facere seruientem, solūmodo in cibis & in potibus, & uarijs baptismatibus & iustitijs carnis, usq; ad tp̄s correctiōis impositis. Sed & hoc parū ē scire, qd̄ nō potuerint uel nō possint pfectā facere, nisi & hoc addas ad sciētiā, q̄ nec pfectionis initiū possit habere, qsqs putauerit se absq; illis se posse puenire ad perfectionē iustitiæ. Nā de eo qd̄ omniū sanctissimū tūc tēporis fuerat. i. de signo circūcisionis idem Paulus terribiliter clamat: State, & nolite iterum iugo seruitutis cōtineri. Ecce ego Paulus dico uobis, quia si circūcidamini, Christus uobis nihil proderit. Testificor autem omni homini circuncidēti se, quoniam debitor est uniuersæ legis faciendæ. Euacuati estis a Christo. Qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. Concedimus gaudentes, & indubitāter credimus, quia in Paulo Christus loquitur: quia in prædicto Apostolorum conuentu locutus est spiritus sanctus. Et ipsa quidem loquentis in isto & in illis uel sola sufficit auctoritas, ueruntamen quoniam & ratio delectat, non præteribimus rationabiliter circuncisionis & omniū cerimoniarū legē debuisse cessare ueniēte gratia. Et de circūcisione primū dicemus, licet alijs iam locis plenius de ea dixerimus.

Ceremoniāle iugū ab ecclesia ablatum. — Acto. 15. — Hebr. 7 — Ibdem. 9. — Gala. 5. — Ceremonialia legis quur ablata, scrutari intendit

¶Quod ueniente gratia euangelij, rationabiliter circuncisionis & omniū ceremoniarum carnaliū lex cessare debuerit. Ca. VII.

Circun-

Circuncisio cur data.

Circuncisionis causa fides erat futuri seminis, quod est Christus. Quid em̃ Abraham credidit, hęredem non habens uxore usq; ad suam & ipsius senectutẽ sterili, nisi quia in semine eius benedicerẽtur omnes gentes, quodq; foret semen eius sicut stellæ cœli? Hoc ille dicenti deo credidit, non considerans corpus suum emortuum, cum fere centum esset annorum, & emortuam uuluam Saræ, & huius fidei signũ, circũcidendo accepit. Hoc ipsum & Apostolus confirmat, signum (inquiens) accepit signaculum iustitiæ fidei. Ergo circũcisionis causa fides erat futuri seminis, id est Christi, etenim circuncidi erat futuri Christi expectationem profiteri, & ad hoc (ut ueniente Christo per fidem, cuius illud signum erat, recuperaretur eis illa, quam in Adam perdidimus omnes, possessio paradisi) ualebat, si tamen legem seruarent mandatorũ quę in tabulis scripsit digitus dei, quemadmodũ & sępedictus Apostolus temporis illius Iudæo dicit. Circuncisio quidem prodest, si legem obserues. Si autẽ præuaricator es legis, circũcisio tua præputium facta est. Ecce aũt quod expectabatur semen, id est Christus uenit, & hoc omnis spiritus confitetur qui ex deo est, q̃a ille in carne uenit. Hoc nemo potest dissimulare quãuis pertinaciter uelit, quia ille in sole posuit tabernaculum suum, ut latere non possit sicut sol conspicuus in arcę cœli non potest abscondi, quia cœli quoq; enarrauerunt & non sunt loquelæ neq; sermones, quorum non audiantur uoces eorum, in omnẽ terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Circuncisio igitur in carne, quo signo expectationem uenturi profitebantur, cessare debuit in aduentu eius. Nam exinde quisquis circũciditur ipso circuncisionis caractere, negat uenisse illud promissum semen Abrahæ, & ita negat eum qui uenit benedictus in nomine domini, qui de MARIA uirgine natus est in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis, qui passus est sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus, & tertia die resurrexit, extra quem in alio aliquo non est salus, neq; em̃ est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, Verissime itaq; Apostolus. Si circuncidamini (inquit) Christus, uobis nihil proderit, quia si circũciditur Christum negauit. Circuncidẽdendo se Iudæi negant illum, qui uenit in nomine patris sui, alius ueniet in nomine suo, illum suscipient. Proinde præeunte auctoritate spiritus sancti, cui uisum est ut supra diximus, nõ imponere nobis quicq̃ oneris, nihil excipiẽdo, ne saltem onus circuncisionis, ratione quoq; firmũ tenemus, q͞p non debeamus circuncidi.

Roma. 4

Roma. 2

Psalm. 18

Circũcisionẽ accipiẽs Christũ nõ uenisse protendit.

Matth. 25.

Ibidem. 2.

Acto. 5.

Galat. 5.

¶ Q͞d sabbata cæterasq; festiuitates Iudæorum oderit anima dñi, ut in prophetia dicit, & iccirco recte uisum sit spiritui sancto, ut nõ imponerentur. Ca. VIII.

Porro de onere sabbati, aliarũq; festiuitatum, cur uisum sit spiritui sancto, ut nõ imponeretur nobis, illa uel sola causa sufficit, quia & iusto odio iam dudum illas odit anima dñi. Sic etem̃ in Esaia dicit: Neomenias & sabbatũ & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cœtus uestri. Calendas uestras & solennitates uestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta. Quare? Manus em̃ (inq̃t) uestræ plene sunt sanguine. Ergone & nos pariter cum sabbatis & solennitatibus illis ueniamus in odium animæ domini, bene uisum est spiritui sancto, & consilium eius nos approbamus, ut abdicemus stercora uel dedecora eiusmodi, quæ prius pro lucro erant, anteq̃ polluerentur sanguine Christi, quo manus suas iniquas ille cætus impleuit. Sed nũq͞d (aiunt) stare nõ debet quod deus statuit, & immobile esse præceptũ q͞d posuit? Fatemur quia debet, neq; em̃ deus quasi hõ est ut mentiatur, aut ut filius hominis ut mutetur. ¶ Ad hæc illi literæ amici. Scriptũ est inquiunt, quia compleuit deus die septimo opus suũ quod fecerat, & requieuit die septimo ab uniuerso opere quod patrarat. Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat. Coartare igitur nos cupiunt, ut non diffiteamur stare debere, semperq; legittimum esse sabbatum suũ. Verum interim negare nequeunt, quoniã deus de quo Moyses hoc narrat, quia benedixit diei septimo & sanctificauit illum, ipse sit qui in Esaia dicit: Neomenias & sabbatum & festiuitates alias non feram, Calendas uestras & solennitates uestras odiuit anima mea. Quid igitur consequitur, nisi differentia esse sabbata, alterum quidem placitum, alterum autem animæ dei odiosum? Nimirum aut istud, aut quod in nos criminabãtur, deum qui immutabilis est mutatũ sibiq; factum esse contrarium fatebuntur. Verum hoc dicere non audent, & illud uidere nõ sustinent, quod duo sabbata sint, unũ carnale, q͞d deus secundũ tempus uel usq; ad tempus correctionis imposuerit, & unũ spirituale q͞d statuit in æternum, & in seculum seculi, cuius in taculis quoq; lapideis præceptum posuit, & nõ præteribit, fugiunt igitur auersi, & illam habentes passionem quæ significabatur, quando fugiebant timentes, claritatem non uelatam uultus Moysi. Quicquid enim de splendore spiritus obiecerimus illis, vrit & cruciat oculos inuidentis populi, solaq; illis litera placet, maxime ubicunq; gloriam Christi uelare potest. Nos autem sicut duo ex lege & prophetis sabbata cognouimus, ita & cur illis sub figura carnalis sabbati, spirituale sabbatum absconderit, & cur a nobis unum tantum & nudum spirituale sabbatũ exigat, nosse debemus.

Esaiæ. 1.

Nume. 23

Gene. 1.

Obiectio pro sabbati obseruantia.

Responsio

Esaiæ. 1.

Sabbatũ duplex.

Exod. 34.

¶ Q͞d deo alia cũ Iudæis fuerit, alia cũ nobis gentibus ratio sit, & q͞p fere cunctę festiuitates illorum causas terrenas habuerint. Ca. IX.

Dicamus

DIcamus igitur, quia nimirū alia deo fuit cum Iudæis, alia cum nobis gentibus ratio est. Neq; em̄ Chrūs dei filius in hūc mundū adueniens, & nos gentes ad suā inuitās fidē, terrena pręmia proposuit, non terras quas nō habebamus dedit, nihil omnino carnale, sed cūcta spūalia bona proposuit aut præstitit. Illis terras proprias nō habētibus, imo & in Aegypto seruientibus, atq; pro peccato, quo fratrē suū Ioseph uendiderāt, indignis accipere repromissiones, quas patribus eorū promiserat, deus terrā dedit satis bonā, terrā localē, locūq; terrestrē, dedit inq̄ regiones gentiū, & labores populorū possederūt. Nec uero tales erant, qui uel spūalibus atq; inuisibilibus bonis ad iustitiam allicerētur uel spūalibus atq; inuisibilibus malis ab iniustitia deterrerentur. Iccirco in tota lege quæ iiiis de Aegypto exeuntibus scripta est, nusquam promissiones paradisi, aut comminationes audiuntur inferni, sed pulchre atq; canorę promissiones terræ optimæ, terræ lacte & melle manantis, duræ atq; formidabiles carni, comminationes bellorum & famis, malarū bestiarum & captiuitatis. Nobis imo tam nobis, quàm illis, quoscūq; uerus agnus dei, suo sanguine redemit, & ad fidem suam uocauit, sola cœlestia uel spiritualia bona proposuit, nec enim terram, sed cœlum sequentibus se dedit, uel expectare iussit, ideoq; carnalia nulla, sed tantum spiritualia festa, nulla terrena, sed tantum cœlestia sabbata nos sibi debere indicauit, teste spiritu sancto, spiritu consilij, qui nobis in illo quę prædiximus Apostolorum conuentu bene consuluit. Debuerint carnalia festa, carnalia sabbata, carnales Iudæi, quibus carnalia bona, terrena præmia, pro legis obseruatione, quando scribebatur deus proposuit. Tendebant ad diuitias huius seculi, ad possessiones agrorum aut uinearum, cūctasq; facultates huius mūdi, & ideo recte respicere iussi sunt ad literalem festiuitatem creationis mundi, ut septimo die sabbatizarent, quia deus septimo die requieuit, quia diei septimo benedixit, eumq; sanctificauit. Plena luna, contrito iugo seruitutis, exierunt de terra Aegypti, liberati a seruitute, non peccati, sed hominis, non diaboli, sed Pharaonis carnei, & iccirco recte illis uectigali celebritate luna illis festiua fuerit atque solennis, quia buccinauerunt in Neomenia tuba, & hæc illis computata sit insignis dies suæ solennitatis. Habitauerunt in tabernaculis, educti de illa domo seruitutis, & iccirco magnā habuerunt mense septimo festiuitatem tabernaculorum, habitantes in umbraculis, & in illo schemate recolentes & concelebrantes magna quidem, sed terrena atq; temporalia beneficia dei. Nobis (ut iam dictum est) nihil tale, sed cuncta cœlestia bona præstitit euangelium Christi, & iccirco debitores sumus festorum cœlestium & spiritualium sabbatorum gratiæ saluatoris, qui nos a spirituali Pharaone liberauit, & a seruitute peccati redemit, atque per passionem & crucem suam in terra uiuentium introduxit & cœlorum nobis prædia contulit. Igitur quia non in figura huius mundi quæ præterit, sed in spe resurrectionis, cuius princeps est ipse nobis gaudendum esse persuasit, non septima die qua deum requieuisse, carnali sensu somniauit amatores mūdi, ocio torpere debemus cum illis, sed prima die, quæ & ipsa octaua est, qua ille in spem & in salutem nostram resurrexit, uacare orationi, & audiendo uerbo dei, illud summa cura prouidentes, ut tā illo q̄ cæteris diebus feriati semper simus a seruili opere peccati.

Carnalia bōna nequaquā præstitit ecclesiæ Christus. Gene.37.

Acto.15.

Sabbatorū Iudaismi ratio. Psalm.80.

Dñicę dei obseruantia, unde prouenerit.

¶Qđ præter solennitatē pentecostes, terrenas cunctæ illorū festiuitates causas habuerint, nostræ aūt causæ uel promissiones euāgelij cœlestes sint. Ca. X.

VNa erat illius populi festiuitas, una inquam ex tribus solennitatibus maioribus, quę dicitur pentecoste, id est, quinquagesima, quæ & uocatur festiuitas hebdomadarum, eo q̄ septima ab immolatione agni completa hebdomada sequenti die, qui erat quinquagesimus celebratur, de qua recte concedi oporteat, q̄ causam habuerit magis sacram, magis spiritualem, magisq; diuinam. Nam magna quidem beneficia dei fuerunt q̄ a Pharaonis dominatiōe liberauit deus populum illum, q̄ introduxit eos in terram pro qua iurauit patribus eorum, sed maximū atq; optimum fuit, q̄ pepigit fœdus cum eis, ut esset deus ipsorum, legemq; dedit in tabulis, scriptam digito dei. Cætera bona quidem, sed terrena atque transitoria fuerunt hoc bonū & optimū, q̄a sempiternū. Veruntamen hoc in eodē bono minus lucet, & in comparatione perfectionis, subobscurū est, q̄a scriptę legis in eodē monte nō uiuificātē spm̄, sed solē occidētē literā professi sunt. Nec uero deus, p̄fessionē spūs eiusdē ab illis inibi exegit, aut exigere debuit q̄bus nōdū spūalia, sed tm̄ terrena, q̄bus nō regnū cœlorū, sed terram Chanaam proponebat in p̄miū ineundi fœderis uel suscipiēdæ legis. Ergo sola q̄dē (ut iā dictū est) solēnitas pētecostes ueri boni cā; aliq̄ ex p̄te habebat, cæterę oēs ignobiliorē de terra ducebāt originē, modisq; oībus populū illū, sensu puerū testabātur, mūdi amatorē. Apud discipulos euāgelicæ grā̄, tale q̄d oīno illicitū ē, gaudere. s. uel diē festū ducere, p̄pter successus tēporales. Nimirū cum sit disciplinæ Christianæ, contēnere præsentia, & amare futura, atq; in cōtritione mundi leuare capita, id est, exhilerare corda nostra, quomodo cōsequens esset suscipere nos festa Iudaica, quæ nō nisi præsentia temporaliū bonorū respiciūt gaudia. Proinde cum prædicto spūs sancti consilio, cui sic uisum est in illo Apostolorū cōuētu, ut nihil horū nobis imponeretur confidenter ea cōtemnimus tanq̄ iugū seruitutis, cū simus liberi & adoptionis filij, quēadmodū Apostolus

Pentecoste festiuitatis ratio, sola spūalis

Acto.15.

Roma.8. Apostolus dicit: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritũ adoptiõis filiorũ, in quo clamamus, abba pater. Item, Quanto tpe heres paruulus est, nihil differt
Gala.4. a seruo, cũ sit dominus omniũ, sed sub tutoribus & actoribus est usq; ad præfinitũ tempus a patre, ita & nos cum essemus paruuli sub elementis mundi eramus seruientes. Itemq; post aliqua.
Gala.5. State ergo, & nolite iterũ iugo seruitutis contineri.

¶ Quod multo magis nec hostijs legalibus inseruire debuerimus, eo q nec aliqñ illas deus se quæsisse uel iussisse, per prophetas testificetur. Ca. XI.

Quid tandẽ de hostijs & muneribus dicemus, nisi q̊d uerũ est, qa multo magis nec illis seruire debuimus? Etem̃ circũcisionis, & festorũ dierũ fuerit aliqñ uenerabilis traditio, uidelicet, qa circũcisionẽ deus Abrahæ & semini eius dedit, & ipsum sacra scriptura sabbatismo qualicũq; sabbatizasse nõ tacuit, dicendo: qa septimo die re-
Gene.2. quieuit. Verũ de immolãdis carnibus taurorũ, de sanguine hircorũ & arietũ, quæ vnq̃ apud sapi tes fuit uel esse potuit gloriatio, cum neget deus hæc incepta fuisse sua uoluntate uel præcepto? Loquit̃ em̃ in Hieremia: Holocastomata uestra addite uictimis uestris, & comedite carnes, qa nõ sum locutus sum cũ patribus uestris, & nõ p̃cepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de
Hiere.7. uerbo holocaustomatũ & uictimarũ, sed hoc uerbũ p̃cepi eis, dicẽs: Audite uocẽ meã & ero uobis deus & uos eritis mihi populus, & ambulate in om̃i uia quã mãdaui uobis, ut bene sit uobis.
Exod.20 Hoc uere deus in isto dixit. Nam & in Exodo sic scriptum est, quia cũctos quidẽ sermones hos locutus est dominus: Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis, Non habebis deos alienos coram me, & cætera. usq; ad id quod ait: Si seruieris dijs eorum, tibi certe erunt in scandalum. Altare autem ædificauit Moyses ad radices montis, misitq; iuuenes de filijs Israhel, & obtulerunt holocausta, imo lauerunt'q; uictimas pacificas domino,
Esaiæ.1. uitulos duodecim, & nõ est scriptũ, q dominus locutus fuerit aut iusserit. In Esaiæ quoq; idem dominus dicit: Holocaustum arietum & adipem pinguium & sanguinem uitulorum & agnorum & hircorum nolui, cum ueniretis ante conspectum meũ, quis quæsiuit hæc de manibus uestris. Amplius autem in Dauid, quem & prophetica gratia, & regia ad loquendũ roborabat au-
Psalm.49 ctoritas, idẽ deus eadem sacrificia reprobat. Non (inquit) accipiã de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Et subinde. Nunquid manducabo carnes taurorũ, aut sanguinem hircorum potabo? Igitur holocausta uel sacrificia illa, non tam iussa fuere, q̃ permissa, & iccirco faci-
Acto.15. lius illa contẽnimus, præsertim quia sic uisum est spiritui sancto, sicut supra iam diximus. Nec uero hoc solum dicimus aut intelligimus, q per consiliũ nobis illa sanctus amouerit spũs, imo
Holocausta & sacrificia, cur instituta olim. quod amplius est illud dicere non dubitamus, qa per consiliũ illa sibi olim fieri permiserit deus, ne scilicet populus carnalis & lubricus, dum a consuetis in Aegypto sacrifitijs, omnino arceretur, ploraret ut puer sub pedagogo nimium seuero, ludis omnibus abactus, citiusq; fugiens in Aegyptum reuerteretur, uel deos sibi quæreret, apud quos consuetas carnes immolare sibi licitum foret. Cum aũt in eodem Moyse legitur quippiam deus disposuisse de sacrificijs eiusmodi nõ est contrariũ eis quæ loquitur in prophetis iam dictis, quia uidelicet longe aliud est illa quæsisse de manibus eorum, aliud eorum quæ immolare consueuerãt ordinasse ritum, ut qui uerũ nondum habebant, nec habere poterant sacerdotem aut sacrificium, saltem umbram eius præferrent illo ritu significante affuturum.

¶ Qđ bene spiritui sancto uisum sit indicãdo nõ debere nos sup talibus inqetari tm̃, ut abstineamus nos a contaminationibus siue immolatis simulachrorum, & fornicatione, & suffocatione, & sanguine. Ca. XII.

Rationẽ itaq; non omnino ignorãtes, cur ita spiritui sancto uisum sit, & cur ab illa circũcisiõe, & seruanda carnaliter lege Moysi nos p̃hibuerit, exceptionẽ amplectimur liberalem, quã fecerũt cũ illo nobis bene cõsulti & bene cõsulentes Apostoli, dicẽdo atq; iudicãdo nõ inquietari eos q ex gẽtibus cõuertũtur ad dñm, simulq; cõscribẽdo ad eos, hoc tantũ ut abstineant se a contaminationibus, siue ut infra scriptũ est, ab immolatis sa-
Acto.15. crificiorũ, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine. Hoc pro illa parte quæstionis dictum atq; scriptũ est, quæ sic posita fuerat, dicẽdo: quia oportet circuncidi eos, siue nisi circuncidamini secundũ morẽ Moysi, non potestis saluari. Porro de illa parte q̃ sic mota fuerat ut scriptũ est, ibi præcipere quoq; seruare legem Moysi, non necessariũ iudicare aut scribere arbitrantes, Moyses em̃ (inquiunt) a tẽporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eũ prædicent in synagogis, ubi per omne sabbatũ legitur. Tanq̃ dicerent: Pro circũcisione, quæ ante Moysen data est, patribus nostris necessario iudicemus & scribamus, nam hoc bene iudicato bene perspecto aut
Ephe.2. demonstrato, quæ uel in quo sit uera circũcisio, perspicuũ erit eis quomodo seruare debeãt po-
Collo.2. sterius datã legem Moysi. Hoc intendentes, uerũq; Iudaismũ, atq; perfectã circuncisionẽ aspicientes, quæ non in manifesto, siue in carne, sed in spiritu existit, abstineant se (aiunt) a contaminationibus simulachrorum, a fornicatione, a suffocatis, & sanguine. Qui enim hæc dicunt ma-
Roma.4 nifeste confirmãt circuncisionem illam in carne, non solum iustitiæ fidei, ut Apostolus Paulus ait, sed

ait,sed & moralis iustitiæ fuisse signum. Et quidem antequã ueniret semen quod repromissum erat,id est,Christus,necessarium erat ut supra diximus circumcidi carne, ut signo uenturi seminis fidem se habere profiterentur,ita tamen ut & circumcisione non carerent in spiritu,ut.s. neq; a deo spiritualiter in corpore suo carnaliter fornicarentur, secũdum q iam dictus Apostolus circumcisio,inquit,prodest,si legem obserues. Idem enim ac si diceret:Circumcisio signum castitatis & fidei tunc demum prodest,si non forniceris fornicatione spiritus a deo recedentis,fornicatione corporis carnem corrumpentis. At ubi uenit semen illud,circumcidimur:& circumcidi debemus tantum in spiritu,id est, abstinere a fornicationibus: quia circumcisio,inquit,nihil est,& præputium nihil est,sed obseruatio mandatorum dei. Veram igitur circumcisionem prędicantes,atq; scribentes,sine qua reuera saluari non possumus,bene iudicauerũt necessario,abstinere nos ab immolatis simulachrorum,quod est circumcidi spiritu,ut.s. anima nostra deo uero per fidem copulata,iam post idola non fornicetur,abstinere nihilominus nos a fornicatione.s. carnis, qua corpus corrumpitur, & uelut incircumcisum atque immundum merito iudicatur. Vtriusq; fornicationis siue incircumsionis causa esse solet nimia atq; sordida uoracitas,quam intendentes:a suffocatis,inquiunt,& sanguine. Nempe in sorbitione cruoris,horror est nimiæ uoracitatis,atq; sordidissimæ ingluuiei. Item'q; suffocare,id est,strangulare pecus ad deuorandum beluarum atq; ferarum est quas insania uentris inordinate & irrationabiliter ad inuadendum,ad deuorandum impellit. Gulam itaq; siue ingluuiem uentris unde utraq; solet nasci fornicatio,sicut scriptum est,sedit populus manducare,& bibere,& surrexerũt ludere,breui quidem sed acuta circũciderunt dictõe,dicẽdo,a suffocatis & sanguine.i.ab omi turpi & inordinata deuoratõe. Roma.2 Abstinere a fornicatione & sanguie,& suffocato cut spiritualiter dictum. Exo.32. j.Cor.10

¶Quanta alibi seueritate fornicationem,& idolatita singuli suis persequuntur scriptis. Caput .XIII.

SVauiter quidem & cum spiritu mansuetudinis de illo sancti spiritus consilio,uel de illo cõsilij spiritu sancto processit hoc dictum siue scriptum,ut non fornicemur,& ut ab immolatis simulachrorum abstineamus ; sed huic mansuetudini non obtemperantibus uirga parata est. Dicit enim unus ex illo conuentu notæ charitatis, & mansuetudinis Apostolus:Si quis uenit ad uos,& hanc doctrinam non affert, nolite accipere eum in domũ, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi,aue,communicat operibus eius malignis. Item q alius cum dixisset,quid uultis in uirga ueniam ad uos,an in charitate & spiritu mansuetudinis? cõtinuo,quia causa postulabat,uirgã exerens:omino,inquit,auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes,ita ut uxorem patris aliquis habeat. Et uos inflati estis,& non magis luctũ habuistis ut tollatur de medio uestrum,qui hoc opus fecit. Hac increpatione præmissa,confestim dicendo percutit,& percutiendo dicit:Ego qdẽ absens corpore,præsens autem spiritu iam iudicaui eum,ut præsens,qui sic operatus est,in nomine domini nostri Iesu Christi,congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute domini Iesu tradere huiusmodi satanæ. Et hanc ipsam uirgæ percussionem non de furore,sed de consilio procedere satis indicans,tradere huiusmodi satanæ,cõtinuo subiunxit in interitum carnis,ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Nam & hoc est de antiquo consilio sapientiæ dicentis: Percute filium tuum uirga,& liberabis animã eius a morte. Illo suæ percussiõis exemplo sanctam esse uolens disciplinæ seueritatem,scripsi uobis,inquit,ne commisceamini fornicarijs. Et exponens quid dixerit, & determinans de quibus fornicarijs scripserit,continuo dicit:Non utiq; fornicarijs huius mundi,sed si is,inquit, q frater appellatur fornicator,aut auarus,aut idolorũ cultor,aut maledicus, aut ebriosus,aut rapax,cum huiuscemodi nec cibum sumere. Non igitur leuiter accipiendum q in illo conuentu, in illo sctĩ spũs consilio tam suauiter dictum aut scriptum est:quippe cum non soli qui illa faciũt, sed & inter quos facta sunt,uirga percutiantur apostolica,si non separentur,si non luctum & ipsi habeãt & seuerissimæ pœnitentiæ fornicatores subijciant. Et de fornicatione qdem unus idem'q; omibus sensus ẽ:quia inqnat,& munda conscientia nullatenus admitti potest. De his autem quæ idolis immolantur diuersitas sensuum quæstionẽ mouerat eidem Apostolo,ut diceret:Scimus quia nihil est idolum in mundo. Item:Scimus quia omnes sciam habemus. Sed scia inflat,charitas uero ædificat. Item'q; post multa. Quid ergo dico, q idolis immolatum sit aliquid, aut qd idolum sit aliquid? Sed quæ immolant gentes dæmonijs immolant,& nõ deo. Tandem'q; quæstionem siue litem eandem certa discretione dirimens,si quis,ait, uos uocat fidelium & uultis ire, omne quod uobis apponitur manducate,nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit,hoc immolatum est idolis,nolite manducare propter illum qui indicauit & propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam,sed alterius subauditur ne in errorem ĩducatur quia uidelicet quamuis ab idoli deuotione tua conscientia sit libera , cauendum tamen est tibi, ne putet alter quod uenerationis causa edas idolis immolata. Nam hoc intendens,& ad cautelam hanc instruens superius dicebat. Si enim quis uiderit eum, qui habet scientiam in idolio recumbentem,nonne conscientia eius cum sit infirma ædificabitur ad manducandum idolothita & peribit infirmus in tua scientia frater,propter quem Christus mortuus est Et continuo bonũ & sa-

2.Iohan.
j.Cor.4
j.Cor.5
Prouerbi.23.
j.Cor.5
j.Cor.8
j.Cor.10
1.Cor.8.

GG

& salutare suo cum exemplo satis temperanter consilium porrigens, quapropter, inquit, si esca scandalizat fratrem meum, non mãducabo carnem in æternum, ne fratrẽ meum scandalizem.

¶Quomodo quasi per consiliũ Petrus cæremonias Iudaicas seruari oportere indicauerit, uel simulauerit, & quomodo per uerius consilium illi Paulus in faciem restiterit, nec tamen sibi contrarius fuerit, ubi Timotheum circumcidit, & purificatus Iudaico more in templum cum oblationibus intrauit. Ca. XIIII.

INterea dum adhuc recens innotuisset istud spiritus sancti consilium de non curandis mortuis mortuorum cæremonijs Iudæorum, nitebantur homines pij. s. Apostoli suum eidem consilio dei sociare uel permiscere consilium in tantum ut Petrus, qui ante alios uel pro alijs omnibus locutus fuerat, ea quæ supra dicta sunt, adduceretur in simulationem, non ausus hoc ipsum quod spiritui sancto uisum fuisse dixerat actu sequi palam. Sed arguit uum idem spiritus consilij per os alterius, per fortitudinem humilem, fortemq; humilitatem Apostoli nouitij, Apostolorum minimi Pauli, sicut idem ad Galathas scribens, ait: Cum autem uenisset Cæphas Antiochiam in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quàm uenirent quidam ab Iacobo cum gentibus edebat. Cum autem uenissent, subtrahebat & segregabat se timens eos, q ex circumcisione erant: & simulationi eius consenserunt Iudæi cæteri, ita ut Barnabas duceretur ab eis in eandem simulationem. Sed cum uidissem quod non recte ambularent ad ueritatem euãgelij, dixi Cæphæ coram omnibus. Si tu cum Iudæus sis gentiliter, & non Iudaice uiuis, quomodo gentes cogis Iudaizare? Ita principi Apostolorum in faciem restitit nouissimus Apostolorum, magna libertate spiritus domini utens, ad confirmandum illud, de quo hactenus loquebamur eiusdem spiritus consilium. At idem & Timotheum circumcidit, propter Iudæos, inquit scriptura, qui erant in illis locis, sciebant enim omẽs quod pater eius gentilis esset. Itemq; assumptis uiris quibus impenderat, ut raderent capita sua postera die purificatus cum illis intrauit in templum annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoq; eorum oblatio. Ergo ne ipse fecit quod in Petro redarguit, aut q̃d ipe faceret in maiore, in maiore redarguere debuit? Non utiq; neq; enim ipe fecit, quod in Petro redarguit, neq; enim gentes iudaizare coegit, quod solum uel maximum in Petro redarguit. Dixit enim: Si tu cum Iudæus sis, gentiliter & non Iudaice uiuis, quomodo gentes cogis iudaizare? Ipse gentes iudaizare non coegit, sed in semetipso iudaismum pro necessitate pertulit, factus Iudæis tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrifaceret, quippe qui sicut quodam loco testatur, optabat anathema esse a Christo pro eisdem fratribus suis. Non, inquam, Gentes iudaizare coegit, quod factum in Petro redarguit. Nam & illi qui dixerant ei, sunt nobis uiri quatuor uotum habentes super se, his assumptis sanctifica te cum illis, & cætera, continuo subiunxerunt. De his autem qui crediderunt ex Gentibus, nos scripsimus iudicantes ut abstineant se ab Idolis, immolato, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Vera igitur & iusta reprehensio qua Petri simulationem arguerat, & non parum ad cõfirmationem consilij dei sic reprehendendendo contulerat.

Acto. 15 — Gala. 2. — Acto. 16 — Gala. 2. — 1. Co. 9. — Roma. 9 — Acto. 21

¶De excidio Hierosolymorum & euersione templi, & dispersione Iudæorum, q cum consilio dei acta sit. Ca. XV.

SEd quantula confirmatio fuit comparatione maioris? Maior enim multo confirmatio successit. Quæ nam illa illa extitit? Excidium miseræ ciuitatis, euersio atq; atque incendium templi augustissimi, tantum, tamq; ruinosum ciuitatis, & templi excidium, ut non remaneret lapis super lapidem, qui non destrueretur, tanta uniuersæ patriæ clades, totiusq; gentis cædes, ut caderent in ore gladij, & captiui ducerentur in omnes gentes. Legat qui uult miserabilem illius excidij tragœdiam a Iosepho conscriptam, & scire poterit non alio, nisi deo authore Iudaicæ gloriæ cecidisse superbiã, ob cõfirmandam atq; fulciendam euangelicę humilitatis gratiam. Nam si ciuitas illa in gloria pristina perstitisset, si gens illa in templo suo consuetis hostijs insistere permissa fuisset: quanto putas scandalo credentibus in Christo extitisset? Igitur sicut ueraciter dictum est, illi autem profecti prædicauerunt ubique domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis: sic & nos parua mutatione de uicina re uel rei eiusdem maxima parte indubitanter dicamus. Vere spiritui sancto uisum est, & uerum Apostoli spiritus sancti contulerunt ad consolationem gentium domino Iesu, & eodem spiritu eius cooperante, & consilium confirmante, sequente ruina ciuitatis, & templi, atque dispersione Iudæorum. Nam ad idem consilium reuera, & illud pertinet, quod non omnes Iudæi fame & gladio Romanorum in illa famosa obsidione, atque horrendo excidio interierunt, sed aliqui superstites fuerunt, qui captiui ducti in omnes gentes eadem captiuitate, uel dispersione sua præclarum in toto orbe ueritati euangelicæ perhiberent testimonium, secundum illum Psalmi quinquagesimi octaui uersiculum: Dominus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei, disperge illos in uirtute tua. Illum quippe Psalmum orat Christus, in illo Psalmo loquitur Christus, uerus Dauid, id est, manufortis siue desiderabilis, quem usque ad mortem persecutus est Saul, id est, populus ille inuidus, secundum eiusdem Psalmi titulum In finem

Excidiũ Hierosolymæ cõfirmatio fuit euangelij — Lucę. 21. — Mar. 16. — Iudæi nobis testionio sunt ueram eẽ euãgelij prædicationem

nem ne corrumpas ipsi Dauid, in tituli inscriptione, quando misit Saul ad custodiendam domum eius, ut interficeret eum. Et est prædicti uersiculi sensus. Consideranti mihi super inimicos meos Iudæos ostendit deus, ut pro eis orem ita. Domine ne occidas eos, id ne penitus a terra euellas eos. Quare? Videlicet nequando populi ad confitendum conuersi obliuiscantur mei, quod pro eis natus & passioni addictus fuerim, & sic eos redemerim. Et hoc idem est, ac si dicat. Idcirco Iudæi tua gratia uiuere permittantur ut etiam eorum testimonio fides meorum certior habeatur. Aliter enim Psalmi & totum uetus testamentum multis quasi figmenta uiderentuur. Ne igitur occidas eos. Sed quid? Disperge illos, subauditur ubique terrarum, in uirtute tua, id est, in potentia tua. Notandum itaque Iudæorum dispersionem, per diuini consilij facta esse dispensationem, idcirco ut non tantum in uno loco, sed in omni terra fidem Gentium confirmarent, dum eum a parentibus suis crucifixum fuisse assererent, & scripturas in quibus nobis promissus fuerat sese habere non denegarent, imo tanquam capsarij nostri scripturas easdem in usum nostrum circumportarent.

Cur non uno loco captiui sed displi po bē sunt Iudæ

¶Quod nobis propter deum consilio uti, sit facere aliquid ultra quàm ille præceperit quod quicunque non faciunt, sic recte dicant, serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Ca. XVI.

DIximus parumper in laudem spiritus consilij, quia deus propter homines consilio uti dignatus est: superest iuxta propositum ut dicamus, qualiter propter deum consilio utantur uel uti debeant homines perfectionis amatores. Vti autem consilio id esse dicimus, quod non contenti facere, quod præceptum est, ultra sese extendunt ad illud, quod præcepto maius & amplius est, quę nimirum res gratiam maiorem, remunerationemque copiosiorem habet. Denique sola præcepti executio seruorum est, & non magnam meretur gratiam, secundum illam domini sententiam euangelicam. Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & uos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite. Serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Quem enim aut qualem intendens seruum, dicebat, nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Nimirum quia seruum arantem aut pascentem, cui reuerso, de agro non dixisset dominus suus statim, transi, recumbe, sed para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem, & bibam, & post hæc manducabis & bibes. Vtique seruus ille Iudaicus erat populus, qui acceperat spiritum seruitutis in timore, arans in agro, & pascens, id est, coniugio inseruiens. & priusquā comederet ipse aut biberet, parans domino suo quod cœnaret, id est, decimas dans omnium, & primitias offerens sicut præceperat lex. Nunquid ergo gratiam habet, inquit, seruo illi, quia fecit, quæ ei imperauerat? Non puto. Debitor enim seruus erat, præceptum ut seruus acceperat. utpote colonus terræ, quam dominus suus acquisierat, quemadmodum dicit: Terra enim mea est, & uos coloni mei estis. Itaque hac similitudine assumpta protinus sic intulit. Sic & uos, cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis: subauditur, & non amplius, dicite. Serui iuutiles sumus quod debuimus facere fecimus. Cum, inquit, feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, & nihil amplius o uos temporis huius discipuli, & auditores Euangelij, si permanseritis in agro, id est, in seculo dediti, uel astricti coniugio, uendentes atque ementes, possidentes atque utentes hoc mundo, quamlibet præcepta faciatis, non mœchando, non furando, & tale quid non faciendo, iam quidem euasistis pœnam, sed nondum meruistis gratiam. Inutiles enim estis, quia nihil pro amore uel gratia domini nostri, supra debitum seruitutis pensum adijcere uultis. Profecto testificamini, quia nisi timeretis torturam, & compedes, nec illud faceretis, quod pręceptum est. ¶Igitur ut dicere cœperamus, uti consilio propter deum amicorum est, eorum qui non contenti facere quod præceptum est, ultra sese extendunt ad aliud quod præcepto maius & amplius est, amantes gratiam domini, bonis omnibus præoptantes hylarem atque serenam sibi uidere faciem domini sui. Sunt autem præcepta decem, quæ sic uerior translatio distinxit. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra: non adorabis neque coles ea. Non assumes nomen domini dei tui in uanum. Memento ut diem sabbati sanctifices. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non cōcupisces. Nunc de cuiusq; tenore præcepti, & de superadijcienda liberalitate consilij pro posse dicemus.

Cōsilium p̄cæ pto mai⁹, maioreq; his remuneratione

Lucæ, 17

Præcepta tm̄ seruātes serui sunt inutiles.

Exo, 20.

Consilia quō addant supra præcepta

¶De primo præcepto, & super adijciendo consilio. Caput XVII.

Exo, 20.

NOn, inquit, habebis deos alienos coram me. Secundum hoc præceptum tota serui iustitia est non coluisse Baal, nec seruisse Astaroth, non initiatum fuisse Beelphegor, uel quempiam huiusmodi, quod uere diuinitati aduersum sit, non posuisse in templo dei. Qui autem seruilem modum excedere gestit, non solum significatum uocū istarum, id est, deorum alienorum, sed & nominis huius quod est deus, etymologiam attendit, ut uidelicet

delicet non solum secundum præceptum deos alienos coram deo suo non habeat, sed & nullum alium præter solum & uerum deum timeat. Deus enim græce dicitur theos, quod interpretatur timor. Idcirco autem creator tali nomine nuncupatur, quia timendus est, & hoc ab omni rationali creatura iure exigitur ut timeatur. Igitur ultra præceptum hoc tunc acceptatur consilium, quando seruus bonus & amore uel gratia dignus solum proponit sibi deum esse timendũ nullum alium timore suo dignum arbitratus deum aut dominum. Quod si etiam supplicio mortis cogatur ut timeat, non flectitur a iustitia, constans propter deum uerum ac dominum, amicitiæ gratia cum qua sic ille suos alloquitur. Dico autem uobis amicis meis, ne terreamini ab his, q occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico uobis, hunc timete.

Lucæ.12

¶ De secundo præcepto, & super addendo consilio. Ca. XVIII.

Exo.20

NOn facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cœlo desuper, & quę in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aqs sub terra, non adorabis, neq; coles ea. Et per hoc præceptum illud a seruo exigitur, ut illius unius uel unici dei, coram quo non debet deos alienos habere, neque in cœlo, neque in terra, neque in mari ullam suspicetur similitudinem existere. Hoc, inquam, ab illo exigitur, ut sciat deum uerum, nulla forma circumscriptum esse, quod Humaniformij putauerunt, dicentes Deum uelut hominem membris suis secundum humanam formam circumscriptum esse, aut determinatum grande sibi in animo suo pingentes Idolum, uel iuxta uisionem Danielis, senem uenerabilem, uel antiquum dierum. Quorum in corde siue errore quantum putas simulabatur simulachrum, cum audirent dicentem: Cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. A quibus si quæreretur illud quod scriptum est, quis mensus est pugillo aquas, & cęlos palmo ponderauit, mirum quid respõdere, aut quid secundum eandem phãtasiam animo suo præpingere potuerunt. Hoc ergo, ut dictum est, a seruo per præceptum exigitur, ut deum illocalem atque incircumscriptum fateatur, ut nullam creaturam deo similem esse uel fieri posse suspicetur, ne contra se experiatur dictum, quod subiunctum est. Ego enim sum dominus deus tuus fortis, zelotes uisitans iniquitates patrum in filijs, in tertiam & quartam generationem & cætera. Qui enim tale sibi pinxit idolum, magnam dei fortis, dei zelotis thesaurizat iram, utpote consequenter male de dei filio sentiens: ut uerbi gratia Arrius, qui deum dei filium patri consubstantialem dici uel credi non sustinens, dicebat ad creaturæ similitudinem respiciens, & creatorem increatum creaturæ uolens esse consimilem. Consubstantiale est, quod ex aliquo est, aut ex participatione, aut decursione, aut ex plantatione. Ex plantatione quidem sicut ex radice germen, ex decursione uero sicut rami, filij ex participatione autem, sicut ex massa aurea duo annuli uel tres. Secundum autem nullum horum, inquit, est filius dei. Propterea ergo dicebat in fide consubstantialitatis non esse consentiẽdum. Ne cum isto seruus malam accipiat plagam, oportet ut nullã creatori similem faciat creaturam. ¶ Quod si amicus esse gestit, post hoc præceptũ, ad consilium quoque totum animum extendit ut uidelicet eo non contentus sit, quod non ita de deo sentit, sed & quantum potest pro salute aliorum enitens ostendat pulchro dogmate, quia non secundum corporeas consubstantiale dicitur passiones, neque secundum diuisionem, neque secundum quandam decisionem, nõ enim posse naturam sine materia intelligibilem incorporeamq; corporalem quandam sustinere passionem, sed sacris quibusdam atq; ineffabilibus rationibus magis esse intelligẽdum.

Danie.7

Esa.66.

Exod.20

Supra secundũ præceptũ quale consiliũ addatur

¶ De tertio præcepto, & superadijciendo consilio. Ca. XIX.

Exo.20

NOn assumes nomen domini dei tui inuanum. Hoc necessario seruus audit, & obaudit, si non uult plagis seruilibus male discrutiari, aut perimi. Quid est enim assumere inuanum nomen domini dei sui, nisi peierare nomen domini dei sui, aut in rebus uilibus, aut ludicris, cœlis, & terris reuerendum nomen habere ostentui? Non ergo assumere nomen domini dei inuanum, necessarium atque legitimum est præceptum, quod qui custodierit, seruus pœnam euadit, quanta sub hac interminatione ualet intelligi. Nec enim habebit dominus insontem eum, qui assumpserit nomen Domini Dei frustra. Quod si ingenuitatem desiderat amici, consilium est ut omnino non iuret. Dicit enim in euangelio suo dominus ille, & angelus magni consilij. Audistis quia dictum est antiquis, non peierabis. Reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis, non iurare omnino, neque per cœlum quia thronus dei est, neque per terram, quia scabellum pedum eius est, neq; per Hierosolymam quia ciuitas est magni regis. Neque per caput tuum iuraueris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo uester, est, est: non, non. Quod autem his abundantius est, a malo est. Non præceptum hoc esse, sed id quod supra præceptum est, id est, consilium ex eo fateri compellimur, quia legem sanctam, iustam & bonam, euangelio uel euangelium legi contrarium esse non putamus, imo istud uel suspicari ut nefas deuitamus. Dixit autem lex. Si quis commendauerit amico pecuniam, aut uas in custodiam, & ab eo qui susceperat furto ablata fuerint: si inuenitur fur duplum reddet. Si latet dominum domus, applicabitur ad deos, & iurabit quod non ex

Nomẽ dei sumere inuanũ

Exo.20.

Matth.5.

Nõ iurare omnino consilium est addens supra præceptũ tertium

Exo.22.

non extenderit manum in rem proximi sui ad perpetrandam fraudem. Item: Si quis commendauerit proximo suo asinum, bouem, ouem, & omne iumētum ad custodiam & mortuum fuerit, aut debilitatum, aut captum ab hostibus, nullusq́ꝫ hoc uiderit, iusiurandum erit in medio, ꝙ non extenderit manum ad rem proximi sui, suscipietq́ꝫ dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. Igitur cum de præcepto & consilio agere cœperimus, & hoc modis omnibus cauendum sit, ne legi euangelium contrarium esse suspicemur, tertium nobis idem permissum sese obtulit. Diligenter perpendamus tria hæc, quæ posita sunt, scilicet non peierabis, non iurare omnino applicabitur ad deos & iurabit, siue iusiurandum erit in medio, quod non extenderit manum ad rem proximi sui, & inueniemus non peierare præceptum, non iurare omnino consilium, iurare aut uerum deierare esse permissum. Itaque qui peierat male facit, qui autem non iurat omnino, bene facit, magis eligens commodatum reddere, quod furto fuerit sublatum, quam proferre iusiurandum, propter illud quod dictum est, redimentes tempus quoniã dies mali sunt. Qui autem iurat, & uerum deierat nec bene nec male fecit, id est, nec quia iurauit, pœnam, nec quia deierauit uerum, gratiam acquirit. Et ut breuiter trium horum distantias colligamus, qui peierat pœnã, qui uerũ deierat ueniã, qui non iurat, omnino gratiã meretur & gloriã.

Ibidem. | Iurare an li[citum nec n…] | Ephe.5. | Coloss.4.

¶De quarto præcepto, & superadijciendo consilio.
Caput XX.

MEmento ut diem sabbati sanctifices. Hoc præceptum legitimum est, & in eo legitime seruatur, ut quod operatur seruus cum bene operatur, non suam sed domini sui gloriam quærat, non præsentem ab ore conseruorum suorum sibi laudem exquirat. uanamq́ꝫ gloriam suo nomini constituere proponat, sed scripturam dicentem attẽdat, uideant opera uestra bona, non ut uos uideamini, sed ut glorificent patrem uestrum, qui est in cœlis. Hoc reuera meminisse est sabbati sanctificandi, id est, hoc intendere seruum ut bene operando mereatur introire in requiem domini sui. Nam illius sabbati meminisse, cuius meminit hodieq́ꝫ Iudæus, iam non pro præcepto habemus, imo contra præceptum, & contra uoluntatem domini esse fatemur, quia uidelicet sabbatum illud iam ex illo magno die sabbati, quo instante crucifixerunt dominum, pollutum est a seruis malignis, sanguine domini sui, & sicut alio iam loco diximus, Esaia testante: extunc omne sabbatum, & omne festum illorũ profundo odio odit anima domini. Hoc ergo præceptum est, memento ut diem sabbati sanctifices, id est, ut bene operando finem totum operis illic constituas, ubi sancta & uera est requies. Consilium autem hoc est, ut nunc etiam sabbatizes, id est, ut actiuam excedens uitam, contemplationi uaces, quæ pars tanto melior est, quantum fideli seruo dulcis amicitia præpollet, testante ipso, cum dicit: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Marthæ seruitium reprehendit, sed Mariæ partẽ prætulit, tanq̃ bono id q̃d optimũ sit. Ad hunc sabbatismum in Psalmo quoqꝫ perfectiores inuitans: Vacate, inquit, & uidete, quoniam ego sum deus. Quod si ex præcepto, & non magis ex consilio diceret: consequeretur neminem diligi a domino, qui istud nõ fecisset. Nunc autem scriptum est: Iesus autem intuitus eum, dilexit eum. Quem? Nimirum adolescentem diuitem, cui cum protinus dixisset, unum tibi deesse, uade quæcunque habes uende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis, & ueni, sequere me, ille contristatus in uerbo, abijt mœrẽs erat enim habens possessiones multas. Non igitur præceptum est, sed consilium, propter quod & sic apud Matthæum sub conditione dictum, & in arbitrio uel uoluntate eius relictum est. Si uis perfectus esse. Nam si non uelit ad istam perfectionem aspirare, non quidẽ diligi meretur, ut amicus, aut tanquã filius, qui acceptauerit consilium: diligitur tamen in ordine suo tanquã fidelis seruus, qui actualiter bene utens seculo impleuerit præceptum.

Exo.20. | Matth.5 | Esa.1. | Luce.10. | Psal.45 | Mar.10. | Matth.19

¶De quinto præcepto, & superadijciendo consilio.
Caput XXI.

HOnora patrem tuum & matrem. Magnum præceptum, & magna obseruatione dignum, magnaq́ꝫ & pulchra remuneratione compensandum, quam continuo proponens sermo bene audienti: ut sis, inquit, longæuus super terram, quam dominus deus tuus dabit tibi. Super hoc præceptum maius atque excellentius est consilium, non habere patrem, aut matrem propter Deum. Et hoc quidem consilium palam prædicat maiestas euangelij, sed nec ipsa omnino tacuit humilitas legis. Ait enim: Qui dixit patri suo, & matri suæ, nescio uos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua o Iacob, & legem tuam o Israhel. At uero pharisæi meram consilij boni ueritatem adulterantes, docebant filios de substantia patrũ rapinam faciendo patrem & matrem inhonorare, dicentes, id esse cuique filiorum legitime dicere patri & m̃ri, nescio uos, iuitis illis altare dei mũeribus cumulare, gazophylaciũq́ꝫ replere, q̃d ipsorum proficeret auaritiæ. Tales hypocritas consilium sanctæ legis cauponantes, id est, quasi uinum bonum aqua mixta corrumpentes, redarguebat, cũ diceret: Quare & uos transgredimini

Exo.20. | Relinquere parentes consilium est addare præceptũ quintum | Deut.33 | Hipocritæ cõsilia adulterãt | Matth.15

mandatum dei propter traditionem uestram? Nam deus dixit: Honora patrem & matrem. Et qui maledixerit patri uel matri morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri uel matri, munus quodcunque est ex me tibi, pderit, subauditur uerum patrem deum, & ueram matrem suam synagogam sacerdotalem atque Leuiticam honorauit, & ita rapinam patris & matris afferendo uobis in domum domini patrem & matrem suam inhonorauit, & honore debito priuauit. Proinde continuo subiungit: Et non honorificauit patrem suum & matrem suam. Et irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram, Igitur præceptum est, patrem & matrem honorare, consilium autem patrem & matrem nescire, non modo contrario quo pater & mater inhonorentur, sed modo rationabili & iusto quo deus cunctos affectus excellens patri & matri iure præferatur. Neque enim genitores inhonorantur, ubi solus cteator illis præfertur. Qualiter hoc fiat, suo ipse exemplo deus indicat parẽtes homines habere dignatus. Nam loquente illo ad turbas, cum dixisset ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes loqui tibi respondens, dixit: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Extendens manum in discipulos dixit: Ecce mater mea, & fratres mei, & cætera. Euangelizabat enim cum hæc diceret, præcepturus ut homo perfectionis amator, propter euangelium patrem & matrem relinquat, & renuntiet omnibus quæ possidet. Equidem hoc facere consilium est, ut iam diximus, sed cum tempus aut res postulat, tanquam præceptum ex debito peragendum est, ut uidelicet ignorentur pater aut mater, quando quis & patri & matri obtemperare, & Christianus esse non potest. Nam in tali causa, non tam consilio q̃ potenti præcepto agens: nolite, inquit, arbitrari quia uenerim pacem mittere in terram. Non ueni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici ei⁹. Qui amat patrem aut matrem plusquàm me, non est me dignus. ¶Et notandum quod cum cæteras affinitates dixerit, filium aduersus patrem, & filiam aduersus matrem, & nurum aduersus socrum, non dixerit uirum aduersus uxorem, siue uxorem aduersus uirum, ne uidelicet euangelica puritas occasionem siue authoritatem adulterijs dare uideretur. Vnde Apostolus: His autem matrimonio iuncti sunt præcipio, non ego sed dominus uxorem a uiro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Et uir uxorem non dimittat. Sed idem continuo dicit: Nam cæteris ego dico, non dominus. Quibus cæteris? Nimirum fidelibus permixtis cum infidelibus. Quid enim dico ego non dominus? Si quis frater uxorẽ habet infidelẽ, & hæc consentit habitare cum eo, subauditur non detrahendo nomini Christiano, non dimittat illam. Etsi qua mulier habet uirum infidelẽ & hic consentit habitare cum ea, non dimittat uirum. Ergo non tam domini præceptum q̃ Apostoli consilium est. Nam hoc, inquit, ego dico non dominus. Amplius autem consilium esse liquet ex eo quod subiungit. Quod si infidelis discedit, discedat. Non est enim seruituti subiectus frater, aut soror in eiusmodi. Quod utique non dixisset si præceptũ esset domini manere fidelẽ cũ infideli. ¶Sed ut reuertamur ad rem, parentes infideles, nescire præceptum est, fideles autem propter perfectionis amorem nescire consilium est, scire uero interdum permissum est. Dicit enim lex: Mulier si quippiam uouerit, & se cõstrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari: si cognouerit pater uotum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suam, & tacuerit, uoti rea erit. Quicquid pollicita est, & iurauit, opere complebit. Sin autem statim ut audierit pater, contradixerit: & uota, & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit pater. Denique permissio est, irritum ducere uotum, propter patris contradictionem. Arbitramur enim melius esse, etiam patre contradicente tenere propositum, & tendere ad perfectionem, præsertim cum si irritum duxerit quod uouit. Propterea quia pater contradixit, non aliud possit sperare præmiũ, nisi quod obnoxia non tenebitur sponsioni.

Quo de⁹ parẽtibus anteferendus. Matth. 12. Matth. 10. 1. Cor. 7. Parentes infideles nescire pceptum fideles consilium. Num. 30.

¶De sexto præcepto, & superadijciendo consilio. Ca. XXII.

Exo. 20. Non occides: Præceptum subauditione indiget, quatenus iudex siue potestas, quæ gladium portat non præuaricari existimetur cum illum occiderit, qui iure occidendus erat, siue propinquus occisi cum illum ex permissione legis uindicat: Itaque cum dicitur: non occides, subaudiendum est, accipiendo gladium qui tibi datus non est. Dominus enim (inquit) Christus qui acceperunt gladium, gladio peribunt, illo nimirum gladio de quo Psalmista: De gladio, inquit, maligno eripe me. Porro ultra hoc præceptũ perfectionis est consilium, non resistere malo. Sed si quis, ait, te percusserit in dextram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Item: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, ut sitis filij patris uestri, qui in cœlis est. Nam quod dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Itemq́ʒ: Oculum pro oculo, & dentem pro dente, neque præceptum, neque per consiliũ est, sed tantũmodo permissum. Cæterũ uera & uere Christiana innocentia, in tantum abhorret sanguinẽ, ut non resistere malo & inimicũ quoq́ʒ diligere tanq̃ præceptũ audiat & prædicet.

Matth. 26. Psal. 143. Matth. 5. Lucæ. 6. Leuit. 19.

¶De septimo præcepto, & superadijciendo consilio. Ca. XXIII.

Non

NOn mœchaberis. Præceptum hoc olim laxius fecerat permissio legis: nunc autem fortius, & arctius stringit seueritas Euangelij. Moyses enim mandauit dari libellum repudij. Christus aũt dico uobis ait, quia quicunque dimiserit uxorẽ suã nisi ob fornicationem & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur. Quærentibus quoq;, quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij, quoniam Moyses, ait, ad duritiam cordis uestri permisit uobis, dimittere uxores uestras. Ab initio autem non fuit sic. Itaque præceptum est non mœchari, consilium autẽ supra hoc præceptum, coniugio penitus abstinere, sicut pro difficultate uel necessitate coniugij dicentibus discipulis, si ita est causa homini cum uxore sua non expedit nubere, respondens dixit. Non om̃es capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. Statimq; cũ dixisset, & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnũ cœlorum: qui, inquit, potest capere capiat. Hoc sciens Apostolus: De uirginibus autẽ, inquit, præceptũ domini non habeo, consilium autẽ do, tanquã misericordiã consecutus a domino, ut sim fidelis.

Exo.20. Deut.25. Mat.22. Mar.12. Luc.20. Mat.19. Ibidem. j.Cor.7

¶De octauo pręcepto, & superadijciendo consilio. Ca.XXIIII.

NOn furtum facies. Secundũ hoc præceptum Apostolus cum dixisset: Qui furabatur, iam non furetur, statim consiliũ subiunxit: Magis, inquiens, laboret operando manibus suis quod bonũ est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Veruntamen consiliũ hoc parum distat a fortitudine præcepti. Cum em̃ dicit: Laboret operando manibus suis, quod bonum est, subaudiri uult si manducare uelit. Nã & alibi dicit: Qui non uult operari, nec manducet. Item dicendo, tribuat necessitatẽ patienti, subaudiri uult, si uelit, & sibi in necessitatibus subueniri. Nam beati misericordes, quoniã ipsi misericordiã consequentur, magnũ uere & factu utile, misericordiæ consiliũ quod cum propinquioribus impensum fuerit, usque ad exteros, & quod maius est, usq; ad inimicos sese extendit, iuxta illud sapientis dictum: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potum da illi. Cum enim ita fecerit, certum est illũ misericordiã consequi. Si enim fœneratur domino, qui miseretur pauperi, quanto magis qui inimicum cibat, & potum dat illi. & ita in bono malum uincit.

Exo.20. Ephe.4 2.Thess.3 Mat.5 Prouer.28 Prouer.19

¶De nono præcepto, & superadijciendo consilio. Ca.XXV.

NOn loqueris contra proximũ tuũ falsum testimoniũ. Supra hoc præceptũ magnũ & laudedignũ, est pro tẽpore & re falsum pati cum possis refellere testimoniũ, iuxta illud dñi nostri exemplũ. Nouissime uenerunt duo falsi testes, & dixerunt. Hic dixit: Possum destruere templũ dei, & post triduũ reædificare illud. Cũ hæc dicerent, & princeps quoq; sacerdotũ surgens urgeret: nihil, inquiens, respondẽs ad ista, quæ isti aduersus te testificantur. Iesus autẽ (ait Euãgelista) tacebat. Itẽ cũ accusaretur a principibus sacerdotũ, & senioribus, & Pilatus instaret, dicens: non audis quanta aduersum te dicunt testimonia: nõ respondit ei ullũ uerbũ, ita ut miraretur præses uehemẽter. Quare? Quia si uobis dixero, inquit, non credetis mihi. Si aũt & interrogauero nõ r̃ndebitis mihi, neq; dimittetis. Cui ergo placet exẽplũ hui⁹ in sufferẽda temeritate falsi testimonij placeat, & respectus rationis, ut uidelicet si sperare licet falsitatẽ, uera posse r̃nsione corrigi, respondeat, & respondendo lucretur (ut nonnunq̃ factũ est) aĩas obloquentiũ, si nõ omniũ at saltẽ aliquorum, ex illis qui audirent sanguinẽ, non scienter aut ex deliberatione, sed falso testimonio induci. Sic em̃ Hieremias: cum testificarentur aduersus eũ sacerdotes & ꝓphetæ ad principes, & ad omnẽ populũ, dicentes: iudiciũ mortis est uiro huic, quia prophetauit aduersus ciuitatẽ istã, sicut audistis auribus uestris, non tacuit, sed ait: Dominus misit me, ut prophetarẽ. Et subinde. Veruntamen scitote, & cognoscite, quoniã si occideritis me, sanguinẽ innocentẽ tradetis contra uosmetipsos, & contra ciuitatẽ istã, & habitatores eius. In ueritate em̃ misit me dominus. Econtra Naboth Ihezrahelites, quia non per errorẽ uel subitã animorum perturbationẽ, sed p maliciosam Ihezabelis & optimatũ siue maiorũ natu deliberationẽ, submissis testibus uiris diabolicis accusabatur siue iudicabatur tacuisse & nihil respondisse legitur, recte nimirum & sapiẽter. Frustra nãq; effunderet sermonẽ, ubi nõ erat auditus. Qui igitur nõ solũ præceptũ seruat, ut falsum testimoniũ non loquatur, sed & consiliũ approbet, ut falso impugnatus testimonio patiẽtiã amplectatur, sic exemplo dñi tacendũ sibi sciat, ut nõ tm̃ in suũ sanguinẽ per errorẽ forte peccaturos, decipi suo silentio permittat.

Exo.20 Matt.26 Matth.27 Lucæ.22 Hiere.26 3.Reg.21

¶De decimo præcepto, & superadijciendo consilio, & quomodo difficile sit huic præcepto aliquid superaddi. Ca.XXVI.

NOn concupisces domũ proximi tui, nec desiderabis uxorẽ, non seruũ, non ancillã, non bouẽ, non asinũ, nec om̃ia quæ illius sunt. Præcepti huius decimi, quasi quadã ferrea securi, cunctarum præuaricationũ radix amputat, siue extirpat, radix em̃ oĩm malorum cupiditas. ¶Et notãdũ quia septẽ quasi ꝑcussiõibus, quo numero plerũq; uniuersitas designatur, uniuersa cupiditas ꝑcutit, dum septenaria ꝓhibitõe inhibetur. Nam cum sufficere posset ut diceret, non cõcupisces, etiã si nihil addidisset, maluit septenariã facere ꝓhibitionem. Primo, non concupisces domũ proximi tui; Scdo, nõ desiderabis uxorẽ eius. Tertio, nõ seruũ. Quarto, nõ ancillã. Quinto, nõ bouẽ. Sexto, nõ asinũ. Septimo, nec oĩa q̃ illius sunt. Oĩm igit̃ q̃ in mũdo sunt dile-

Exo.20 j.Timo.6

Iohan. j2. sunt dilectio damnata ē, qm̄ om̄e quod est in mūdo (inqt Apostolus Iohānes) cōcupiscētia carnis est, & cōcupiscētia oculoꝝ & superbia uitæ. Huius præcepti transgressor, iam tūc quisq; addicitur, cū in uoluntate habet mechari aut furari, siue aliud quippiā talium præuaricationū perpetrare, etiā si uoluntatem ipsam nequeat actu adimplere. Et quid dicemus desuper adijciēdo consilio, quādo uix aut fere nullus perfectus inuenitur in adimplendo præcepto isto? Quis em̄
Pro. 20. gloriabitur castum se habere cor? Audenter dico plures esse uel fuisse, qui acceptauerunt consi-
Phili. j. lium, quàm qui perfecte adimpleuerunt mandatū. Plures em̄, id est, aliquos non dubitamus di-
Supra decimū pręceptū rari sunt q ad dant consiliū cere uel dixisse, cupio dissolui, & esse cum Christo, qui autē glorietur castū se habere cor, nullus aut rarissimus est. Hoc itaq; tantum dixisse libeat, præceptum esse non concupiscere, consilium autem cupere dissolui, & esse cum Christo.

¶Quàm ueꝶ ueritas dixerit: Nō ueni legē soluere, sed adimplere. Ca. XXVII.

Matth. 5. VErum igitur ueritas dixit: tā ueraciter q̄ grauiter Chrūs locutus est: Nolite putare qa ueni soluere legē aut prophetas. Nō ueni soluere, sed adimplere. Verū inq̄, & matura grauitate ponderatū uerbū locutus est, nimirū conscius sibimet huius spūs sancti, spūs consilij, quē daturus erat, p̄ quē (sicut diximus) & multo melius, multo abūdantius, q̄ dicere potuimus legē implere habebat. Quibus aūt & q̄obrem sic dixit & sic locutus est. Dixit nimirū præsentibus discipulis suis Christū siue secūdū linguā ipsorū Messiam uenisse, & hunc illū esse credentibus atq; gaudētibus, locutus est aduersarijs suis, scribis & pharisæis de proximo audituris, sibiq; insidias atq; calumniam structuris, tanq̄ aduersario legis. Istis carnale Christi regnū, carnali sensu expectantibus, illis inuidie spū pro eodē rege torquendis & frustra quæsituris, qūo doctrinā eius quasi iuste calumniarētur. Et de illis quidē manifestū est, q̄ uere, q̄ cōstanter præclusi sint tali promissione, p̄sertim qa dicta cōpleuit rerū ueritate, qa neminē docuit legē soluere aut prophetas, docēdo potius, ut qđ minus iusserat infirma lex, superadijcerēt spontanea sui consilij electione. Porro de discipulis eius carnale regnū eius fore opinātibus, qd aliud dicamus, nisi qa putabant eū legē & prophetas uelle dissoluere? Cū em̄ putarent in regno eius fore licitū occidere, & gentiū spolia detrahere, aureamq; & gemmatā Hierusalē extruere, quid aliud expectabant q̄ sine lege uiuere, & sub nomine regni dei, regnū concupiscentiæ? Tales quidē inuenit, & tales uocauit, sed longe alios fecit isto dato spū sancto spū consilij.

Christus qūo docuit implere legem.

¶Finis commentarioꝝ Quinti libri, scilicet de Consilio.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE OPERIBVS SPIRITVS SANCTI

Liber Sextus. De Fortitudine, Liber Vnus.

¶De spū fortitudinis, q̄ pulchre septem spirituum medius sit, & q̄ cęteri magis in ocio, hic aūt magis in actu sit. Caput Primū.



Vartus idemq; medius septē spirituū dei, & uelut in quodā sedēs principatu, p̄dicat̄ spūs fortitudinis. Et recte: Nā inter cætera spūs sancti opa, opus fortitudinis magnū & mirificū est. Deniq; & agnus dei uictoriosus, hn̄s cornua septē, & oculos septē propter cornu istud, fortissimo, & bestiaꝝ regi similatur leoni, cum
Apoc. j. dicit in Apocalypsi de ip̄o quē uidebat Iohānes agnū in medio throni. Ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Et in antiquissima prophetia, spūs idem, ob causam eandē dicit:
Gene. 49. Catulus leonis Iuda, ad prędā fili mi ascēdisti. Pulchre ergo medius spirituū positus est, spūs fortitudinis, ut pro ip̄o quoq; loco uel ordine, pari iure obtineat præconiū cū primo, scilicet cū spū
Iob. j2. sapientię, dicēte beato Iob. Apud ip̄m est sapientia & fortitudo. Deniq; p̄ sapientiā illo in loco recte cæteri oēs præter spm̄ fortitudinis spūs intelliguntur, qa uidelicet spūs intellectus & spūs consilij, spūs scientiæ & pietatis, & spūs timoris dn̄i, spiritui sapientiæ magis cooperātur, uidelicet ut intus & in ocio satis & plenius exerceatur, spiritus aūt fortitudinis magis est in actu, & foris operatur siue præliatur, & præliando sancta illis ocia componit.

Spūs fortitudinis in actu magis est.

¶De spū fortitudinis primū in Christo, deinde in Apostolis, sanctisq; prædicatoribus considerādo, deinde in ecclesiæ rectoribus, iuxta illud Salomonis. Tria sunt quæ bn̄ gradiūtur. Leo fortissimus bestiarū, Gallus, &c. Ca. II.

HVius igitur, id est spūs fortitudinis, magnalia quæ prædicemus, primū in ip̄o consideremus Christo, deinde in Apostolis siue Apostolicis uiris Christi prędicatoribus, deinde & in sanctis ecclesiæ Christi rectoribus, scd̄m illā sapientissimi sententiā Salomo-
Prouer. 30 nis. Tria sunt quæ bene gradiūtur, & quartum quod incedit feliciter. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum. Gallus succinctus lumbos & aries, nec est rex, qui resistat ei, & qui stultus apparuit postquam leuatus est in sublime. Si enim intellexisset, ori imposuisset manum. Denique leo fortissimus bestiarum deus est, fortissimus spirituum, deus inquā, & homo CHRISTVS, de quo uerissime dictum est, ad nullius pauebit occursum, Ipse enim

Chrūs leo fortissimus.

dixit

dixit, cũ ex potestate, & nõ ex debita necessitate poneret animã suã. Venit em̃ princeps mũdi huius, & in me nõ habet quicq̃. Sed & ante hoc, de eodẽ sibi occursuro nihil pauescens, dixerat: Nũc iudiciũ est mũdi, nũc princeps mũdi eijcietur foras. ¶ Gallus aũt q diuidit, & canẽdo annũciat noctis horas, gallus inq̃ succinctus lumbos prædicator est, q per noctẽ p̃ntis seculi, dormire nos profundo securitatis somno nõ finit, lucẽ instare neg ociosam annũciat. i. diẽ iudicij, suũ interea castigans corpus, & in seruitutẽ redigens, ne forte (inquiens) cũ alijs prędicauerim, ipse reprobus efficiar. Cantus eius huiusmodi est. Nox præcessit, dies aũt appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus, & his similia. ¶ Porro aries quisq; prelatus ẽ, q nõ quidẽ foris prędicat, sed intus rationabilibus ouibus præest, easq; ducit ac reducit ad caulas, & nõ est (inqt) rex qui resistat ei, nec em̃ regũ gladios timet, ut sui obliuiscatur propositi, quin etiã si rex restiterit, eumq; gladio p̃cusserit, melius uiuit, & oues illas uiuido exemplo melius ducit. ¶ Qui autẽ stultus apparuit in sublime elatus Antichristus erit. Qui feliciter quidẽ, sed nõ ut cætera illa bene graditur. Nã faciet quidẽ & prosperabitur, sed nõ bono fine prosperabitur, & iccirco nõ bene gradietur. Quãtus in illo leone fortissimo, in illo gallo succincto, & in illo ariete cornuto, claruit iste spũs fortitudinis? Leo ille & per semetipsum leonẽ diabolũ uicit, & per gallũ & per arietẽ illum, siue cũ gallo & ariete illo, bestiã illam quã uidit Daniel superauit, bestiã terribilem atq; mirabilem & fortẽ nimis, dẽtes ferreos habentẽ magnos, comedentẽ atq; cõminuentẽ, & reliqua pedibus conculcantẽ. Non em̃ parũ spectaculi habet, q̄ nõ adolescẽte, sed iam usq; ad plenũ adulto & roborato Romano imperio, silente & sub eius toto tremente mũdo spũs iste, spũs fortitudinis tantũmodo, gallũ contra leges eius canentẽ, & arietẽ, præter duo gemine charitatis cornua nihil armorũ gerentẽ immisit, & furorem eius irrationabiliter, & sine modo debacchantẽ deuicit, & conculcatricẽ orbis terrarũ bestiam pedibus eorũ conculcandã substrauit. Hęc sunt magnalia spũs fortitudinis de q̃bus aliquid dicturi ipso adiuuãte, primũ de leone iã dicto dicamus, q̃d agẽdo, rem tantam gallo & arieti possibilem fecerit.

Iphan. j4 | Ibidem. j2 | Prædicator gallus est. | j. Corin. 9. | Roma. j3. | Prælatus, aries est. | Dan. 7.

¶ De leone, qui & agnus, qũo iuxta Apocalypsim Iohãnis, diabolũ moriẽdo uicit atq; ligauit primus, & post illũ gallus accinctus, & aries iã dictus. i. Apostoli Chr̃i, & martyres eius, quorum primus est Stephanus. Ca. III.

Leo qui & agnus, prædictæ sessorẽ atq; agitatorẽ bestiæ diabolũ moriẽdo inuasit atq; ligauit, secũdũ q̄ Iohãnes in Apocalypsi dicit: Et uidi angelũ descẽdentẽ de cœlo, habentẽ clauim abyssi, & catenã magnã in manu sua, & apprehẽdit draconẽ, serpentem antiquũ q est diabolus & sathanas, & alligauit eũ p annos mille, & misit eũ in abyssum & clausit & signauit sup illũ ut nõ seducat amplius gẽtes, donec cõsumẽtur mille anni. Post hęc oportet eũ solui breui tp̃e. Angelũ quippe descẽdentẽ de cœlo, dñm Iesum Christũ accipimus qui magni cõsilij angelus nũcupatur, quiq; mortaliũ uisitãs regionẽ, fortior alligare uoluit fortẽ, ut uasa eius quæ dudũ uasa iræ fuerãt, uasa misericordiæ p̃ficeret, hoc peragens opere, quod ante promiserat prædicatione. Nemo (inquit) potest domũ fortis intrare & uasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortẽ, id est, diabolũ. Quæ em̃ erat domus, uel q̃d fortis huius atriũ, nisi mũdus, & maxime Romanũ imperiũ, cuius stipatus satellitio, fretusq; obsequio, cubabat in cordibus hoĩm, defensabatur in delubris gentium? ¶ Porro clauis abyssi, diuinorũ est profunditas iudiciorũ. Iudicia em̃ dei, abyssus multa. Hũc ergo .s. diabolũ fortis ille angel⁹ catenis alligauit, in eo uidelicet, q̃d potestatẽ eius a seducendis hominibus, q ad uitã p̃ordinati erãt, cohibendo refrenauit. Mille aũt anni pro annis omnibus huius seculi intelligi possunt, ut profecto nũero ip̃a subintelligat̃ tẽporis plenitudo. Millenarius q̃ppe nũerus denarij nũeri quadratũ solidũ reddit. Decẽ q̃ppe decies ducta, faciũt cẽtũ, quæ iã figura quadrata, sed nõdũ plena est. Vt aũt in altitudinẽ surgat & solida fiat, rursum centũ decies multiplicãt̃, & mille sunt. Nec aliter illud melius intelligitur q̃d in Psalmo legit̃: Memor fuit in seculum testamẽti sui, uerbi, q̃d mãdauit in mille gñerationes, q̃ id esse in oẽs gñerationes. ¶ Et misit (inqt) illum in abyssum. Vtiq; diabolũ misit in abyssum, q̃ noĩe significata ẽ multitudo innũerabilis impiorũ, quorũ in malignitatẽ aduersum ecclesiã dei multũ profunda sunt corda, nõ q̃a ibi diabolus añ nõ erat, sed ideo illuc missus dicit̃, q̃a exclusus a credẽtibus plus cœpit impios possidere. Plus nãq; possidet̃ a diabolo, q non solũ a deo alienatus ẽ, uerũ etiã gratis odit seruiẽtes deo. Clausisse q̃q; & signasse sup eũ dicit̃, q̃a clausis, imo destructis idolorũ tẽplis, cõpressit respõsa fallaciæ eius, & pleraq; in q̃bus colebatur templa in ecclesias cõuertit, signata & sanctificata cruce atq; inuocatione nominis sui, q̃d super nos inuocatur. Itaq; per hunc principem fortitudinis, capto atq; ligato sessore diabolo, continuo super bestiam quã prædiximus, quæ erat equitatus siue subsellium eius, irruit exercitus pręliatorũ eius. Apostoli eius, martyres eius, qui erãt gallus supradictus & aries. De quibus dicturi, a quo rectius quàm a prothomartyre incipiemus? Is autem Stephanus dictus est, mirando uere, atq; uenerando diuinitatis præsagio, cuius in archano consilio fortitudinis huius signifer beata fuerat sorte prædestinatus. Stephanus quipqe coronatus interpretatur. Coronandus autem

Apo. 20. | Lucæ. jj. | Marc. 3. | Romanorũ imperiũ erat atriũ fortissimi diaboli | Psal. j04 | Abyssus, in quẽ diabolus missus.

autem non solus erat, sed primus, nam omnes animæ iustæ quæ illum sequuntur, continue sortiuntur uocabulũ, quod diuino (ut diximus) præsagio, propriũ erat illius. Dicamus igitur

¶ De beato Stephano, qui dictus est plenus gratia & fortitudine, qui ultro usus in populo eadẽ fortitudine dixit, actu illud propheticũ. Ecce ego, mitte me. Ca. IIII

Acto. 6. STephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat signa & prodigia magna in populo. Surrexerũt aũt quidã de synagoga, quæ appellatur libertinorum & Cyrenensiũ & Alexandrinorum, & eorũ qui erãt in Cilicia & Asia disputãtes cũ Stephano, & nõ poterãt resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. Verũ est qđ ueritas dixit, qđ in agonia sua Chrũs locutus ẽ, protinus tradendus, imo cũ traderet inter sceleratos reputãdus. Et cũ uenerit paraclEtus, spũs ueritatis, ille arguet mundum de peccato & de iustitia & de iuditio. Iam credo o beatæ beatorum signifer Stephane, cũ hæc diceret, uoces tuas auscultabat, uoces spiritus fortitudinis & gratiæ, q̃ te implere habebat, iã audiebat. Tu eñ mũdũ primus arguisti, p te primũ mundũ arguit spũs ueritatis. Audiebat uoces, & q̃s recepturus eras, iam numerauerat lapides, tuũq; me ditabatur eadẽ nocte sanguinẽ, dũ factus in agonia prolixius oraret, essetq; sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terrã. Nũqd tu cõsciẽtiæ uel præsciẽtiæ eius abesse poteras cũ diceret: Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis uestris. Et subinde: Hierusalẽ Hierusalẽ, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt? Imo ut altius repetã, qñ uidente & audiente propheta dicebat, quẽ mittã, & quis ibit nobis? & ille, ecce (inqt) ego, mitte me, tu eras in p̃paratione dñi super illud soliũ sedentis, & spiritus illius quæ in te futura erat fortitudinis & grãæ suscitauit prophetã, ut diceret: Ecce ego, mitte me. Quis eñ hominũ uel per quẽ hominũ deus te iussit ire, & mundũ de pctõ & de iustitia & de iuditio tã fortiter arguere? Legimus quippe dixisse Apostolos: Non est æquũ derelinquere nos uerbũ dei, & ministrare mensis, & deinde scriptũ est, qa elegerũt Stephanũ, uirũ plenũ fide & spũ sancto, & nõ legimus, qa miserũt Apostoli Stephanum, ut Apostolica gratia uel fortitudine testificaretur in populo. Sed qd Stephanus (inquit scriptura) plenus gratia & fortitudine, faciebat signa & prodigia magna in populo. Ergo beate uir, sedente dño super solium excelsum & eleuatũ, id est, coronato propter passionẽ mortis filio hominis, & eleuato ad paternæ dexteræ cõsessum, dicẽte illo quẽ mittã, & quis ibit nobis? quasi cõquereretur & diceret, omnes occidunt & neminem uiuere sinũt eorum, quos misimus ab origine mundi, tu quodãmodo dixisti: Ecce ego, mitte me. Vltro eñ & iniussus non dubitasti dño Iesu sedenti uel stanti a dextris uirtutis dei testimoniũ perhibere.

Iohan. 16
Stephanus primũ arguit mundũ de pctõ, iustitia, & iuditio.
Matth. 23.
Esaiæ. 6.
Acto. 6.
Stephanus ultro in testẽ Christi se obtulit.

¶ De illa fortitudine siue sapientia & spiritu q loquebatur, cui nõ poterãt resistere disputantes cum eo, & quoniã sapienter accusatores uicit, dicẽtes se audisse uerba blasphemiæ in Moysen & deum & locum sanctum. Ca. V.

Acto. 6. QVa tandẽ gratia, qua fortitudine Stephanus plenus erat? Nimirum gratia sapientiæ & fortitudine spũs, siue spũ fortitudinis. Sic eñ cõtinuo subiunctũ est. Et nõ poterant resistere sapiẽtiæ & spiritui q loquebat. Deniq; quicũq; ab illa dicta uel acta sunt sapientiæ & fortitudinis sunt. Videamus ordinẽ rerũ siue gestorũ. Tũc (inqt scriptura) submiserũt uiros, q dicerẽt se audisse eũ dicẽtẽ uerba blasphemiæ in Moysen & deũ, falsos utiq; testes, ut subiũctũ est, q dicerẽt: Hõ iste nõ cessat loqui uerba aduersus locũ sanctũ & legẽ. Ille aũt cũctis uidẽtibus, faciẽ hñs tãq̃ faciẽ angeli, & interrogatus a principe sacerdotũ dicente, si hæc ita se hñt, sic ait: Viri fratres & patres audite. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahã, cũ eẽt in Mesopotamia, priusq̃ moraret in Carran, & dixit ad illũ: Exi de terra tua, & de cognatiõe tua, & ueni in terrã quã mõstrauero tibi. Sic ingressus magna sapĩæ grã, falsos primo cõfutauit testes cõtra se positos in eo q̃ dixerãt audisse se eũ dicentẽ uerba blasphemiæ in Moysen & deũ, & deiñ magno nihilominus fortitudinis impetu cõtriuit totũ illud cõtra se collectũ cõsiliũ uanũ, conciliũ malignãtiũ. Quid eñ sibi vult q̃ sic inchoauit, deus gloriæ apparuit, inusitato hactenus q̃uis uerissimo utens testimonio, cũ dicere posset: deus apparuit patri nostro Abraham Ergo tã breuiter q̃ sapienter dissoluit accusationẽ blasphemiæ deũ gloriæ nominãs deũ, q apparuit Abrahã. Dixerant eñ non solũ in Moysen, sed & in deũ. Maior blasphemiæ pars in deũ redundare uidebatur, & iccirco prius illã diluit, deũ gloriæ cõfitẽs eũ, q apparuit Abrahã, subiungẽs nota omnipotẽtissimæ diuinitatis & diuinæ ueritatis beneficia, qa uidelicet repromisit dare illi terrã in possessionẽ, in qua nũc uos habitatis (inqt) & semini eius post ipsum cum nõ haberet filiũ. Et cætera. ¶ Alterã cõpositæ blasphemiæ partẽ, quæ redundabat in Moysen, continuo ueritatis & sui defensor, gloriosa testificatione destruit, dicẽs: Eodem tp̃e natus ẽ Moyses & fuit gratus deo, &c. usq; ad id qđ ait: Hic est Moyses qui dixit filijs Israhel: Prophetã suscitabit uobis deus de fratribus uestris tanq̃ me, ipsum audietis. Hic est qui fuit in ecclesia, in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Syna, & cũ patribus nostris, q accepit uerba uitæ dare nobis. Cũcta hæc quæ dixit in Moysen, defendũt aduersus falsos testes purã cõscientiã, unde & ut dignũ est de sancto dei famulo sentientẽ. Et uide quanta sapientiæ ui maculam sibi iniectã

Acto. 6.
Spiritus sapientiæ in Stephano operatus primũ
Acto. 7.
Gene. 12.
Exod. 2.

in illa uiperarũ genimina refundit. Cũ em̃ dixisset: Qui accepit uerba uitæ dare uobis, cõtinuo subiũxit. Cui noluerũt obedire pr̃es nr̃i, sed repulerũt, & auersi sunt cordibus suis in Aegyptũ &c. usq; ad illud propheticũ testimoniũ. Nunqd uictimas aut hostias obtulistis mihi annis XL in deserto domus Israhel, & suscepistis tabernaculũ Moloch, & sidus dei uestri Rempha, figuras q̃s fecistis adorare eas, & trãsferamini uos trãs Babylonẽ. ¶His dictis qbus supradicta repulsa est calũnia blasphemiæ, tã in deũ, quã in in Moysen superat, ut & aliqd pro eo diceret q̃d falsi testes addiderãt, dicendo aduersus locũ sanctũ. Audiuimus em̃ (inquiunt) eũ dicentẽ, q̃m Iesus Nazarenus hic destruet locũ istũ, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Q̃d utiq; si dixisset, uerũ dixisset, & cũ ueritate locutus fuisset, quæ prædixerat, dicẽs: Non remanebit lapis super lapidem, quam ueritatem etiam isto tacente, lapides isti clamare habebant. Quæ autẽ blasphemia fuisset tale quippiam dixisse in illos sanctos lapides? Ait ergo: Tabernaculum testimonij fuit patribus nostris in deserto, &c. usq; ad id quod ait: Sed nõ excelsus in manu factis habitat, sicut propheta dicit: Cœlum mihi sedes est, terra aũt scabellum pedũ meorũ. Quã domũ ædificabis mihi dicit dominus, aut quis locus requietionis meæ est? Nõne manus mea fecit hęc om̃ia? Ac si diceret: Qualis blasphemia est dixisse, quoniã Iesus Nazarenus hic destruet locum istum, cũ deus in eo nõ inhabitet, testante propheta, qa nõ in manu factis excelsus habitat? Nõ em̃ blasphemia recte dici potest, nisi q̃d cõtra excelsum, aut cõtra id dicitur in quo excelsus habitat. Sed Salamon (dicitis) domũ istam illi ædificauit. Nonne manus mea (inquit per prophetã) fecit hæc om̃ia? Si cœlũ & terra transibũt, & hæc om̃ia quæ manus mea fecit, quãto magis domus ista, quam manus Salamonis ædificauit, præsertim cũ iam dudum igne Babylonico conflagrata fuerit? ¶Notandũ pręterea, qa cũ dixisset, tabernaculũ testimonij fuit patribus nostris in deserto, continuo subiunxit: Sicut disposuit loquẽs ad Moysen, ut faceret illud, secundum formã quã uiderat. Hoc nãq; dicto ad illã calumniæ partẽ respicit, qa cũ dixissent: Audiuimus em̃ eũ dicentẽ, q̃m Iesus Nazarenus hic destruet locũ istum, addiderãt, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Et uere mira arte sapientię uel gratiæ qua plenus erat, nõ solũ non negauit se dixisse uel dicere debuisse, quoniã Iesus Nazarenus immutaret traditiones quas tradidit Moyses, sed etiam rationem pene reddidit, propter quã traditiones illas immutari oporteret, hanc uidelicet, quia nõ erant iste traditiones dei, traditiones quas Moyses tradidit, sed traditæ fuerãt secundũ formã siue figurã futurarũ traditionũ dei, quas Moyses deo præmonstrãte uidit, oculo intellectuali, oculo prophetali. Et hoc nõ sine auctoritate dixit, sed ipsius Moysi, imo dei, qui ad Moysen dixit: Inspice & fac secundũ exemplar q̃d tibi in monte præmonstratũ est. Ergo aut dixit aut dicere debuit, q̃d nõ se dixisse negauit, scilicet qa Iesus Nazarenus immutaret traditiones quas Moyses tradidit, id est q̃d iã cessare haberent exemplaria uel umbræ cœlestiũ, cœlestibus ipsis per Iesum Nazarenum declaratis.

Stephanus maculaʒ sibi inectã, in Iudæos retorqt.
Matth. 24. Lucæ. 19. Acto. 7.
Esaiæ. 66.
Deut. 9.
Stephanus non negauit Christum destructurũ illũ locum, &c.
Exod. 25.

¶Quãta fortitudine incredulos increpat, dicẽdo: Dura ceruice, & incircũcisi cordibus & auribus, &c. pro qbus tñ inuicta charitate, moriens orabat. Ca. VI.

PRemisso q̃d erat sapientiæ, cui resistere nemo poterat uel gratiæ qua plenus erat defensus a crimine blasphemiæ, q̃d sibi obiectũ fuerat, & bene usus defensione legitima, audiamus nũc illud q̃d fortitudinis est, qua nihilominus plenũ fuisse illũ, sacra p̃dicat auctoritas. Dura (inqt) ceruice, & incircũcisis auribus, uos semp spiritui sancto restitistis sicut pr̃es uestri & uos usq; ad id, q accepistis legẽ in dispositiõe angelorũ & nõ custodistis. Vere fortitudinis hoc, uere inq̃ nõ impatientiæ temerariæ uel furoris incõsulti, sed iusti zeli, & iuste atq; rationabiliter zelantis fortitudinis hoc est. Neq; em̃ in hoc eodem dicto proprij cordis motũ, sed uerum diuinæ uocis sequitur testimoniũ. Primus em̃ dñs ipse dicit: Populus durę ceruicis es, semel ascẽdã in medio tui & delebo te. Deinde & Moyses ait: Circũcidite igit̃ pręputiũ cordis uestri, & cerucẽ uestrã ne induretis amplius, Et in propheta dñs dicit: Patres eorũ pręuaricati sunt pactũ meũ usq; ad diẽ hãc, & filij dura facie & idomabili corde sunt. Itẽ: Om̃is q̃ppe domus Israhel attrita frõte est, & duro corde. Ergo falsis impetitus testibus ubi se mira sapiẽtia defendit, mira nihilominus fortitudine reos impetit crimẽ intẽtãs, cui necessaria testimonia nõ desint, dura (inqẽs) ceruice & incircũcisis cordib⁹ & aurib⁹, uos sp spiritui sancto restitistis, sicut patres uestri & uos, semp (inq̃) .i. ex q̃ de Aegypto egrediẽtes cũ scriberẽt tabulę digito dei, spiritu dei, dixistis ad Aaron. Fac nobis deos q præcedãt nos, Moysi em̃ huic q eduxit nos de terra Aegypti nescimus qd acciderit. ¶Porro uera fortitudo nũq̃ sine charitate est, & tũc uere in spũ fortitudinis res agitur, qñ fortissime charitatis societate ipa fortitudo uallat̃. Cũ igit̃ illi ex increpatione nequiores effecti dissecarẽtur cordibus suis, & striderẽt dentibus in eum, cũ eijcientes extra ciuitatem lapidarent eum, positis ille genubus, clamauit uoce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatũ. O uere fortis qui non aduersus homines, sed aduersus hominum malitiam consurrexit. Vere constans & fortis, quem tot lapides depellere nõ potuerũt ab arce charitatis, in quo dilectio fortis fuit ut mors, imo & plus quàm mors. Plus enim apud animam morientis eodem momento ualuit fortitudo dilectionis, quàm fortitudo mortis, Non saltẽ dixit uideat

Fortitudinis spirit⁹ in Stephano opat⁹ Acto. 7.
Exod. 33. 34.
Deut. 10.
Ezech. 2.
Ezec. 3.
Exod. 32.
Fortitudo uera nunq̃ sine charitate Acto. 7.
Cant. 8.

uideat deus & iudicet, uel tale quippiã qđ dicere iure potuisset, sed positis genibus dixit, imo clamauit uoce magna. Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Illud fuisset iustitiæ debitum, istud erat spontaneum charitatis officium. Fortis ergo utrobiq;, fortis atq; dulcis in parte utraq;. Illic fortiter redarguẽdo seuiens, hic fortiter moriendo patiens. Securæ igitur laus in fine utraq; canitur triumphatori, quia & mortem quam saluator pro omnibus dignatus est pati, hanc iste primus reddidit saluatori, & precẽ quã saluator pro se crucifigentibus, hãc iste pro se lapidantibus primus obtulit saluatori. Sequuntur autem illum omnes animę iustæ professionem habentes eiusdem militiæ, coronam ambientes eiusdem uictoriæ.

¶De Petro Apostolo qualem inuenerit, & qualẽ illũ fecerit iste spũs fortitudinis, & qũo ante passionem dñi ambulauit super aquas, & timens cœpit mergi, post resurrectionem uero eius tunica succinctus, mittens se in mare ad ipsum peruenit, & quid ista portenderit. Ca. VII

Diximus de tyrone, quẽ manifeste spũs sanct⁹, spũs fortitudinis armauit de magistris militiæ Petro & Paulo quid dicemus, quos in ipm caput bestiæ supra memoratæ, dixerit armatos idẽ spũs fortitudinis? Nã ut primũ de Petro loquamur, scimus qualẽ hũc spũs iste inuenerit, qualẽ fecerit. Anteq̃ glorificato dño Iesu, datus esset iste spũs hic nec saltem miliciæ nomen agnouerat, militaria Christi signa ne dicam ferre, sed necdum attrectare, aut oculis suis aspicere præualebat. Testis est illa negatio trina, ubi Petrus mendax, & Christus inuentus est ueritas, dicente, non qualicunq; persona, sed ancilla ostiaria. Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Negauit Petrus, & tamen gladius aut hasta non apparebat in manu ancillæ illius. Dixerat autem Paulo ante, certans cũ domino. Etiam si oportuerit me mori tecum nõ te negabo. Victor itaq; in certamine & palmam ueritatis obtinens ille qui dixerat Aamen amen dico tibi, non cantabit gallus donec me ter neges, postmodum quasi alludens ad illam confidentiam immaturam, dicit eidem Petro sic: Amen amen dico tibi, cum esses iunior cingebas te, & ambulabas ubi uolebas, cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet quo tu non uis. Hoc autem (inquit Euangelista) dixit, significans qua morte clarificaturus esset deum. Quando enim Petrus erat iunior, & semetipsum cingebat? Nimirum quando rudis & laboriosorum certaminum inexpertus, de sua nimium conscientia uel uirtute præsumebat dicẽs: Tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire, & etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo, quando educebat gladium, & percutiens fortiter, amputabat auriculam serui principis sacerdotum. Tunc Petrus Iunior erat, nondum enim multũ in sapientia profecerat, quippe qui nesciens cuius sit solius cingere militẽ, semetipsum cingebat, dũ tam magna tamq; fortia de semetipso promittebat. Senuit autem, quando accepto isto spiritu sancto, spiritu fortitudinis sapiens effectus est. Extunc enim manus suas extẽdit ad eum qui cingere nouit, cõscius atq; expertus propriæ infirmitatis, & alius eum cinxit, sanctus eñ iste spiritus eum fortem fecit, & duxit quo non uolebat duci, scilicet ad passionẽ mortis, quam naturali horrore refugit sensus carnis, q̃libet spiritus promptus sit. ¶Quando hæc dominus Petro dicebat utrunq; iam in illo significauerat. Dudum eñ cum nauicula in qua erant discipuli in medio mari iactaretur fluctibus, erat enim uentus contrarius, & ipsa quarta uigilia noctis ueniret ad eos, ambulans super mare, diceretq; illis turbatis & clamantibus præ timore, ego sum, nolite timere, respondens Petrus dixit: Domine si tu es, iube me uenire ad te super aquas. At ipse ait: Veni &c. usq; ad id quod ait illi, modicæ fidei quare dubitasti. Nimirum in illa modica fide qua dubitauit, & iccirco cœpit mergi, illa qua dominum negaturus erat infirmitas pręsignata est. Siquidem uentus ille contrarius, quem dominus non pauescens, ambulabat super aquas, illum pręsignauit occursum principis huius mundi, de quo dominus idem certus, q; in se non haberet qcquàm, suas tribulationes & seditiones Iudaicas superaturus erat. Ambulans ergo Petrus quoq; super aquas, uidit uentum ualidum & timuit, atque iccirco cœpit mergi, quia sic futurum erat, ut de fide sua præsumens, dicendo: Quare non possum te sequi modo, animam meã pono pro te, continuo propter uocem unius mulierculę timeret & negaret, quod profecto erat mergi in profundum maris. Sed extendens manum, Iesus apprehendit eum mergi incipientem, quia respiciens (ut euangelista testatur) in eum, uocauit ad fletum non parum negatione eadem periclitantem. Verũ ubi saluator aquas easdẽ superauit, & omnẽ sibimet sedauit tempestatẽ, resurgẽdo a mortuis, iterum Petrus in mare se misit, tunica succinctus & nequaq̃ periclitatus est. Scriptum est eñ: Symon Petrus cũ audisset quia dominus est, tunica succinxit se, erat eñ nudus, & misit se in mare. Alij autem discipuli uenerunt nauigio, non eñ longe erãt a terra, sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium. Subinde sequitur, quod paulo ante præmisimus. Amen amen dico tibi (inquit) cum esses iunior, cingebas te & ambulabas ubi uolebas, & cętera. Igitur quæ in mari præfigurata fuerant, eadem ueritas ore proprio cõfirmabat, quod scilicet Petrus, qui de sua uirtute præsumens quodammodo semetipsum cinxerat, dicendo: animã meam pono pro te, & statim negãdo totus pene submersus est, idem alio cingente, id est, spiritu sancto,

Qualem Petrum inuenit spũs fortitudinis, qualẽq; fecerit.

Iohan. 18
Matth. 26.
Iohan. 21.

Petrus quando seipm cinxerit.

Petrus quando senuit

Matth. 14.

Iohan. 13

Lucæ. 22.

Iohan. 21.

mentem eius confirmante cunctarum tribulationum aquas oēs superaturus esset.

¶De Paulo Apostolo, q̄ infirmus, imo q̄ freneticus fuerit, & qualem illum fecerit iste spiritus fortitudinis. Ca. VIII.

AT uero Paulus non utcunq; infirmus, sed male fortium .i. freneticorū maximus fuerat
de qualibus Psalmo medicus percussus acriter: Et irruerunt, inquit, in me fortes, subau Psal. 58.
ditur, uere infirmi, & falso fortes, id est, de iustitiæ suæ sanitate præsumentes, uerumq; Paulus male
medicū pcutiētes atq; crucifigentes. Taliū infirmorū atq; freneticorū iste unus fuerat, fortis & frene
q̄ medicū eundē psequebat in mēbris eius, quē in cœlo sedentē in capite tangere nō potuit, De- ticus erat
uastabat eñ ecclesiā, p domos intrans & trahens uiros ac mulieres, tradebat in custodiā. Sed mu Acto. 8.
tauit fortitudinē, imo crudelitatis insaniā, mutauit in uerā ueræ fortitudinis sanitatē. Quis dinu
meret uniuersa, quæ p eum fecit iste spūs fortitudinis opa? Vbi piectus est in terrā Saulus & re- Fortitudinis
surrexit Paulus, acceptoq; ibi cibo confortatus est: cōtinuo ingressus in synagogas p̄dicabat Ie- spūs mira gessit in Saulo
sum, cunctisq; admirātibus repentinā eius mutationē, multo magis conualescebat, & confunde
bat Iudæos, q habitabant Damasci, affirmās q̄m hic est Christus. Extūc ubiq; fortiter fecit, ubi- Acto. 9
q; uicit, & gratias, inquit, ago ei qui me confortauit. Vnde recte animaduersum est, hæc in eum Iob. 39.
ad beatū Iob dñi dicta debere intelligi. Nunqd uolet Rinoceros seruire tibi, aut morabitur ad p̄-
sepe tuū? Nunquid alligabis rinocerotā ad arandū loro tuo, aut confringet glebas ualliū post te.
Nunquid habebis fiduciā in multa fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? Nunquid cre Paulus Rinocerus
des ei, q reddat sementē tibi, & areā tuā congreget? Nā pōt quidē per hunc Rinocerotā, popu-
lus supbiæ singularis intelligi, de quo dñs per pphetā: Libera me, inquit, de ore leonis, & a corni Psa. 21
bus unicorniū humilitatē meā, sed hoc melius patet cū ille ex hoc populo ad mediū ducitur, an-
tea Saulus in supbia primus, & postmodū Paulus in humilitate præcipuus. Hic in nare cornu ge-
stabat, cū se placiturū deo, de crudelitate confidebat. Hunc Rinocerotā oīs uenator extimuit,
quia seuitiā eius oīs p̄dicator expauit. Sed ad capiendū illū uirgo, sinū suū expandit, quia uideli Rinocerotis natura
cet cum pgeret Damascū incarnata dei sapīa, sese illi manifestauit. Dicitur eñ Rinocerus, qui &
Monoceros noīatur tantæ tamq; indomitæ esse fortitudinis, ut nulla uenantiū uirtute capiatur
aliquatenus: sed uirgo puella ei pponitur cui sinū aperienti mirū in modū oī ferocitate postpo
sita, caput deponit, sicq; decepta fera repente uelut eneruis reperitur & capit. Nunquid ergo ait
uolet Rinocerus seruire tibi, subaudit ut mihi, aut morabit ad p̄sepe tuū uidelicet ut iste a me per
Ananiā ad baptismatis religatus est sacr̄m? Nunquid alligabis eū ad arandū loro tuo .i. ad p̄dican
dum constringes p̄cepto tuo, ita .s. ut dicat, Væ eñ mihi est, si non euangelizauero? Aut cōfrin- 1. Cor. 9
get glebas ualliū .i. impedimenta humiliū, post te, subaudit sicut post me, uerbi gratia dum dicit: Gala. 5.
Si circūcidamini Christus uobis nihil pderit? Qui eñ in humiliū mente fideliū legis duritiā re- Acto. 9.
darguendo contriuit, quid aliud q̄ in ualle post me glebas fregit? Nūquid fiduciā habebis in mul
ta fortitudine eius, subauditur ut ego, qui longe ad gētes mitto eum, ut portet nomē meū corā
regibus aut gentibus? Et derelinques ei labores tuos, subaudit ut ego, qui hoc facio, ut dicat sup- Coloss. 1.
pleo ea quæ desunt passionū Christi in carne mea, nimirū septies afflictus, quēadmodū ip̄e dicit: Septies afflictus Paulus
Ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiū pertuli? Nunqd credes ei, q reddat se-
mentē tibi .i. fructiferā prædicationē, & areā tuā congreget .i. ecclesiæ latitudinē in unam fidem
amplificet? Subaudit, nō credes. Nā & Ananias, Dñe, inquit, audiui a multis de uiro hoc quan-
ta mala fecerit sanctis tuis, & cætera. Non eñ credebat q aream dñi congregaturus esset, q illā
hactenus elationis cornu uentilauerat.

¶De duobus illis principibus fortissimis, qūo concorditer Romā illā pro crudelitate besti am perrore asinā contra hæreditariā germanorū Romuli & Remi discordiam adierint, & ad unius fidei concordiam pduxerint. Ca. IX.

MAgna igitur hæc in isto mutatio dexteræ excelsi, magnū & mirificū in ambobus .s.
Petro & Paulo experimentū huius spūs fortitudinis, quorū alterū falso fortē, alterū
uere timidū, ambos autē ueraciter sic sanauit infirmos, & sic sua fortitudine armauit
ut irent in illā Romā mūdi dñam tropice Babyloniā dictā magnā & terribilē bestiā Danie. 7
comedentē, ut superius iam dictū est, dentibus ferreis, atq; cōminuentē, & reliqua pedibus con-
culcantē. Veruntñ p parte illorū q credituri erāt, errātes p stultā simplicitatē uel simplicem stul-
titiā, dicamus ueraciter illā fuisse asinā, & tunc dñm Iesum duos misisse discipulos, ut eandē solue
rent asinam, siue caput asinæ .i. principem gentilitatis, quando istos ueritatis p̄dicatores ad illam
misit Romā. Alligata eñ erat uinculo diabolicæ seruitutis, & dicturi erant qui seruitio eius abu-
tebant. Quid facitis soluentes asinam? Dñs autē: Si quis, ait, uobis aliquid dixerit: dicite, quia dñs Marc. 11.
opus habet. Venerunt duo isti hoc ppositum habentes, ut q̄uis cum gladijs & diuersis pœnis di
ceret eis, quid facitis, non cessarent, non desisterent fortes, fortissimi uinculi solutores, dicentes:
Dñs hac opus habet, dño necessaria est. ¶Quid autem pulchrius hac duorū oppositiōe fratrum
spiritualium, contra duos fatres qui urbem illam fundauerunt? Duo nanq; fratres Romulus &
Remus illam fundauerunt malo nimirum auspicio, ut nunq̄ deesset ciuilis discordia, ut noua sem

Lucan⁹ Phar salıæ lib.j. per in illa recrudescerent bella ciuilia. Nam ut nobis author ait: Fraterno primi inaudierunt sanguine muri: Romulus quippe Remũ interfecit ꝑ impatientiã consortĳ. Vnde idẽ dicit: Om̃isq; potestas impatiens consortis erit. Pulchro igitur nimiũ spectaculo contra Germanos discordes missi sunt hi duo spiritu fratres spũa'i germanitate concordes: ut super uetera discordiæ fundamenta, nouũ concordiæ fundamentũ Christũ ponerent, nouãq; magno regi deo ciuitatẽ struerent cum sui ꝓfusione sanguinis, quæ ꝑ magna firmitate Apostolicæ fidei ueraciter dici meruit iustitiæ sedes, fidei domus, aula pudoris, cum antea fuisset superbiæ solium, auaritiæ ꝓfundum, uorago sanguinis, & puteus homicidiorum

¶ De Nerone diabolicæ crudelitatis satellite, & q̃ nihil profuit sessori eius satanæ, q̃ istos occidit uno eodemq; die, sed tamen (ut aiu nt quidam) uno anno intercurrente. Caput X.

IAm multitudinẽ gentiũ isti Chrstianæ pietatis principes uicerant, ac bene ꝓstratis, uictoriæ Christi titulos inscripserant, cum tandẽ in illam arcẽ inclytã impetũ fecerunt, præsidente Nerone, totius crudelitatis quodã ꝓprio satellite, cuius crudelitatẽ simulq; insuetam impuritatẽ toto mundo iam sciente, quidã sapiens adhuc admirans, nec solum admirans, sed etiam quia potens fuisset indignans deflebat, ita dicens:

Boeti⁹ de cõsolatione li. 2 met. 6

Nouimus quantas dederit ruinas
Vrbe flammata, patribusq; cæsis,
Fratre qui quondam ferus interempto
Matris effuso maduit cruore.
Corpus & uisu gelidum pererrans,
Ora non tinxit lachrymis, sed esse
Censor extincti potuit decoris.
Hic tamen sceptro populos regebat
Quos uidet condens radios sub undas
Phœbus, extremo ueniens ab ortu.
Quos præmunt septem gelidi triones,
Quos nothus sicco uiolentus æstu
Torret, ardentes recoquens arenas
Heu grauem sortem, quotiens iniquus
Additur sæuo gladius ueneno.
Item: Quàmuis se tyrio superbus ostro,
Comeret, & niueis lapillis.
Inuisus tamen omnibus uigebat
Luxuriæ Nero sæuientis.

Nam luxuriæ q̃ sæuientis fuerit, quanta impuritatis, & crudelitatis flagitia siue scelera cõmiserit historiæ plurimæ referunt, ad præsentem autem locum hoc tantum dixisse attinet, quia tali persecutore nomini Christiano gloriari licet, quia non quiuis, uel qualiscunq; sed totius obscenitatis nothus magister, hoc nomen ꝑsequendo habitanti in se spiritui immundo contrarium esse testatus est. Itaq; tali homuntione Romano orbi principante uexillum pietatis isti Apostolorũ principes magnæ urbi ĩtulerẽt. Quid faceret aut ꝓficeret, draco ille serpens antiquus, qui est diabolus & satanas, qui tunc in illa urbe cubabat, & sup talis imperatoris impuram ceruicem incũbebat? Ligauerat enim illum, ut superius iam dictum est, angelus ille, qui descenderat de cœlo, habens clauim abyssi, & catenam magnam in manu sua. Nihil ergo ualuit contra ꝓtectorem eorũ spiritum fortitudinis, sed pro illo sæuiens, utpote toto nequitiæ afflatus spiritu Nero, corpa tantum occidit. Sed quid hoc satanæ ꝓfuit? Nunquid morte illorum spiritus iste immortalis extingui potuit? Non utique, sed magis in plures abundauit gratias. Non sic in Petro Christus iterũ crucifixus, aut in Paulo in quo loquebatur, sic est gladio cæsus, ut postea non loqueref. Imo magis conualuit sermo dei cum illorũ morte putaretur extinctus. Sic Samson fortissimus, cum ꝓiecisset de manu mandibulam asini, in qua ꝑcusserat mille uiros, sitiuit quidem, sed non defecit. Aperuit enim dominus molarem dentem in maxilla; & egressæ sunt aquæ ex eo. Quibus haustis refocillauit spiritum, & uires recepit. Nunquid enim uerus Samson Christus dominus, istos deseruit morientes, aut in ipsa morte proiecit, ut deseretet mortuos, per quos uiuentes pugnauit & uicit? Nam fuerant isti, quasi mandibula asini, id est, non secundum carnem ualde nobiles, aut inclyti: maxime Petrus qui non imperator aut senator, sed piscator fuit. Non utique deseruit, aut proiecit: ueruntamen occidi permisit, atque prosterni, sed sic prostratis sepulchra eorum uiuas aquas emanauerunt, corpora eorum miraculorum gratiam profuderunt, & hoc fidem Christi, ne deficeret refecit, atque in plures abũdare copias fidelium fecit. Et alter quidem eorũ cruci affixus, pe pendit, alter gladio cecidit. Petrus affigendus cruci humiliter fortis, & fortiter humilis dixit. Quoniam dominus meus Iesus Christus de cœlo ad terram descendit, recta cruce sublimatus est, girate crucem meam, quia non sum dignus ita crucifigi sicut dominus meus. At illi uerterunt crucem, & pedes eius sursum: manus uero fixerunt deorsum. Super hoc quidam fidelis, & in fide laudabilis, metrice canens, ita dixit: Figitur ergo manus subter sola uersus in cacumen. Hoc mente maior quo minor figura. Nouerat ex humili, cœlum citius solere adiri. Deĳcit ora spiritum daturus. Paulus gladio feriendus, & horam illam sustinens, dicit eodem spiritu confortatus. Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Et subinde: Dominus mihi astitit, & confortauit me, ut per prædicatio adimpleatur, & audiant omnes Gentes, quia liberatus sum de ore leonis. Creditur ambos uno eodemq; uniusq; eiusdemq;

Marginal notes: Apo. 20 — Apostolorũ corporibus occisis, magis uerba eorũ ꝓpagata sunt — Iud. 15 — Petri humilitas in cruce. — 2. Thi. 4

demq́; diei anno inclyto cœlos decorasse martyrio, non tamen desunt, qui putent eodem quidem die, sed non eodem martyrium compleuisse anno. Vnde idem qui supra: Vnus utrunq; dies pleno tamen innouatus anno, uidit superba morte laureatum. Et subinde: Vt teres orbis iter flexi retro percucurrit anni, diemq́; eũdem sol reduxit ortus, euomit in iugulum Pauli Nero feruidum furorem iubet feriri gentium magistrum.

¶Quod in cæteris Apostolis idem prædicandus sit spiritus fortitudinis.

Caput .XI.

EAdem in cæteris quoque Apostolis, mutatio dexteræ excelsi idemq́; prædicandum est opus spiritus sancti, spiritus fortitudinis. Omnes quippe ante aduentum eius infirmi erant, & per aduentum eius fortes facti sunt. Vbi em̃ ministri comprehenderunt Iesum relicto eo omnes fugerunt, sicut prædixerat illis. Modo, inquit, creditis? Ecce uenit hora, & iam uenit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquatis. Ergo infirmi erant, & isto confortatore opus habebant. Propterea dicebat continuo, ascensurus in cœlum. Ego mittam promissum patris mei in uos. Vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini uirtute ex alto. Venit ista uirtus, & induit eos: & sic fortes reddidit, ut terrorem nemo incuteret illis. Scriptum est enim: Et conuocantes Apostolos cæsis denuntiauerunt, ne omnino loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilij quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Vera ergo erant uirtute induti in fortitudine gaudentes, in gaudio fortes, de quo itidem dixerat eis. Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Hanc illis collatam fortitudinem, siue firmitatem, per istum fortitudinis spiritum Propheta longe ante præuidens: cœli, inquit, enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Cœlos dixit eos, qui prius terra erant, firmamentum nuncupauit eos, qui prius infirmi fuerant. Et recte: Sic em̃ confirmati, omnem terram prædicatione intonando, & miraculis fulgurando attonitam reddiderunt: nam sicut subiunctum est: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Andreas Achaiam, Matthæus Aethyopiam, Thomas & Bartholomęus Indiam, cæteriq́; Apostolorum, cæteras partes orbis terrarum præliaturi, cum uexillo crucis inuaserunt & uictoris Christi titulos uicti diaboli partibus inferentes, suum libenter saguinem superaddiderunt, & ubiq; terrarũ ecclesiam suo sanguine plantauerunt.

Matth. 26. Iohan. 16 Luce. 24 Acto. 5 Iohan. 16 Psal. 18 Ap̃li cœli & firmamẽtum

¶De Iohanne Apostolo quod & ipse calicem domini bibit, licet in pace uitam finiuit.

Caput .XII.

POst Neronem secundam in Christianos persecutionẽ Domitianus excitauit. Ab isto dilectus domini Iesu, Iohannes in feruentis olei dolium missus est: sed amatoris sui, se protegente gratia illæsus exiuit, ut scilicet uitam in pace finiret iuxta ueritatem, dicentis: Sic eum uolo manere, donec ueniam. Dixerat autẽ iam dudum huic, & fratri eius Iacobo idem dominus Iesus. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem mecum non est meum dare uobis. Num ergo sententiæ suæ, sapientia oblita est, quando dixit, sic eum uolo manere donec ueniam: & hac uoluntate fixa seruauit eum, ut præsentem in pace finiret uitam? Nam Iacobus quidem frater eius, calicem eius bibere potuit, & primus omnium Apostolorum in Iudęa bibit, occisus gladio perfidi Herodsi: Hic autem post omnes Apostolos in pace obdormiuit, gratias agens, & dicens: Inuitatus ad conuiuium tuum, uenio gratias agens, quia me dignatus es domine Iesu Christe, ad tuas epulas inuitare, sciens quod ex toto corde meo desiderabam te. ¶Descenderat autem in foueam dicturus orationem hanc, & postea inuenta est, illa fouea plena, nihil aliud habens in se, nisi manna. Num igitur suæ (ut iam dictum est) sententiæ dominus oblitus est, qua dixerat: Calicem meum biberis? Non utique, nam & istæ calicem domini bibit non solum, quia in feruentis olei dolium missus, & propter insuperabilem euangelizandi cõstantiam. In Pathmos insulam deputatus est, uerumetiam quia quod maxime prædicandum, quodq́; maximo præconio dignum est, ubi beatæ uirginis & genitricis animam gladius pertransiuit, ibi & anima uulnerata est huius dilecti. Alijs nanque discipulis, fuga dilapsis, iste cum illa matre stetit iuxta crucem domini, uiditq́; illum proprijs oculis bibere calicem passionis. Quod si complacuit patri, qui filio suo calicem illum dedit, si ta uisum est filio, qui calicem illum bibit, ut censeret illum in hoc ipso bibisse calicem suum, quod in illa tali hora proximus astitit: quis est, qui reprehendere possit? Neque enim sic studiosus quisquàm est, ut paruifaciat quod dixerat Symeon matri eius, et tuam ipsius animam gladius pertransibit: pro eo quod uisura erat quando uniuersitas uiscerum eius, in illo filio suo crucifigeretur. Stabat autem (ut iam dictum est) cum ea iuxta crucem iste quoque dilectus: & siquidem credis, ipse quoque mente uulnerabatur. Quapropter, ut iam credimus, non caret omnino magni huius honore præconij, quod & ipse biberit calicem domini.

Domitianus post Neronẽ ecclesiæ persecutor secũd⁹ Iohan. 21 Mar. 20 Acto. 12 Calicem domini quomodo bibit Iohãnes. Leuit. 2 Iohan. 19

¶De gloriosis martyribus, martyrumq́; bellis atq; uictorijs, quod nunquam tanto uel tali conflictu pugnauerunt Abel atque Cain, licet & ante Christi aduentum semper

 discor

discordes fuerint. Ca.XIII.

POst insignes ducum, id est, Apostolorum triumphos, uictoriosa sequuntur bella martyrum magna ira diaboli, magna fortitudine spiritus sancti, magna strage corporum, magna glorificatione animarum. Nunquàm tantis animis, tantis & talibus armis conuenerant in campũ, pugnaturi hinc Abel, & inde Cain, hinc ciuitas dei, inde ciuitas diaboli, hinc sancta Hierusalẽ, inde Babylonia meretrix. Et quidem antiquis inimicitijs olim quoque pugnauerant, multosque & memorabiles in alterutrum impetus fecerant, sed alio genere armorum alijs causis bellorum, alia specie uictoriarum. Etenim quando pater beati seminis, pater fidelis Abraham, cum trecentis decem & octo uernaculis suis reges quatuor uictores insecutus uicit, quãdo Moyses dux populi domini Seon regem Amorræorum, & Og regem Basan occidit, & filios Israhel ultus est, de Madianitis, quando Iosue tot gentes, tot Chananæorum reges interfecit, quando tot iudices pugnauerunt contra gentes, & totiẽs liberauerunt filios Israhel, quando Dauid Phylisteum percussit, & tantis deinde bellis hostes Israhel contriuit, tunc quoque ciuitas dei contra ciuitatem diaboli, & generatio fidei, pugnabat quidem contra generationem peccati, sed alijs, ut dictum est, armis, alio genere belli, alia specie triũphi. Hic iã noua bella elegit dñs, ubi princeps ipse cum ascenderet ad præliandum, ad mittendum foras fortem armatum principem huius mũdi diabolum, dixit Petro: Conuerte gladium tuum in uaginam. Putabat Petrus illo de quo iam dictum est uetusto more sibi esse pugnandum, & ob hoc pauloante dixisse dominum eundem. Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter & peram, & qui nõ habet, uendat tunicam suam, & emat gladium. Terreno adhuc sensu occupati, cum hoc audissent dixerunt: Dñe ecce duo gladij hic. At ille non talem gladium quærebat, & idcirco statim dixit eis: Satis est. Tanquã diceret: Tali gladio satis hactenus sub lege uel permissu legis pugnatum est, nunc iam istum gladium recõdite in uaginam, & alium gladium. s. dei uerbum, de quo scriptũ est: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, qui non habet, emat uendita tunica. i. postposita omni facultate terrena ut liber expeditus magnum non cõtra homines, sed contra hominum uitia, manu forti gladium euaginare ualeat. Qua uoce quali sermone, hęc tam mira, tamque magnifica loquemur prælia? Supra nos est hoc bellum, altius est, quàm ut sermo noster cõsequi ualeat hoc genus bellorum. Audiamus potius, quid de huiusmodi prælio spiritus dicat.

Bellũ ciuitatis dei contra ciuitatem diaboli duplex.

Gene. 14

Nume. 21. 31

Iosue. 10. 11. 12

1. Reg. 17

Matth. 26

Lucæ. 22

Psal. 44

¶ De martyrũ psecutionibus iuxta illud de Apocalypsi: Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, ut cum peperisset deuoraret filium eius. Ca. XIIII.

ET signum magnum apparuit in cœlo. Mulier amicta sole, & sub pedibus eius luna, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in utero habens, & clamabat parturiens, & cruciatur, ut pariat. Et uisum est aliud signum in cęlo. Et ecce draco magnus rufus, hñs capita septem, & cornua decem, & cætera. Mulier nempe ista sancta ecclesia est, mulier quondam nuda nuditate illa, quam in primis parentibus per peccatum accidisse sancta scriptura denotat, nũc aũt amicta nõ amictu q̃licunque, sed amicta sole. i. Chr̃o sole uero, sole iustitiæ. Quicunque enim, inquit Apostolus, qui in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et luna sub pedibus, id est, mutabilitas bonorum temporalium in contemptu eius. Non ita hactenus: Pro temporalibus em̃ bonis, pro terra em̃ non uiuorum sed morientium, uidelicet pro terra Chanaã hactenus ecclesia gladio materiali pugnauerat. Non ergo prius fuerat luna sub pedibus eius. Nunc autem ecclesia perfecta siue ut perfecta sit, omni mundo abrenuntiare imo & proprium corpus uel animam suam odisse iubetur, & ecce nimirum luna sub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim stellarum. In capite eius, id est, in initio eius, corona stellarum duodecim, decus est Apostolorum duodecim. Siue Christum intelligas, siue ipsum primordium eiusdem nascentis ecclesiæ capitis nomine designatum, duodenario caput eius ornatum est numero Apostolorum. Et in utero habens, & clamabat parturiens, & cruciatur ut pariat. Clamor ei⁹ utique bellũ contra ipsam excitauit quod subiunctum est. Imo clamare illi ueraciter pugnare, hostẽque puocare fuit. Quid enim erat, mulierem in utero habere, & clamare parturientem, & cruciari ut pareret: nisi habere in corde bonum dei uerbum, de spiritu amoris dei conceptum, & prædicare per magnum charitatis affectum, & nimium solicitari pro generatione filiorum spiritualium. Neque enim solus hoc Paulus dicere potuit: Filioli mei quos iterum parturio, donec in uobis Christus reformet. Vniuersi ordinis prædicatorum, quoscunque spiritus sanctus misit, qui ordo uere mater ecclesia est, uniuersi ordinis eorum intentio talis ẽ, talis affectus, ut spũales parere filios & Christum formare ualeant in suis auditoribus. Idcirco quia charitate Christi urgente, tacere non potuerunt, quemadmodum mulier in utero habens, dum cruciatur ut pariat, tacere non potest: iratus est diabolus, & contra illam consurrexit in bellum. Sequitur ergo. Et ecce draco magnus, rufus, habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus suis septem diademata, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum, & misit eas in terram. Et draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut cũ peperisset, deuoraret filium eius. Diabolus enim sæuitia cruentus, malitia insidiosus, cõtra ecclesiam potentia regni terreni armatus est. In septem capitibus om̃es reges eius, in decem cornibus

Apo. 12

Gala. 3

Lũa nũc sub pedibus ecclesiæ

Stellæ duodecim, Apostoli sunt

Gala. 4

Prędicatores pariunt filios spirituales

Apoca. 12.

omnia

omnia regna mundi intelligimus: de quibus quasi cornibus suis supbit elatus. Nã & in euangelio ad ipsum dei filium audet, & dicit, ostendens illi omnia regna mundi, & gloriam eorum. Tibi dabo potestatem hanc uniuersam, & gloriam eorum, quia mihi tradita sunt, & cui uolo do illa. Tu ergo si adoraueris me, erunt oĩa tua. Cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli, quia uidelicet innumeram partem angelorum uel hominum, dolo fallente quasi cauda deiecit. Cauda eius est pars cæca, pars immunda, suiq; uelamine contegens immũda ne pateant. Stetit ante mulierem, ut cum peperisset, deuoraret filiũ eius. Insidiabatur matri ecclesiæ, diabolus iam tunc, cũ hæc sacramenta cernerentur: Christum, id est, fidem Christi quam illa prædicabat extinguere contendens in cordibus credentium. At illa peperit puerum masculum. Semper enĩ licet aduersante dracone peperit ecclesia Christum. Parit inquam masculum, id est, fortem, ut uidelicet eũ, qui fœminã uicerat, uincat diabolum. Nam quis alius filius, quis alius masculus regit gẽtes in uirga ferrea, id est, inflexibili iustitia bonos regens, malos tanquã uas figuli confringens? Hunc talẽ filium beatæ mulieris, draco deuorare uolens, ut nunquam esset memoria uel fides eius: ante illam stetit. Sed quid? Et raptus est, inquit, filius eius ad deum, & ad thronum eius. Reuera multũ hoc peruersę uoluntati aduersatur draconis iracundi, ꝙ masculus huius mulieris filius, non inter mortuos permansit, aut caro eius corruptionem uidit, sed cito resurrexit, & in cœlum ascendit, & sedet a dextris dei. Nisi sic factum fuisset, rursus iste draco, id est, homicida diabolus, memoriam eius quanta nunc apud nos est delere potuisset. Idcirco ipe in Psalmo resurgere festinans cũ dixisset: Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber, & cætera, continuo subiunxit: Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis misericordiam tuam in sepulchro, & ueritatem tuam in perditionem. Tanquã diceret: Per resurrectionem meam facies mirabilia mortuis spiritualiter eos resuscitãdo per medicos tuos, & ad cognitionem tui deducendo, atq; iustificando quod non fieret me manente in sepulchro & in perditione, ut inimici exoptant. Hoc est, quod sub illis interrogationibus dixit: Ergo quasi quęreretur quare filium mulieris huius draco non deuorauit, qui ad deuorandum stetit, subiuncta causa est: quia raptus est filius eius ad deum & ad thronum, id est, quia Christus resurrexit a mortuis, & ascendit ad patrem, & sedet a dextris eius. Postmodum subditur: Et iratus est draco in mulierem, & abijt facere prælium cum reliquis de semine eius. Hoc est præliũ quod nunc miramur, quod præsenti loco in laudem & gloriam spiritus sancti, spiritus fortitudinis, prædicare intendimus.

Matth. 4
Lucæ. 4
Cauda draconis quid
Psal. 2
Psal. 87
Resurrectio chri scdm carnẽ, causa nobis fuit resurrectionis spiritualis.

¶ De prælijs martyrum secundum mysticam similitudinem belli Gedeonis, & de eo quod sequitur in Apocalypsi: Et factum est prælium magnum in cœlo: Michael & angeli eius præliabantur cum dracone. Ca. XV.

O Laudabilem reliquorũ exercitum, qui de semine mulieris huius sunt uel fuerunt. Prædicando pugnauerunt, patiendo uicerunt, moriendo triũphauerunt: Foris draco prę ualebatur, deintus superabatur, foris frãgebat uasa fictilia, deintus aurea radiabat uictoria. Corporaliter moriendo uinci uidebantur, spiritualiter uictores coronabãtur. Sic futurum quondã præsignabatur, duce Gedeon pugnante mirabiliter aduersus agmina Madianitarũ. Dimisit ille trecentos uiros in tres partes & dedit tubas in manibus eorũ, lagenasq; uacuas ac lampadas in medio lagenarum. Itum est ad prælium cõfractisq; lagenis lampades emicuerũt quarum choruscante luce, hostes territi in fugam uersi sunt. In tubis clamor prædicatiõis, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis designata est, fragilitas corporum. Consonuerunt tubis dum prædicauerunt, confregerunt lagenas dũ corpora sua ꝓpter deum ad supplicia tradiderunt: resplenduerunt lampadibus, dum post solutionem corporum miraculis choruscauerunt. Tota itaq; pugna cœlestis, tota uictoria spiritualis? Idcirco continuo post fugam mulieris in solitudinem subiungitur. Et factum est prælium magnum in cœlo, Michael & angeli eius præliabantur cum dracone. Et draco pugnabat, & angeli eius, & non ualuerunt, neq; locus eorum inuentus est amplius in cœlo. Nam quia spiritualiter per administrarios spiritus, uictoria contra diabolum in cœlo, id est, ecclesia peragitur. Michael, quod interpretatur, quis sicut deus & angeli eius pręliari dicuntur: quia uero prælium ipsum sanctorum martyrum est, ꝓpter quos administratorij uel auxiliatores sancti angeli mittuntur, continuo subditur: Et ipsi uicerunt illum propter sanguinem agni, & propter uerbũ testimonij sui, & non dilexerunt animas suas usq; ad mortem. Istis itaq;. s. beatis martyribus uisibiliter in oculis insipientiũ morientibus, & illis uidelicet beatis angelis inuisibiliter propugnantibus. Locus liber factus est in cœlo. Locus & religio parata est in ecclesia deo uiuo & uero, ut in pluribus templis sacrificaretur, iam deo uero q̃ antea in delubris sacrificabatur diabolo. Ait ergo: Et proiectus est draco ille serpens antiquus, qui uocat diabolus & satanas, qui seducit uniuersum orbem: proiectus est in terram, & angeli eius cum eo missi sunt. Nimirum ꝙ hic in terram proiectus dicitur ad illud pertinet, ꝙ rex ipe martyrũ continuo passurus, dicebat. Nunc princeps mundi eijcietur foras, Etenim ubi ille passus est, potestate quidem principem mundi siue draconem istum continuo foras misit, de oĩbus sanctis siue electis quos

Iud. 7.
Gedeonis belli mystica interpretatio.
Apoca. 12.
Iohan. 16

ctis quoscunq; præsciuit & prædestinauit, ab origine mundi. ueruntamen actu tunc eum de illis tantũ foras misit, quos in se credentes habebat, siue mortuos siue uiuos, in eodẽ tpe suæ passiõis. De illis ita foras missus est, ut ne saltẽ pliari iam aduersus illos ualeret: de illis autem q prædestinati quidem iam erãt, sed uocati nondũ erant sperare adhuc audebat, q uinceret, ne uocantẽ sequerent, & hac spe præliabatur iracundus, & uehementer iratus. Vnde & continuo dicitur: Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad uos, habens iram magnã, sciens q modicũ tempus habet. Magnũ quippe uæ illis imminet quos nequissimus hostis iratus possidet, tanq terrã comedens atq; conculcans, & tanq mare conturbans, & iram quã habet ex eo, q de spiritualibus expulsus est, in eos quos arctius includit uindicans. Nam terra ista, illa est, de qua olim serpenti dicebatur. (Gene. 3.) Terrã comedes cunctis diebus. In hac terra pliantibus, ut iam dictũ est, Michaele & angelis eius, & martyribus sanctis morientibus, & moriendo uincẽtibus, sub pedibus eorũ conterit, sicut scriptum est: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & cætera. (Psal. 90)

¶ De eisdẽ triũphatoribus innumerabilibus, iuxta illud: Post hęc uidi turbã magnã quam dinumerare nemo poterat. Ca. XVI

(Apoca. 7) (Martyres innumeri.) Quis horum triumphatorũ multitudinẽ dinumerare potest? Scriptũ est enĩ: Post hæc uidi turbã magnã quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus & populis & linguis, stãtes ante thronũ, & in cõspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorũ. Et clamabant uoce magna, dicentes: Salus deo nostro, q sedet super thronũ, & agno. Deniq; uictores isti tam fortes, tam inclyti, palmas habentes in manibus, & amicti stolis albis, & si omes electi recte intelliguntur p baptismũ stolis amicti, & per crucis triumphum palmis adornati, maxime tamen hi sunt, de quibus loco supra memorato iam dictũ est. Et ipsi uicerunt eũ propter sanguinẽ, & uerbũ testimonij sui, & non dilexerunt aĩas suas usq; ad mortẽ. Itemq; alio loco: Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. (Apoca. 7) Arbitramur enĩ præter illã stolã primã quã omes in baptismo accipimus quæ uniuersalis & oĩm regeneratorũ una est esse, & pprias singulorũ stolas, iuxta huius quoq; scripturæ locũ, aliũ byssinas: byssinũ enĩ, inquit, iustificatões sanctorũ sunt (Apoca. 19.) Hmõi stolas præliatores isti de tribulatõe magna uenientes lauerũt in sanguine agni, qcunq; post iustificationũ byssinũ, post pulchrũ bonorũ operũ ornatũ, meruerunt sanguinẽ suũ fundere pro testimonio eiusdẽ agni Christi filij dei. Fuerunt tamen q plurimi, qui nondũ eiusmodi stolis adornati cucurrerunt ad confessionẽ sancti nominis, & adhuc recenti baptismo nitẽtes, nullis operum pręculti ornatibus, induerunt gloriã martyrij. De talium fide quidã ita cecinit. Prima petit campũ dubia sub sorte duelli. Pugnatura fides, agresti turbida cultu. Nuda humeros, intonsa comas exerta lacertos. Nanq; repẽtinus laudis calor ad noua feruens Prælia, nec tęlis meminit, nec tegmine cingi. Pectore sed fidens ualido, membrisq; retectis. Prouocat insani frangenda pericula belli. (Prudẽtius in Psico.) Igitur omes quidẽ uictores sunt, & palmæ in manibus eorũ, qui ad regnũ dei perueniunt: quia non nisi hostẽ eiusdẽ regni uincendo perueniunt, sed longe cæteris pręminent hi, q dupliciter uicerunt, & resistendo peccatis, siue suggestionibus serpentis antiqui, quæ omniũ electorũ cõis uictoria est, & non diligendo animas suas usq; ad mortẽ, qui specialis beatorũ martyrũ triumphus est. (Palmæ in manibus omniũ beatorũ, sed in martyrum manibus longe digniores) Etenĩ superest istis illud, hodieq; canticũ in cœlo, id est, in ecclesia, uoce magna dicentiũ: Nunc facta est salus, & uirtus, & regnũ dei nostri. & potestas Christi eius, quia piectus est accusator fratrum nostrorũ, qui accusabat illos ante conspectũ dei nostri die ac nocte. Sequit enim: Et ipsi uicerunt illum ppter sanguinẽ agni, & ppter uerbũ testimonij sui, & nõ dilexerũt animas suas usq; ad mortem. (Apoca. 12.)

¶ De eisdem cum dño & rege suo uenturis, & de beato Laurentio, qd eum ptæterire non patiamur. Ca. XVII.

(Apoca. 19.) Ecce nunc pugnatorũ istorũ triumphalem celebramus lætitiã: sed nondũ uidemus ipsam triumphi illorũ gloriã. Sed ecce apparebit dñs quẽ expectamus, & quãuis morã faciat, expectantes non deficimus, quia ueniens ueniet, & cum eo sanctorũ istorũ milia, habens in fœmore suo scriptũ rex regũ, & dñs dñantiũ. Veniet cum pompa triumphi sui cœlis trementibus, cũctisq; motis cœlorũ uirtutibus, præeũtibus huiusce belli insignibus, armisq; militaribus, discinctis iam post laborẽ militibus istis, quo laborauerũt in toto belli pcinctu, & non cũ paruo cœli & terræ spectaculo pcedentibus. Sup omia triũphi insignia uictoriosa regis eorũ apparebit crux. Nõ ualemus cunctorũ notare facies, uel singulorũ pia citare uocabula, multienĩ & nobis innumerabiles sunt. Regem ipm totius fortitudinis principẽ dñm Iesum appellamus, ut dum pcedit cum illo triũpho suo nobis spectantibus, parumper subsistere dignet, & eadẽ manu qua uictoribus istis præmia largitur, nobis ueniam, nõ deneget ppter hoc ipm nomen quod dicimus, dñs Iesus. Vnũ tamen incognitũ siue in aspectũ ex istis principibus præterire non patimur, illum nimirũ qui lateri eius tam proximus imminet, mirandus aspectu, reuerendus habitu, igneus atque rubicundus, statura procerus, & scintillante facie serenus, utpote de camino ignis assumptus, & talis ut aurum quod per ignem probatur. Hic talis ut credimus nos aspicit, & regis sui

gis sui pconia diligentes ac diligenter prędicantes intueri non dedignatur. Si nomen ei⁹ quæras, Laurentius est, quod nomen ex ore ipsius regis, & domini eius maxime audire delectet, quia uicet tali regi talem nominare, atq; commendare militē dulce ac præcordiale est. Quod si hoc ipm nomen ipe qui in libro suo scripsit suis in nostro auditu īteriori labijs expresserit, & in corde nr̄o sua enuntiatione lingua eius, id est, spiritus eius impresserit, ut sensibiliter de illo quippiā uel breuiter digne ualeamus eloqui: non dubiū est, quia respondebit, & illa dilectione qua fortis in morte, & fortior morte non potuit ignibus exuperari, nobis puulis cū osculo scto hilariter arridebit.

Laurenti⁹ insignis marty

¶ De morte eius inusitata quomodo quasi tuba maxima per totum mundum sit audita, & quod istud præsciens Hyppolito dixerit: Postmodum cum clamauero audi & ueni. Ca. XVIII

Laurentij diui encomion

Dictum est ante nos: Antiqua Phanorum parens. Iam Roma Christo dedita, Laurentio uictrix duce. Ritus triumphas barbaros. Reges superbos uiceras. Populosq; fremis presseras. Nunc monstruosis Idolis. Imponis imperij iugum. Non turbulentis uiribus, Cossi, Camilli, atq; Cæsaris. Sed martyris Laurentij. Non incruento prelio Armata pugnauit fides. Proprij cruoris prodiga, & cætera. Et quidem hoc de omnibus dici potuisset sanctæ Romanæ ecclesiæ martyribus, quia ducibus illis, ritus Roma triumphauit barbaros, sed hic triumphi illius dux præcipuus est, quippe cuius mors insolita siue inusitata, quasi totius belli tuba maxima uniuerso mūdo audita ē & iugiter personat Cuius mortis suæ nouitatem omnibus seculis admirandam & ipe præsentiens propria satis & grauissima enuntiatione suo tyroni Hippolito dicebat: Magis in absconditis in homine interiore absconde Christum, & postmodum cum clamauero audi & ueni. Dixerat enim ille, quare & ego non uociferor, quia Christianus sum, & tecum incumbo Romanum uidelicet bene æmulans; qui ibidem Christianā tantummodo professus militiam, clamansq; Christianus sum, continuo cum palma martyrij uitæ æternæ arripuerat donatiuum. Dixit ergo: cum clamauero audi & ueni, magnū utiq; suæ passionis miraculum paruæ rei, scilicet uocali comparans clamori: quia modus dictionis uocatur tapinosis, id est, humilitas magnæ rei, non id agente sententia quod ostendit. Alias autem uere rem magnam non omnino humiliauit, imo magnificauit: dicendo enim, cum clamauero, illam mortem suam ingentem fore clamorem significauit, eo nimirum sensu, quo sanguinem prothomartyris Abel de terra ad deum clamare legimus. Et hunc clamorem audi, inquit, & ueni, uidelicet quomodo ad classicum magni ducis, ad sonitum tubæ ingentis, excitus atq; excussus miles animosus ad bella procurrit. Igitur post Apostolorum principes, qui de priori uenerunt ecclesia Iudæorum de carne patriarcharum & prophetarum, dux iste maximus est ecclesiæ gentium, ecclesiæ Romanæ matris ecclesiarum, & hoc duce, inquit ille, o uictrix Roma, ritus triumphas barbaros, quod non potuisti turbulentis uiribus Cossi, Camilli, atque Cæsaris. Nā illi econtra dum homines uincerent, ut dominum te facerent populorum, barbari ritus ancillam & multorū fecerunt captiuam dæmoniorum.

Gene. 4

¶ Quod martyr iste alter Abel quadam similitudine sit. Ca. XIX.

Animaduertimus hic dignum quid & pulchrum. s. hunc esse Abel alterū propria quadam similitudine præter communem distantiam uel oppositionem bonorum & malorum iuxta quam omnes boni Abel, oṁes mali Cain dici consuerunt. Quid eñ Roma p parte impiorꝝ, qualis eatenus extiterat, nisi fratricidæ Cain ciuitas, uel dedicatio siue possessio fuerat? Non hoc dicimus qđ ad hoc mysteriū quicq̄ illud ptineat, q Romulus conditor urbis frēm & cooperatorem suū Remū occidit, & q sicut ait qdam, fraterno primi madue runt sanguine muri, uterq; eñ Cain, qūo post illos Sylla & Marius, uel Cæsar & magnus Pompeius: sed hoc dicimus, quia Cain & ciuitas eius erat uniuersa Roma, & omnes q illā cōdiderunt, prælijs puexerunt, & sanguine gentiū impleuerunt. Abel aūt sunt & fuerunt oēs, qcunq; in illa uel ex illa de eodem pr̄e Romulo, uel de eadem mr̄e Roma scdm carnē geniti de Chr̄o, & sancta eius ecclesia scdm spm̄ regenerati sunt. qūo omnes qcunq; ab initio usq; ad finem seculi, quacūq; in parte mundi, quacunq; ex gente scdm carnē geniti, scdm fidem regenerati sunt, uel regenerātur deo, omnes sunt Abel, & q ad eos non ptinent, omnes econtrario sunt Cain. Præter hanc, ut iam dictum est, communem siue uniuersalem oppositionem utriusq; generationis bonorum & malorꝝ, propria quadam similitudine hic beatus martyr apud nos gentes est Abel, & q illum occidit Decius Cæsar impijssimus erat Cain.

Roma fratricidę possessio erat

Deci⁹ in Laurētium Cain.

¶ Quid simile habuerit uel egerit ut merito dicamus quod alter Abel iste sit, & de clamore eius, quid dicendo usq; hodie in sancta ecclesia clamare non desinit. Caput .XX.

Primū nemo qui nesciat uel ppendere nō ualeat quia sicut ille Abel obtulit sacrificiū, & respexit deus ad eū, & ad munera eius, & illud fuit causa mortis eius, sic iste magnū & famosum obtulit deo sacrificiū, thesauros ecclesiæ dando paupibus: & hoc nihilominus fuit prima causa mortis eius. Iratus est ille Cain, & cōcidit uultus eius, qñ uidit q respexisset

Gene. 4

xiſſet dñs ab Abel & ad munera eius, iratus eſt & iſte poſſeſſor ſiue poſſeſſio mortis, atq; profundæ auaritiæ tyrannus, ubi uidit pauperes, quorũ manus facultates quas requirebat, deportauerunt, & intulerunt theſauris cœleſtibus. Iratus eſt (inquam) & concidit vultus eius, neq; em̃ aſpicere uel intendere poterat altitudinem ſiue claritatem eorum quæ dicebantur hoc modo. Iſti ſunt theſauri æterni, qui nunquam minuuntur aut decreſcunt, qui in ſingulis aſperguntur, & in omnibus inueniuntur. Nos autem uidemus, quia Chriſtiani pauperes, uere æterni theſauri ſunt, quippe quibus talenta gratiarum diſtributa ſunt. Alij em̃ (inquit Apoſtolus) per ſpiritũ datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ, ſecundũ eundem ſpiritũ, alij fides in eodẽ ſpũ & cætera chariſmata, quæ nimirũ a ꝑpoſito uel dño diuitiarũ cœleſtiũ, ſpũ ſancto fidelibus pauperibus, plerũq; citius atq; uberius porriguntur, ut habeãt peregrinatos in miſero corpe, unde paupertatẽ atq; abiectionẽ ſiue debilitatẽ ſuã conſolentur. Et hęc nimirũ dona de theſauris domini in ſingulis aſperſa, in omnibus inueniuntur, omnibus em̃ commune charitas facit, qđ ſingillatim unicuiq; tribuitur, ſicut cõmune eſt omnibus mẽbris unius corporis officiũ, quo unũquodlibet eorũ mẽbrũ fungitur. Tales theſauri nũq̃ decreſcũt aut minuũtur, non em̃ perit ulli ſpũale donũ, quãdo illud utilitati proximorũ impartitur. Iratus eſt igitur & ita concidit vultus eius, ſicut de ſimilibus eius dictũ eſt per Pſalmiſtã. Oculos ſuos ſtatuerũt declinare in terrã. Dictum eſt em̃ hoc a ſimilitudine quorũlibet iudicũ aut tyrannorꝫ, q quotiens aliquos uolunt crudeliter puniri, nolũt plagas intueri, ſed terrã intuent̃, ne forte ſanguinẽ eorꝫ intuẽtes, ad miſericordiã flectãtur. Hoc ergo ut de iſto dictũ ſit, qa vultus eius in terrã decidit, cuius propoſitũ fuit, nullos circa hominẽ innocentẽ habere oculos humilitatis. Et ille quidẽ ad fratrẽ ſuũ, ut occideret eũ, egrediamur foras dixit. Hic autem intus intra palaciũ, noctu martyrẽ incluſit. Diuerſa receſſio, ſed eadẽ intentio. Hoc deniq; tã iſte q̃ ille intẽdit, ut ſcelus perpetrare ſibi uacaret abſq; arbitris. Quale em̃ erat hominẽ uiuũ aſſare, ut hoc fieri poſſet in publico in aſpectu ſolis, in conſpectu tã magnæ tam'q; amplæ ciuitatis? Quãuis beſtia eſſet Roma, ſiue mulier de ſanguine ſanctorꝫ ebria, nõ tñ præ ipſa beſtiali ebrietate, ita faciẽ uel oculos hominis ꝑdiderat, ut in ea ſexus omnis & ætas tale ſpectaculũ ęquanimiter ferre ualeret crudeli patiẽtia. Noctu igitur & in palacio cũ paucis & eiſdẽ mirãtibus, latro crudelitatis, uiuũ illũ præcepit aſſari uſq; ap plenã coctionẽ deuorãdæ carnis, mirabiliter tã diu cõtinente animã intra corpus, iſto, de quo loquimur, & cuius ad gloriã hæc nũc dicimus ſpũ fortitudinis, ut ſi aries aut certe piſcis eẽt, mãducari poſſet, & maligni illius coci palato nihil quaſi crudũ male reſponſaret. Iccirco dicebat: Ecce miſer aſſaſti unã partẽ, regira & alterã, & mãduca. Itaq; & ille Cain ad illũ Abel egrediamur foras, dixit, & iſte Cain hũc Abel poſt multas certaminis diurni plagas, noctu ſibi ĩtra palaciũ adduci iuſſit, eadẽ nimirũ intẽtione, ut uidelicet ſecurus & nullum ex hominibus uel tacitum metuens iudicium, in ſcelere horribili paſceretur dapibus crudelitatis. Iſte eſt clamor eiꝰ, quem omnes audiuimus, de quo dixerat, & poſtmodum cum clamauero, audi & ueni. Is cui hoc dixerat, audiuit & propter hunc eius clamorem cucurrit ad certamen eiuſdem confeſſionis. Clamor aũt idem uſq; hodie non ceſſat in ſancta Romana eccleſia, qui & in omnẽ terram perſultat ſumpta enuntiatione ſiue declamatione huiuſmodi de ſancta & prophetica ſcriptura. Probaſti domine cor meũ, & uiſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas. Veraciter nãq; dicimus, quia poſt illum, de quo Apoſtolus loquens, ſed acceſſiſtis (inquit) ad teſtamentum noui mediatorem Ieſum & ſanguinis aſperſionem melius loquentem quàm Abel, Videte ne recuſetis loquentem: Nulli beatorum martyrum quos nouimus tam bene in propria perſona cõgruit declamatio iſta, quàm huic, qui taliter & nocte temporali ſiue tempore nocturnali uiſitatus & probatus, & igne materiali examinatus eſt.

Laurẽtij diui uerba ad Decium. — j. Corin. jz — Charitas dona ſingulorũ cõmunia facit. — Pſalm. j6. — Tyrannorũ crudelitas — Decius publice Laurentiũ aſſare non audebat. — Clamor Laurentii. — Pſalm. j6. — Hebr. jz.

¶ De eo qđ ait: Ego me obtuli ſacrificium deo in odorem ſuauitatis, quia ſacrificiũ eſt deo ſpũs contribulatus. Ca. XXI.

NEc uero ſatis eſt ad piam martyris huius uenerationẽ, ſolũ hunc eius audire uel pronũtiare clamorẽ, niſi intimo ſenſu ꝑcipiamus eiuſdẽ piũ ſuauẽq; odorẽ. Dicebat em̃ Ego me obtuli ſacrificiũ deo, in odorẽ ſuauitatis, qa ſacrificiũ ẽ deo ſpũs cõtribulatꝰ. Quis aũt nouit qđ ſit ſpũs cõtribulatꝰ? Quis hoc nouit? Quis ſapiẽs, & hoc ĩtelligit? Vere nemo, niſi q accipit. Abſconditus theſaurus eſt cõtribulatio ſpũs, nec facile a quis inuenit Abſconditus eſt omnino ſapientibus & magnis, uix tandem reuelatur paruulis. Qui tandem illum inuenit, merito gratulatur & dicit. Tribulationẽ & dolorẽ inueni. Etenim non parua aut exigua inuentio eſt. Nam certum & aptum facit locum inuocandi nomen domini. Vnde cum dixiſſet: Tribulationem & dolorem inueni, ſtatim ſubiunxit: & nomen domini inuocaui, ut ſubaudias, quia tunc oportunæ debuit inuocari eodem ſpiritu alibi teſtificante, quia iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde. Inuentio ergo tribulationis & doloris inuocandi nomẽ domini, oportunitatem ſic facit, & tempore idoneum tanquam bonum & non contemptibile ſacrificium, iccirco cum dixiſſet: Ego me obtuli ſacrificium deo, in odorem ſuauitatis, ſtatim ſubiunxit, quia ſacrificium eſt deo, ſpiritus contribulatus, quod idem eſt, ac ſi diceret, quia

Pſalm. 50. — Spũs contribulatus. — Pſalm. jj4. — Pſalm. 33

tribulationē & dolorē inueni. Qui igit̄ clamorē audiuimus, eundēq; mirātes efferimus, si odorē quoq; sentim⁹ sacrificij qd̄ incēsum est.i.cōtribulati spūs, tūc demū uictorē fortissimū digne collaudamus, consulem cœli, hæredē paradysi, decus Romani imperij, dignēq; appendimus aurū dei, gemmā filij dei, opificiū spūs sancti, in q̊ tu rectissime glorificaris quē prædicamus o spūs fortitudinis.

¶Finis commentariorū libri Sexti, scilicet de fortitudine.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE OPERIBVS SPIRITVS SANCTI

Liber Septimus. De Scientia Liber Vnus.

¶De sancto sciē spū, qūo uel propter qd maxime euāgelio Christi fuerit necessarius — Caput Primum



Post illa, de quibus præcedenti uolumine diximus prælia martyrū successerūt in ecclesia Christi, sanctorꝝ & uerorꝝ studia philosophorꝝ.i. doctorꝝ habentiū, qui post spm̄ fortitudinis per descensum scribitur, sanctū sciē spiritū. Hoc nimirum euangelicæ fidæi iccirco fuit necessariū, qa diabolus q aduersus illā eatenus aperte puguauerat, nō solū leo, sed & draco est. Leo qa aperte sæuit, draco qa occulte decepit. Quàm diu rugiens aperta psecutione sæuiebat p Neronē, aliosq; similes illi satellites suos cōpellēs ad negandū nomē Christianū, tādiu qd̄ leonis ē, agebat, & tādiu a simplicibus q̊q; multā scientiā nō habētibus cognosci, q̄ diabolus eēt, & deuitari siue expugnari nō quasi in incertū poterat, atq; ad dimicandū cōtra illū pœnæ solo spū fortitudinis opus erat. At ubi inclinatis iā ad fidē Christi, principibus seculi, in qbus uelut armis suis cōfidebat, de tēplis uel delubris, idolorꝝ foras proiectus ille fortis, totus ad dolos cōuersus est sub noīe Christiano, per phantasmata hæresum decipiendo Christianos, tūc utiq; maxime cœpit agere qd̄ draconis est, & talis nō nisi a prudentibus & scientiā habentibus, facile agnosci uel cōuinci potuit, q̄ idem diabolus esset sibilans ut draco, qui fuerat prius rugiens ut leo. Hoc igitur euangelicæ expedierat fidei, ut post spm̄ fortitudinis, ordine suo spūs scientiæ subueniret in periculis.

Doctores scientiæ, spiritū nacti.

Diabolus psequēdo aperte leo, occulte per hereses draco est

¶Quæ nam scientiæ & sapientiæ sit distantia, quia alius scientiæ, alius sapientiæ spiritus numeratur. — Ca. II.

Hic iam clare distinguendū est qd scientia, & qd sit sapientia, quidue ab inuicē differāt, quoniā nōnihil interesse cōstat, tā ex isto spirituū nūero, ubi alius sapientiæ, alius prędicatur spūs scientiæ, q̄ ex alijs quoq; locis scripturæ, uerbi gratia cū dicitur: diuitiæ salutis sapientia & scientia, & cū de Chr̄o Ap̄lus dicit: Quia in ipso sunt oēs thesauri sapientiæ & sciæ absconditi. Dicim⁹ ergo: qa scia omniū bonarū & licitarū artiū ē notitia, sapiētia uero unius tm̄ rei .i. dei, si tn̄ res dici pt̄, nō sine timore sancto dilectio siue reuerētia. Ait q̊q; Ethnicorꝝ quidā, sapiētiā primā esse carere stultitia. Dicimus deinde rerꝝ quātacūq; notitiā habētes, deū aūt in notitia habere, nō probātes abusiue dici sapientes, qa reuera stulti sunt. Sic em̄ de illis, q circa creaturā philosophando, creatorē cognouerūt, sed nō glorificauerunt, Ap̄lus dicit: Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Quapropter homo si est sapiens, est & sciens, sed non conuertitur, ut dicas: Si est sciens, est & sapiens, quemadmodū si est rationale, est & animal sed non conuertitur ut dicas: Si est animal, est & rationale. Nam reuera queadmodū ab animali remoto rationali, quicquid relinquitur brutū est, sic a scientia remota, sapientia quæ est dei notitia, quicquid relinquitur stultū est. Nam ut manifestius fiat, utamur nūc diuisionibus, & intra latissimū uocis huius .i. scientiæ significatū, castā sapientiā contineri demonstremus.

Scientia & sapientia, quid differāt.

Coloss. 2

Scientia Sapientia.

Roma. j.

Sapiēs omīs est sciens, sed nō cōuertit̄.

¶Qūo scientiæ generale nomen subdiuidatur usq; ad philosophiā, & q̄ sit altera inanis, altera uera & sana philosophia. — Ca. III.

Scientia alia literalis alia illiteralis est. Nā literalis quæ literis addiscitur, ut sunt oēs artes quæ libris continētur, Illiteralis uero quæ literis nō addiscitur, ut est sculptoria, siue fabrilis, & talium quidlibet, quod recte quidem scientia dicitur, sed non legendo percipitur, Rursus literalis scientia, alia liberalis, alia illiberalis. Literalis & illiberalis est medicinæ ars, quam philosophi non profitentur, quāuis & medici arti suæ liberalitatem plurimū attribuant, dicentes: q̄ iccirco inter septē artes liberales nō numeretur, quia de omnibus uel p om̄es ipsa constat, ita scilicet, ut medicus nemo ueraciter dici uel esse possit, nisi omniū artiū liberaliū peritus sit. Porro literalis & liberalis scientia philosophia dicitur, cuius in Logica quidem tres, scilicet, grāmatica, dialectica, rhetorica, In Physica uero quatuor numerātur partes, Arithmetica, geometria, musica, astronomia. Hucusq; seculares magistri artiū sciam p subdiuisiōes deduxerūt. ¶Porro ecclesiastici adhuc quod optimū optimeq; sciendū est philosophiā subdiuiserūt aliā dicētē philosophiā inanē .i. nō scd̄m deū, aliam sanā & uerā .i. scd̄m deū. Nā Apostolus ad Colossenses dicit: Videte ne qs uos decipiat p prophetā & inanem fallaciā, scd̄m traditionē hominū

Sciētia multiplex.

Medicus.

Coloss. 2

hoim, secũdũ elemẽta mũdi, & nõ secundũ Christũ. Quod dixerat p prophetã, hoc repetiuit, dicẽdo: inanẽ fallaciã, ipamq́ philosophiã, uel inanẽ fallaciã aperuit, cur sic dixisset, subiungẽdo: scd̃m traditionẽ hoim, scd̃m elemẽta mũdi, & nõ scd̃m Christũ. Est ergo alia philosophia huic opposita, quæ est nõ secundũ traditionẽ hominũ, sed secundũ Christũ, nõ inanis aut fallax, sed grauis & uera. Qũo aũt agatur uel exerceaẽ philosophia secũdũ Christũ, Apostolicæ & euãgelicæ, imo & ꝓpheticæ literę docẽt, in qbus, qcqd utile est, septẽ artiũ liberaliũ inuenit, qsqs scientiã ueraciter possidet ad famulatũ ueritatis quæ Chrũs ẽ, grauissime ac decentissime distributũ. Erit igiẽ philosophia, idẽ literalis & liberalis scia, aliter qdẽ scd̃m elemẽta mũdi, uel traditionẽ hoim, & aliter scd̃m Christũ. Iuxta modũ illum maius siue fallax philosophia recte dr̃, iuxta modũ istũ puro noĩe, scia, uel philosophia, siue cũ adiectiõe phia sana uel scia dei nominatur.

¶De tẽperato noĩe philosophie, cur sit positũ siue cõplacitũ, & de uanis phĩs, q dicẽtes se esse sapiẽtes, stulti facti sunt, & de eo ꝙ dictum est: Perdam sapientiã sapientium Ca. IIII.

INterpretatur aũt philosophia, sapiẽtię amor. Hoc nimirũ noĩe prudẽtiores scientiã artiũ liberaliũ rectius nominauerũt, nã aliqui sapiẽtiã illã & semetipsos sapiẽtes nũcupare uoluerũt. Visum est diligẽtioribus hoc esse nimiũ, uc; qa multi taliũ artiũ, scientiã habentiũ, nihilominus ita uixerũt, ut etiã apud hoĩes, uerã & cœlestẽ sapientiã nescientes, sapientiũ uocabulo indigni merito iudicarẽtur. Iccirco noluerũt dicere sapientiã, qa nõ omnes ad quos ꝑuenit hæc scientia sapientes. i. stultitia carẽtes efficit, simul quia uicinũ arrogantiæ uidebatur semetipsos nominare sapientes, q̃d uitiũ a sapientibus alienũ est. Sed rursum si scientiã dicerẽt, nihil hoc nomine studiũ suum, studio liberaliũ artium magis honorarent, q̃ cæterarũ artiũ facultates, quę liberales nõ sunt, & tñ (ut supra iam dictũ est) sub noĩe sciæ, tanq̃ sub gñe habẽdæ sunt Temperato igitur uocabulo, bene taliũ sciam philosophiam. i. sapientiæ amorẽ, & semetipsos philosophos. i. sapientiæ amatores dicere maluerũt, attamen & hoc facientes, honestius quidẽ sed nihilominus sapiẽtes se esse dicebãt, qa sapientes se haberi uolebãt, atq; ita dicẽtes (ait Apostolus) stulti facti sunt. Quare? Videlicet qa per talis philosophiæ uel sciæ uiã, ad uere sapientiæ diuersoriũ. i. ad glorificandũ deũ, ad grãs agendas deo ꝑuenire nõ curabãt. Nã inde culpãs eos idẽ dicit: Reuelaẽ em̃ ira dei de cœlo sup omnẽ impietatẽ & iniustitiã hoĩm eoꝝ, q ueritatẽ dei in iniustitia detinẽt, qa q̃d notũ est dei, manifestũ ẽ in illis. Deus em̃ illis reuelauit. Inuisibilia em̃ ipsi⁹ a creatura mũdi, p ea q̃ facta sunt itellecta cõspiciũẽ, &c. Nõ ergo studia cõdẽnat uel scholas grammaticoꝝ, dialecticoꝝ, rhetoꝝ, arithmeticoꝝ, geometricoꝝ, musicoꝝ, astronomoꝝ, sed hæc in eis culqat, ꝙ non quæsierũt ex eis sapientiæ fructũ, propter quem artes iste a deo datæ sunt, id est in notitia habere deum & glorificare sicut deum. ¶Sciendũ ꝑterea locis plerisq́ sapientiã pro scientia scribi uel dici more vulgari, exempli gratia, cũ in actibus Apostoloꝝ Stephanus dicit. Et eruditus est Moyses omni sapiẽtia Aegyptiorum. Et ad Corinthios Apostolus loquitur. Scriptum est em̃. Perdam sapientiã sapientiũ. Et subinde. Nonne stultã fecit deus sapientiã hui⁹ mũdi? Nã qa in dei sapiẽtia nõ cognouit mũdus p sapiẽtiã deũ, placuit deo p stultitiã ꝑdicationis saluos facere credẽtes. Et paulo post. Sed quæ stulta sunt mũdi, elegit deus, ut confundat sapientes Verũ ita loquẽs, nõ suo ipsius sensu uel iudicio sapientiã uel sapientes dicit quippe qui ad Romanos ait, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, sed superciliosam æstimationem illorum, qua sibi sapientes uidebantur, acerbius percutit.

Docti olim philosophi sapiẽtes dici noluerunt.

Roma. j. Philosophia cur stulta sit.

Studia artiũ nequaq̃ condẽnat Paul⁹.

Sapiẽtia pro scientia. Acto. 7. j. Corin. j.

¶Qđ om̃ia de qbus recte ꝑdicatur, dei dona sint, & iccirco spiritus sanctus. Ca. V.

SIc ergo scientia sapientiaq́ differũt, ut maius & minus, qa plura sciẽtiæ q̃ sapientię noĩe significamus, & nomẽ sciæ q̃ sapientiæ gñalius est. Qđ aũt om̃ia quæ sub isto gñe. i. scia diuidendo distinximus dona dei sint, & iccirco spũs sanctus recte spũs scientiæ ꝑdicetur exemplis comprobrare ex abundanti est. Veruntñ singula singulorũ breuiter exempla ponamus. Illiteralẽ & illiberalẽ sciam donũ dei esse docemur, cũ in Exodo legimus: Ecce uocauit dñs ex noĩe Beseleel filiũ Huri, filij Hur, de tribu Iuda, impleuitq́ eũ spũ dei, sapiẽtia & intelligẽtia & sciæ omni doctrina ad excogitandũ & faciendũ opus in auro & argẽto & ære, sculpendisq́ lapidibus, & ope carpẽtario. Quicqd fabre adinueniri ꝑt, dedit in corde eius. Oliab quoq; filiũ Achisamech, de tribu Dan. Ambos erudiuit sapientia, ut faciãt opa abietarij polimitarij ac plumarij, de hiacincto ac purpura, coctoq; bis tincto & bysso. Vtrũq; hic positũ est, sapiẽtia. s. & scientia, nec non etiã intelligentia, uidelicet quia impletus spũ dei Beseleel, eorũ operum quæ per artis sciam foris faciebat, rationes diuinas intus sentiebat. Item literalem & illiberalẽ sciam qualis est medicinæ ars, donũ dei docet illa sapientis sentẽtia. Honora medicũ, nõ est em̃ medicina, nisi a deo. Literalem & liberalem, quæ est philosophia donũ dei esse uel ex eo cõstat, qa in Daniele scriptũ est: Pueris aũt his, uidelicet Ananiæ, Misaeli, Azariæ, deditdeus sciam & disciplinã in omni libro & sapiẽtia: Danieli aũt intelligentiã omniũ uisionũ & somniorũ & steterũt in cõspectu regis, & omne uerbum sapiẽtiæ & intellectus q̃d sciscitatus est ab eis rex, inuenit in eis decuplũ super cunctos ariolos & magos, qui erant in uniuerso regno eius.

Exod. 3j.

Eccle. 38.

¶Qđ illud Apostoli dictũ: Scientia inflat, charitas uero ædificat, male intelligenti busno-

bus nomen scientiæ suspectum facit. Ca. VI.

MAgna & pulchra hæc sancti spūs grā, simplicioribus hodieq; suspecta ē, maxīe pro eo qđ Apl'us ad Corin. loquēs, dicit de ea. De his aūt q̄ idolis immolant scimus, qm̄ oēs sciam habemus. Sciētia inflat, charitas uero ędificat. Pene hoc solū audierūt, & hoc solū meminerūt, qđ dixit, scia inflat, nō quærēres aut q̄rere sciētes, aut qd dixerit, uel cur addiderit, charitas uero ædificat. Tanq̄ opposita sint hæc & simul stare non possint, scia & charitas, & tāq̄ opponēdo dixerit: scia inflat, charitas uero ędificat, sic negligēda, imo cōtēnēda illis uidet scia, & tūc demū ueraciter se arbitrāt dicere: Dñe nō est exaltatū cor meū, neq; elati sunt oculi mei, neq; ambulaui in magnis, cū a sciæ studijs toto sese animo auerterint. Nam scia inflat, inquiūt, ait Apl'us Christi. At ille nō sic dixit, nō sic dictū suū intelligi uoluit, neq; scia charitatē opponere, sed apponere uoluit. Nā scia subauditur sine charitate inflat, charitas uero subaudit cū scia ædificat, Deniq; sic recte cōponūtur, simulq; in sancta scriptura gradiūtur, charitas & scia, qūo sapiētia & scia. Nā charitas ipsa est uera sapientia. Hæc nimirū sine scia aliquātulū ædificat, cū scia plurimū ædificat, scia uero sine charitate inflat. Alioquin ipē q hæc loquit semetipsum, q̄d absit, inflatū esse p̄dicat. Dicturus em̄ scia inflat, p̄misit, scimus, qm̄ omnes scientiā habemus. Ad hoc ergo tendit, ut scientiā hn̄tes sapientes Corinthij, charitatē quoq; habeāt id est, infirmos fratres non scandalizent mādučādo idolotitū argumentando nihilo esse immolatū, eo q nihil sit idolum, nihil enim substantiale ligno aut lapidi siue æramento accessit, ut fieret idolū, sed accidēti ab artificis manu effigie ē figuratū. Hæc profecto scia inflat, dū charitatē nō hn̄s, de eo q cōsciafratrū cū sit infirma, polluit, nō curat. Itaq; suspectā facere aut cōtēptibilem nō debet uiri ecclesiastici cōscientiā, id q̄d ab isto dictū est, scia inflat, sed potius honorabilis ut uere ē primū ex eo iudicet, q eā spūs sanctus inter septē principalia dona sua numerat, deinde ex eo qđ apud Danielē, sic illā auctoritas diuina cōmēdat. Qui aūt docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamēti, & qui ad iustitiā erudiūt multos, q̄si stellæ in p̄petuas æternitates.

[Margin: 1. Corin. 8. Sci entia qūō inflat. — Psalm. 130 — Scientia cum charitate maxime ędificat. — Dani. 12]

¶Qđ iccirco scientia in euangelio Christi maxime necessaria fuerit, q̄ proiectus in terram serpens, misit ex ore suo post mulierē aquā tanq̄ flumen, ut eam faceret trahi a flumine, & de impij Arrij dogmate. Ca. VII.

IGitur, ut supra dicem⁹, post p̄lia martyꝝ, celebrata spū fortitudinis, oportune sanctus scię spūs in opus suū successit. Ille nāq; draco serpēs antiquus, q de cœlo p̄sumptæ diuinitatis proiectus erat in terrā pugnātibus illis, ut iā nō coleret in tēplis, nec ei sacrificaretur cultibus publicis, p ora malignoꝝ, qualis fuit Arrius q blasphemias in dei filiū sibilare cœpit, ut populū simplicē nihilominus traheret ad se non ualentē, aut scientē uitare uenenū mortis in pulchritudine sermonis. Hoc est qđ in Apocalypsi magnifice præmonstratū fuerat, signo illo uere magno, uere mirabili. Et postq̄ uidit draco qđ proiectus est in terrā, p̄secutus est mulierē, quæ peperit masculū. Et subinde: Et misit serpēs ex ore suo post mulierē, aquā tanq̄ flumen, ut eā faceret trahi a flumine. Qđ erat istud flumen pessimū, ex ore draconis emissum, postq̄ pugnante Michaele & angelis eius, proiectus est in terram, nisi doctrina hæreticorū loquaciū, & loquacitate fluentiū, qui tūc maxime fluere cœperūt, ubi summi imperatores ad fidē Christi conuersi cū angelis sanctis & ecclesia dei legibus pugnātes & edictis, diabolū propulerāt de sedibus pristinis de templis ueteribus & aris. Os nimirū draconis, prædictus Arrius extitit, de quo flumen illud putidū tali fluxu erupisse legimus in ecclesiasticis histori ijs. Alij quidē dicūt filiū eructationē, alij uero, p̄positionē, alij coingenitū. Quas impietates, nec audire possumus, licet innumeras mortes nobis minētur hæretici. Nos aūt quoniā dicimus & sapimus & docuimus, & docemus, quia filius nō est ingenitus nec ingeniti pars ullo modo, neq; ex alio subiecto, sed qm̄ uoluntate & consilio subsistit ante tēpora, & ante secula plenus deus, unigenitus, conuertibilis & anteq̄ generaretur aut crearetur nō erat: aut prædestinaretur aut fundaretur, ingenitus em̄ non erat, persecutionem patimur, q̄ dixit: Principiū habet filius. Deus autem sine principio est. Et quia diximus, ex non astantibus est, sic autē diximus, secundū qđ nec pars dei est, nec ex aliquo subiecto, propterea persecutionē patimur. Hæc hæresis aqua erat putida, & nondū magnum flumen, ubi ab illo suo fonte, ab illo draconis ore profluebat. Verum uti uidemus flumen quodlibet, ab ortu suo angusto, prius alueo fluere, procedendo autem crescere, multisq; accurrentibus aquis siue fluuiolis in immensum extumescere, sic paulatim serpendo uires accepit, & & in immensum creuit impijssima hæresis concurrentibus multis, multorum linguis magniloquis, ubertate eloquentiæ fluentibus & argumentātibus contra simplicitatē euangelicæ fidei, donec per mundum pene uniuersum exundaret flumen magnū, flumen naufragiosum, ut non esset dubium, quin de ore draconis antiqui esset emissum. ¶Sed adiuuit (inq̄t) terra mulierē, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo. Quomodo adiuuit terra mulierē, uel qūo absorbuit flumē. Nimirū currētibus epistolis Christiani imperij cōgregata est ad mulieris illius auxilium, ad catholicæ ecclesiæ periclitātis adiutoriū illa sancta & famosissima Synodus Nicena trecentorum decem & octo episcoporum, & cum eis tanquā ducibus & principi

[Margin: Arrius draconis os. — Apoca. 12. — Flumen draconis, ē loquētia hæreticorum est. — Hæreses in filium dei. — Apoca. 12.]

principibus ad bella domini, plurimi boni & optimi ex diuersis gẽtibus cõuenerũt, alij quidem ad intelligendũ & dicendũ nimis idonei, omńiq́ꝫ scientia uel eruditione, quācũq́ꝫ hũc sanctũ scientiæ spm̃ suggerere uel dare decuit disciplinati, simulq́ꝫ uitæ, uirtutæ præclari, ꝑ quos & mortuos Chrũs suscitauit, & uiuos curauit, & alia miracula innũera opatus ẽ. Ibi profecto terra mulierẽ adiuuit, ibi flumẽ illud absorbuit, nã impiũ Arrij dogma, cęterasq́ꝫ hęresiũ pestes cũ illo uel ex illo dogmate pullulãtes, condẽnauit, mirãtibus adhuc seculis, ꝙ eodẽ episcoporũ nũero illic pro ueritate spũs sanctus dimicauit, q̊ & quondã pr̃ Abraham, uernaculos domus suæ armatos
Apo.12. sup uictores reges educẽs, in fide sua triumphauit. Sed qd deinde. Et iratus est (inquit) draco in mulierẽ, & adiecit facere præliũ cũ reliquis qui sunt de semine eius, q custodiunt mãdata dei, & hñt testimoniũ Iesu. Nõ em̃ quieuit draco diabolus, postq̃ sic absorptũ fuit flumen illud hæreticũ, & postq̃ digna ꝑditiõe interierat Arrius, sed uires acerbissime reparauit leuitate Cõstantij, & superbia crudeliter usus Valentis impijssimi. Illorũ potestatibus armat⁹, & iratus in mulierẽ adiecit facere prælium cum reliquis de semine eius, nec em̃ minus per istos sæuijt, q̃ per Decium aut per Neronem sæuierat manifestis & publicis persecutionibus.

Ira draconis, post damnatũ Arrium

¶De siti sanctorum, mulierẽ illam adiuuãtiũ, & de inuitatione prophetica. Om̃es sitientes, uenite ad aquas. Ca. VIII.

HVius cæ prælij fatigatione anhelantes, quotq̊t erãt de semine eius cœperũt æstuare & desiderio bono uiuos sciẽtię fontes sitire, statimq́ꝫ aĩaduerterũt ad se ꝑtinere, & maxime pro re hmõi dictũ esse illud a spũ sancto ꝑ os prophetæ. Om̃es sitientes, uenite ad aquas, & q nõ habetis argẽtũ, properate, emite, & comedite. Venite emite absq́ꝫ argẽto, & absq́ꝫ ulla cõmutatione uinũ & lac. Venerũt ergo sitiẽtes, sitierũt uenientes, & sederũt iuxta plenissima fluenta scripturarũ, sicut colũbæ quæ lacte sunt lotæ. i. simplicẽ ac beneuolũ habẽtes oculũ, q multũ ualet ad cõsequẽdã ueritatẽ scripturarũ, ad intelligendũ illũ quo loquũtur ille dei sensum. Nã ecõtra hæretici pugnaces, icci rco cũ uerba raperẽt, male tenebãt scripturæ sensum, qa malignũ habebãt inuidiæ oculũ, suãq́ꝫ & nõ dei quęrebãt gloriã, tumidi, cõtentiosi, loquaces, elati, diabolicãq́ꝫ aduersus deũ & proximũ spirãtes superbiã in sublimitate sermonis. Iccirco hæreses & scismata fecerũt, inflatũ habẽtes spiritũ, nimiũ falsi & fallentes, q uerba ueritatis dialecticæ, imo sophisticæ uanitatis uinculis se ligare posse putauerunt. Nã reuera dialecticæ ars ueritatẽ nõ persequitur, nec uerbo dei nectit uinculũ. sed potius ueritatẽ sequit̃, & uerbũ dei uerũ, fidis argumẽtationibus cõprobat, si quis legitime utatur illa. Processum sanctæ scripturæ diligẽter aspiciat dialecticæ simul & rhetoricæ studiosus pariter & beneuolus, & uidebit ꝙ eã tanq̃ dominã, famulę istę prosequũtur. ¶Itaq́ꝫ q̊tq̊t erant de semine mulieris huius, & castitatẽ matris ecclesię, q̊ affectu filios decebat defendere meditabãtur, accedẽtes ad aquas, unde & utiliter sanctã intellexerũt scripturã, ꝑpter hoc ipm̃, ꝙ nõ suã sed dei quęrebãt gloriã matrẽq́ꝫ sutã uita q̃ morte sua defendere cupiebãt. Nam hæc est uia uel norma siue cõditio discẽdi, quã in
Esaiæ. 55. prælibato prophetæ capitulo demonstrãs ipe deus scientiarũ dñs dicit: Audite audiẽtes me, & comedite bonũ & delectabitur in crassitudine anima ur̃a, Inclinate aurẽ uestrã & uenite ad me, audite & uiuet anima uestra, dicẽdo: Audite audiẽtes me, nõdũ exp̃sserat modũ auditionis necessariæ, & ideo subiunxit: Inclinate aurẽ uestrã, & uenite ad me, & cõtinuo qđ p̃miserat: Audite audiẽtes me, & comedite bonũ, & delectabitur in crassitudine anima uestra, Hoc ipm̃ repetiuit dicẽs. Audite me & uiuet anima uestra, Deniq́ꝫ inclinate aurẽ, hoc ẽ, humiliate mentẽ. Nã qui humilitate inclinat̃, ipe doceri meret̃ iuxta illud: Et q appropinquãt pedibus eius, accipient (de doctrina illius.

Esaiæ. 55.

Quid maxie ad scripturã intelligẽdam ualeat.

Hæreticorũ natura.

Ars dialecticæ, sacris lr̃is accõmodissima.

¶Quomodo tunc fatigatus Iesus sederit super puteum, & sitientibus dederit aquam uiuam. Ca. IX.

Iohan. 4. VEnerunt itaq́ꝫ sitiẽtes isti ad aquas iã dudũ sedente dño Iesu sup puteũ, & postulante dari sibi bibere a muliere Samaritana, qa fatigatus erat. Et qs eũ fatigauerat? Primo Iudæus q illũ crucifixerat, deiñ hæreticus, q nũc illũ blasphemauerat. Et quidẽ de fatigatione crucis uel mortis iã in semetipo cõualuerat, qa resurrexerat, sed fatigatiõe blasphemiæ adhuc in quibusdã mẽbris suis, in qbusdã fidelibus suis, q tribulabãt, laborabat. Fatigatus ergo sup puteũ inferioris aquæ sup profundũ mũdanæ sciæ sedẽs, bibere uolebat grata uicissitudine, uiuã daturus aquã sciæ suæ ad aquã sitiẽtes inuitabat. Grata qppe uicissitudo hæc erat, ut fideles, q liberaliũ facultates habebãt artiũ, bene utẽdo illis, contra hæreticos eisdẽ artibus, male utẽtes, ueritatẽ defenderẽt, qđ erat potare Iesum fatigatũ & sitientẽ, atq́ꝫ hoc facientibus, daret ipse aquã uiuã, magis ac magis aperiẽdo illis sensum ad ueritatẽ scripturarũ intelligẽdã. Factũq́ꝫ est hoc modo amicũ, pulchrũq́ꝫ cõmertiũ. Ipsi quã de philosophis hauserãt puteis,
Iohan. 4. postulanti dño, porrexerũt aquã, de qua ipe dicebat: Om̃is q biberit ex aqua hac, sitiet iterũ, & acceperunt ab eo, ut iam dictũ est, aquã uiuã, de qua q biberit (ait idem) nõ sitiet unq̃. Attñ taliũ
Roma. 11. quoq́ꝫ qs prior dedit illi & retribuet ei? Nullus utiq́ꝫ, nã sicut iã supius dictũ est, prophetica & omnis licita scia donũ ipsius est, sed ipse donis suis muneribus bene utentibus maiore dare dona solitus est. Amplius aũt & hoc postmodũ erit non prætereundũ, qa quos ecclesiasticæ fidei defen

defensores habere, quorum lingua contra hæreticos uel ad erudiendã ecclesiã suã uti dignaret ipse egit, ipse puidit, ut prius artibus liberalibus instrueñt; & in maris periculũ ad pugnandũ descẽsuri in nauibus, prius quasi circa littora leuioribus ludis exercerent. Sic etẽm acceperũt, sic aquã uiuã biberũt, ut fieret in eis fons, & foris diuiderent fontes eorum, & in plateis aquas suas diuiderẽt. i. ut nõ solũ aliorum scripta legerẽt & intelligerẽt, sed & ab alijs utiliter legenda ipsi scriberent.

¶Qđ maxime & tunc ingressæ sunt septẽ artes liberales in Ecclesiasticũ dñę suę tricliniũ, & ꝙ multum intersit, utrum uerba rebus an res uerbis exornent. Ca. X.

INgressæ sunt ergo septẽ artes liberales tanꝗ famulæ in sacrũ & reuerendũ dñæ suæ sapĩæ tricliniũ, & quasi de triuijs licentiosis ad districtũ & seuerum uerbi dei magisteriũ dispositæ, & assidere iussæ sunt. Vagabanť eñ prius ꝑ circuitũ lasciuæ, garrulæ, & uerbosæ puellulæ, nihil operãtes, sed curiosæ agentes solũmodo, ubi negotiosæ magis esse uidebanť, circa creaturã discutiendã cursitãtes, ipm aũt creatorẽ negligentes. Missæ sunt ergo in opus ut nõ iam qđ supfluum erat de creatura mundi fabularenť: sed serio fideliterq́ꝫ qđ expediebat de creatore loquerenť, bonũq́ꝫ ad honorẽ eius sermonẽ ope splendido texentes operarẽť. i. ut nõ iã res uerbis, sed uerba rebus ornarenť. Hoc etẽm sermo de creatura rebusq́ꝫ uanis, & interdũ mendacibus disputantiũ, a sermone differt de creatore uel uita æterna tractantiũ, ꝙ ibi res inopes, & macilentæ conquisitis undecunq́ꝫ uerborum fucis adornanť, hic uerba quantũcunq́ꝫ sonora & lucida maiestate rerum uel sensuũ superanť & decoranť. Vnde illi scholę ꝑ ꝓphetã tropologice dr̃. Sume cytharã circui ciuitatẽ meretrix obliuioni tradita. Bene cane, frequenta canticũ, ut memoria tui sit. Hinc aũt in Canticis dixit ipse Chr̃us: Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua. Item: Ostẽde mihi faciem tuã, sonet uox tua in auribus meis. Et recte illa meretrix, ista aũt dr̃ amica sapientis: quia uidelicet illa spectatoribus siue auditoribus passim placere, & semetipam cõmẽdare gestit: ista aũt nõ semetipam, aut creaturã aliquã pulchrã, siue appetendã: sed solũ deũ pulchrũ, & omni affectu appetendum demonstrare intendit: & oĩno nõ suã, sed dei gloriã quærit. ¶Quid autem dicimus artes istas in scholã illã tunc esse intromissas? Potius dici poterat cũ prius nescirent introisse extunc intus apparuisse illas. Nam q scienter scrutati sunt scripturas, ita inuenerunt, ita experti sunt, & satis admirati, nõ solũ, ꝙ illic essent, uerumetiã, ꝙ ita dñæ sapĩæ luce & maiestate subopertæ laterẽt, ut nõ facile cõspici posset, ꝙ illic essent, pene quõ lucente sole sup terram, luna noua: itemq́ꝫ luna decrepita, stellæ quoq́ꝫ circa eandẽ cœli regionẽ latent, nec uulgo uideť, ꝙ ibi sint. Luna qppe & stellæ sole absente, & ꝑ alterum hæmisperiũ girante in altero lucent, in eodem autẽ hæmisperio cum sole lucere nõ ualent. Nimirum sic pene liberalis sciæ artes in sancta scriptura cum sapĩa dei ꝗuis simul assint, nitere uulgo nõ possunt, cũ in alijs rõnibus, ꝑ se plurimũ lucidæ parere & splendere consueuerint. Maxime autẽ idcirco nõ parent cum ibi sint, quia uidelicet sic illis sancta scriptura utiť, ut tñ non dicat qualiter eisdẽ utendũ sit. Per singulas artes ire, & pauculis quod dictum est exemplis comprobare non pigeat.

¶De prima illarum grãmatica & partibus eius, ꝙ ita illis utať sancta scriptura, ut ne fabulam qdem p̃tereat, & ꝙ prius habuerit ea ꝗ se græci authores ĩuenisse glorianť. Ca. XI.

PRima liberaliũ artiũ grãmatica. i. loquẽdi peritia sic adest, primũq́ꝫ affuit in sancta scriptura siue sapĩa dei, ut primordia eiusdẽ artis. i. lr̃as cõmunes quas librarij sequerentur, quarum disciplina uelut quædã grãmaticę artis infantia est. Hebræos cũ lege dñi ꝑ Moysen accepisse nõ dubiũ sit. Diuisiones quoq́ꝫ grãmaticæ artis quæ a qbusdã triginta dinumeranť. i. partes or̃onis octo, uocẽ articulatã, syllabã, pedes, accentus, positurã, notã, orthographiã, analogiã, ethymologiã, glosam, differentiã, barbarismũ, solœcismũ, uitia, metaplasmũ, schemata, tropos, prosam, metra, fabulas, historiã, describere ac distinguere p̃sentis negotij non est: ueruntñ hæc in illa contineri uel obseruari usq́ꝫ adeo uerum est, ut fabulã quoq́ꝫ nõ prætereat. Fabulas autẽ grãmatici a fando nominauerũt: quia nõ sunt res factæ, sed tm̃ loquẽdo fictæ, quę ideo sunt inductæ, ut ficto mutorum animaliũ, uel etiã eorum quæ aĩam nõ habent inter se colloquio imago quædã uitæ hoĩm nosceret. Hac ita ille filius Hierobaal in libro Iudicũ utiť: Audite me uiri Sychem, ita ut audiat uos deus. Ierunt ligna ut ungerent sup se regẽ. Dixeruntq́ꝫ oliuæ: Impera nobis. Quæ r̃ndit: Nunqd possum deserere pinguedinẽ meã, qua & dij utunť, & hoĩes, & uenire ut inter ligna ꝓmouear. Dixeruntq́ꝫ ligna, ad arborẽ ficũ. Veni & sup nos regnũ accipe, & cætera. Et in Paralypomenon, cũ iussisset: Amasias rex Iuda, ad regem Israhel, dicens: ueni uideamus nos mutuo, ille remisit nuntios, dicẽs: Carduus q est in lybano, misit ad cedrũ lybani, dicẽs: Da filiã tuã filio meo uxorẽ. Et ecce bestiæ quæ erãt in sylua transierũt, & cõculcauerunt carduum. ¶Schemata quoq́ꝫ qđ nomẽ græcũ, nos habitũ, uel formã uel figurã recte nominamus, quia ꝑ hæc quodãmodo uestiť & ornať or̃o, cognoscere licet in sancta scriptura passim reperiri, ut ẽ illud in Psalmo: Fũdamẽta eius sanctis, diligit dñs portas Syõ. Hoc schema, plepsis. i. pꝛoccupatio siue præsumptio dr̃, qñ ea quæ sequi debent anteponunť. Ante eñ posuit eius, dicẽdo: Fundamẽta eius: & postea, cuius. i. dñi subiungẽdo, diligit dñs. Sic & cætera schemata siue schematis species in sancta scriptura sparsim inueniunť. Et qdem glorianť græci talium se figurarum siue tro-

Liberales artes theologię sunt famulæ.

Esa. 23

Cant. 4

Artes septẽ in scripturis inueniuntur

Grammatica utitur scriptura.

Grammaticę partes trigĩta

Fabularum ratio.

Iud. 9.

2. Para. 25.

Schemata in scripturis sacris sunt.

porum fuisse reptores, sed cum sancta scriptura cæteris scripturis omibus nō solum authoritate quia diuina est uel utilitate, quia ad uitam ducit æternā, sed & antiqtate præmineat, nō solū uana sed & falsa hæc eorum gloriatio est. Nihilominus & metra quæ ab eo dicunt, q certis pedū mensuris atq spatijs terminēt, eadē sancta scriptura nō ignorauit. Psalteriū em̄ lyrici cōposuere pedes & sancti Iob pene totū uolumē hexametris cōstat uersibus, dactylo, spōdeo q̧ currētibus.

¶De rhetorica uel partibus rhetoricæ, q istis omnibus bene utatur sacra scriptura pro re & tempore. Ca. XII.

Rhetorica scriptura utitur.

RHetorica, id est, benedicēdi sciam quisqs unq̄ apertis alicubi uidit oculis, ut faciē eius ueraciter internoscere possit, ipe ad eandē de qua loqmur scripturam accedētes, nisi forte dormitet, aut maleuolētiæ nubilo cecutiat, dicere nō fallit, qa maxime illic est. ¶Primæ ptis eius. i. inuentōis hic exēpla breuiter colligamus. Sūt em̄ rhetoricæ ptes quinq;. s. inuētio, dispositio, elocutio, memoria, pnuntiatio. Inuētionē ergo hic suspicientes primū dicamus istorum, de qbus nunc loqmur rhetorum uerorum q sanctam conscribendo scripturā, causas dei cū hoībus porāt, pręcellentē uerissimāq; esse inuētionē, quia uidelicet qđ inuenerūt ut eloquerent, aut pnuntiarēt, nō ut rhetores, forensis aut ciuilis exercitij de corde uel ingenio pprio sed de spū sancto inuenerūt, quēadmodū & Petrus Apostolus ait: Hoc primū intelligētes, q oīs pphetica scriptura, ppria interpretatōe nō fit. Non em̄ uoluntate humana allata est aliqn̄ pphetia, sed spū sancto inspirati locuti sunt sancti dei hoīes. Porro hanc. s. inuentōem rhetores in sex partibus consumi siue uersari dicūt, quæ sunt, exordiū, narratio, diuisio, cōfirmatio, confutatio, cōclusio. Exordiū, inquiunt, est principiū orōnis p qđ animus auditoris uel iudicis constituit uel apparat ad audiendū. ¶Narratio est rerum gestarum aut pinde ut gestarum expositio. Diuisio est, p quā aperimus qd cōueniat, qd in controuersia est, & p quā exponimus qbus de rebus acturi sumus. Cōfirmatio est nostrorum argumentorum expositio cū asseueratōe. Cōfutatio est contrariorum locorum disputatio. Conclusio est artificiosus terminus orōnis. Harum partiū primā. s. exordiū in duo diuidunt, in principiū & insinuatōem. ¶Principiū esse, aiunt, cū statim aptis rōnibus auditoris animū nobis idoneū reddimus ad audiendū. i. attentū, docilē, & beneuolū. Insinuatōem uero, cū p qualitate causæ alienatū a nobis sentientes auditoris animū occulte p dissimulatōem oīa illa cōficimus, ut ad eandē cōmoditatē in dicendi ope uenire possimus. Rursus, aiunt, qa si honestū genus causæ erit, licebit uti uel nō uti principio. Quā aūt sanctus sanctæ scripturæ author spūs suscipit uel a se audiri causam cupit inhonestā? Recte igit ab oratoribus istis reprehēdi non debeat: licuerit ei uti uel nō uti pricipijs, Nam neq; Moyses pricipio usus est, sed statim a narratōe incepit, dicens: In pricipio creauit deus cęlum & terrā, neq; Iosue, aut Iudicū, aut Regū libri pricipijs usi sunt, sed itidē a narratōe inceperūt. Non aūt casu, aut iustitia, nam ubi uisum est expedire, nemo melius Moyse nouit aut ualuit pricipio uti, nō solū quo possit hoīes aliquos, sed & ipsos cœlos attētos, ipsamq; terrā facere attentā, auidāq; ad audiendū, cū dicit: Audite cœli quæ loquar, audiat terra uerba oris mei. Sed & patriarcha Iacob itidē facere opportune nouit, ubi dicit: Cōgregamini, & audite filij Iacob, audite Israhel patrē uestrū. Congregamini, ut annuntiem quæ uentura sunt uobis diebus nouissimis. Plane hoc pricipiū est, attētos, dociles, beneuolos ad audiendū, filios facere gestiētis. Alias autē & in lege, & in pphetis p singula pene capitula, idem & ad hoc ipsum ualens est pricipiū, qđ dr̄: Locutus est dn̄s ad Moysen, dicēs: Hęc dicit dn̄s exercituū. ¶Porro insinuatōe, quæ altera exordij spēs est, qua tunc utendū esse dicunt, qn̄ auditoris anim⁹ alienatus, siue offensus est, siue audiendo defessus est. Mulier thecuites apud regē Dauid, cuius animū a filio suo Absalon dira causæ qualitas alienauerat, utit hoc modo. Heu mulier uidua ego sum. Mortuus ē uir meus, & ācillæ tuæ erāt duo filij. Qui rixati sunt aduersum se ī agro, nullusq; erat q eos phibere posset. Et pcussit alter alterum, & interfecit eū. Et ecce consurgens uniuersa cognatio aduersus ancillā tuā, dicit: Trade eum q pcusserit fratrē suū, ut occidamus illū pro aīa fratris sui quē interfecit & deleamus hæreditatē eius, &c. Sed qd hinc uel inde exempla quæramus, cum ipsa ore pprio incarnata sapīa hac uti dignata sit? Ait em̄: Symon, habeo tibi aliqd dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidā fœneratori. Vnus debebat denarios qngentos, & alius qnquaginta. Nō habētibus illis unde redderēt, donauit utrisq;. Quis ergo eum plus diligit, &c. Et multa scđm eundē modū. Itaq; p uelle dicētis præmisso uel nō præmisso pricipio. ¶Narratio omis in sancta scriptura, quàm est breuis, & q̄ dilucida? Arbitramur & certe nō fallimur, quia scriptorum oīm seculariū, quantumuis accurrata narratio comparatione eius fluxa, laciniosa, atq; misere obscura est. Sic breuis, sic est lucida, ut miro & pene ineffabili modo, auditorem semper oblectet, semp nouum teneat. Quodq; nō minus mirandum, sic facilis est, ut quiuis imitari se posse confidat. Sic grauis ut nullus modū eius assequi præualeat, ut proinde illud Flacci rectissime dicas: Vt sibi quiuis, Speret idem, sudet multum frustraq; laboret. Ausus idem. Et alibi: Ante caput scaberet uiuos & roderet ungues. Sæpe stilum uersans, iterum quæ digna legi sunt. Scripturus. ¶Diuisione quomodo utatur sanctus scripturæ conditor spūs, cum multa dare exempla magnifica ualeamus, unum tantū & hoc ipsum, de prælibato euangelij loco ponimus:

Rhetoricæ partes quinq;. — 2. Pet. j — Inuentio sex patribus constat. — Gene. j — Deut. 32 — Gen. 49 — Exo. 33. — Insinuatio — 2. Reg. j4 — Lucæ. 7 — Narratio in scriptura — Flaccus — Diuisio i scriptura

Dixerat

Dixerat intra se ille Symon: Hic si esset Propheta, sciret utiq; quæ & qualis esset mulier, quæ tangit eum quia peccatrix est. Hoc nimirum inter Symonem dñmq; conueniebat: quia peccatrix erat. Nam dñs libens tangebatur, Symon tactum illum reprehendebat tacitus. Diuisione ergo usus est, quia omisso quod peccatrix erat, suscepit ad defendendum quod tangebat. Vides, inquit, hanc mulierem? Intraui in domũ tuam, aquam pedibus meis non dedisti. Hæc autẽ lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit, &c. ¶Fit autẽ defensio per confirmationem, & cõfutatõem. Per confirmatõem uidelicet suæ, per confutatõem partis aduersariæ. Harum exempla ne longius abeamus, eodem ex loco sumamus. Propositõibus qppe ter binis altrinsecus per oppositionem continuo commissis, hinc pœnitentis ueram iustitiam, quæ ex fide & dilectione est, confirmat: inde falsam reprehendens iustitiam, confutat. Aquam, inquit, pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem, ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, hæc autem unguento unxit pedes meos. Quarta demum oppositio, quanta mansuetudine, uel temperantia reprehendentis inuidiam augere declinat? Ait eñ: Propter quod dico tibi: Remittuntur ei pctã multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. deniq; idem est, ac si diceret: Tu autem q ut tibi uideris, minus habes quod dimittatur, minus diligis. Et est sensus: Huic multum diligenti, multa remissione pctã remittuntur, tibi autem minus diligenti peccata tua minus remittuntur. ¶Conclusione tandem quę est artificiosus orationis terminus, non tam artificiose, quàm sapienter & iuste utitur, cum dicit: Fides tua te saluam fecit, uade in pace. ¶In confirmatione & confutatione pro magno habent illi, argumentationibus uti, & difficillimum æstimant expolire & expedite pronnntiare, quod inuenerunt. Hæc, inquiunt, res facit, ut neq; diutius quàm satis est in eisdem locis commoremur, nec eodem identidem reuoluamur, neq; inchoatam argumentationem relinquamus, neq; incommode ad aliam deinceps transeamus. Absolutissimam atq; perfectissimam argumentationem esse dicunt, quæ in quinq; partes distributa est, propositionem, rationem, rationis confirmationem, exornationem complexionem. Istud quoq; in scriptura sua, neq; ignorauit, neque aspernatus est spũs dei, quod si diligenter attendis, non paucis elucet exemplis. Siqdem manifestiora quàm plura sunt, sed nos ubi forte minus paret hæc facultas, inde nunc breuiter aliqua dare exempla cupimus. ¶Propositio est ille Psalmi octaui uersiculus: Domine deus noster quàm admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Illo eñ Propheta summatim ostendit, quid sit quod probare intendit. ¶Ratio est, quã sub duobus uersiculis, hoc modo annectit: Quàm eleuata est magnificentia tua super cœlos. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem. Istis eteñ uerum esse demonstrat, id quod intendit. s. ex eo admirabile esse nomen domini: quia Christus magnifice eleuatus, & in cœlum ascendit: Et deinde ex ore Apostolorum qui erant quasi infantes, id est, homĩes idiotæ & sine literis, perfecit laudem euangelicæ fidei, siue prædicatõis. Ratõis confirmatio est id quod subiungit: Quoniam uidebo cœlos tuos opera digitorum tuorum lunam & stellas quæ tu fundasti. Hic enim uersiculus breuiter confirmat rõnem quã exposuit. s. non adeo mirum siue incredibile esse quod ex ore infantium, dominus laudem perfecerit: quoniam qui infantes, siue lactentes fuerant, accepto spũ sancto, facti sunt cœli, in quorum fide, luna & stellæ, id ẽ, ecclesia, & quicq; electi potuere fundari. ¶Exornatio est, quæ sequentibus continetur uersiculus: Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam uisitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Oĩa subiecisti sub pedibus eius, oues & boues uniuersas, insuper & pecora campi. Volucres cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Istis etenim uersiculis insigniter honestauit, & collocupletauit rem copioso ornatu pietatis admirando magnitudinem dignatõis, quomodo hoĩem tam longe inuidia diaboli ab æternitate deiectum tantopere requisierit. ¶Complexio est uersus prior repetitus: Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Isto eteñ concludendo breuiter recolligit partes argumentationis. Et hæc quidem perfecta quinque partium argumentatio confirmantis est. Confirmat enim admirabile esse in uniuersa terra nomen domini. ¶Sequenti uero Psalmo ab eo uersu quo dicit: Exurge domine non confortet homo, usque ad eum, quo ait: Exurge domine deus exaltetur manus tua: Item, si rite perpendas, perfecta quinq; partium confutantis argumentatio est. Confutat enim inimicum hominem peccati, filium perditionis, ut ait Apostolus: Qui extollitur supra omne, quod dr̃ deus aut quod colitur. Cæterum est ubi uel unde breuiores, id est, una aut duabus sublatis partibus fiant argumẽtationes .s. ubi breuior est dicenda res, quæ facile memoriæ commendatur. Tunc enim exornatio prætermittenda est, si parum locuples ad amplificandum, & exornandum res esse uidetur. Sin autem res & tenuis & humilis est, tunc & exornatio & complexio prætermittenda sunt. Istæ uero tanta copia in scripturis nostris inueniuntur: ut ulla dare exempla superfluum putemus, præsertim cum iuxta propositum satis dictum sit, & nos ad alia properemus.

Lucæ.7 | Defensiõ | Confutatiõ | Argumentatione utũtur rhetores | Propositiõ Psal.8 | Ratio | Rationis cõfirmatio. | Exornatiõ | Complexiõ | Confirmatiõ Psal.9 | 2.Thess.2

Causarum tria gña rhetorices i scriptura

Porro tria genera causarum, scilicet demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale: isti quoque oratores siue iuentores nostri receperunt. Neq; eñ parumper agunt de alicuius imo q̃ plurium certarum personarum laude uel uituperatõe, quæ partes demonstratiui generis sunt: uerbi gratia, quando laudatur deus, uel uituperatur diabolus. Item, non parum aut raro resonant suasionem & dissuasionem, quæ partes deliberatiui generis sunt, uidelicet suadendo bonum, dissuadendo malum. Item, persæpe accusationem tractant, atq; defensionem, quæ partes iudicialis generis sunt, accusando uidelicet iniustum, defendẽdo iustũ: ut exempli gr̃a in Apostolo cum accu-

Roma. 5 satur iniustitia unius hominis per quam pctõres constituti sunt multi, & defenditur iustitia unius hominis per quam iusti constituuntur multi. ¶ Eas quoq; quas dicunt constitutões, coniecturalem legitimam, iuridicialem, nullus unquam secularium sic iuste, sic sapiẽter egit, aut agere potuit, quomodo in sanctis de q̃bus loquimur scripturis, agitur. Nam coniecturalis est, cum de fa-

Exo. 22. cto controuersia est, hoc modo: Commendauit aliquis proximo suo asinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad custodiam, & forte mortuum est, aut debilitatum, aut captum ab hostibus, sed nullus hoc uidit. Quid ergo fiet? Iusiurandum, inq̃t, erit in medio, quod non extenderit manum ad rem proximi sui, suscipietq; dominus iuramentum, & ille reddere nõ cogetur. Et multa similia. ¶ Legitima uero est, cum a scripto, aut e scriptis aliquid controuersiæ nascitur, hoc modo. Putabant Iudæi sese fideliter adimplere diuinam scripturam sanctæ legis, offerendo incen-

Hiere. 7 sum & manducando carnes sacrificij. Sed quid? Holocaustomata uestra additæ uictimis uestris & comedite carnes: quia non sum locutus cum patribus uestris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocaustomatum & uictimarum. Sed hoc uerbum præcepi eis, dicens: Audite uocem meam, & ero uobis deus, & uos eritis mihi populus, & cætera. Verum multo maxime Apostolus ad Hebræos, scribens: In hac constitutõe consistit, uoluntatem scriptoris imo dei cum scripto siue litera, cui solus Iudæus innititur conferens, aut lr̃æ præferens, satisq; intelligibiliter atq; probabiliter uoluntatẽ prædicti scriptoris exponens. ¶ Iuridicialis est, cum factum conuenit, id est, factum esse non negatur, sed iure, an iniuria fit, quæritur. Huius aũt partes duæ sunt, quarum una absoluta, altera assumptiua nominatur. Absoluta in iudicijs domini oĩno dãnat. Dr̃ eñ absoluta cum id ipsum quod factũ est, recte factum esse dr̃, ita ut aliud nihil foris assumatur. Porro a dño nihil quod recte factum sit, quasi nõ recte factum quæritur. Damnabilis ergo est apud ipsum est hæc pars, ueniamq; non meretur, & ea est huiusmodi. Quæ est

j. Reg. 15 inquit Samuel, hæc uox gregum, quæ resonat in auribus meis, & armentorum quam ego audio? Ac deinceps: Quare ergo non audisti uocem dñi, sed uersus ad prædã es, & fecisti malum in oculis dñi? Et ait Saul: Imo audiui uocem dñi, & ambulaui in uia per quam misit me dñs, & adduxi

Assumptiõis partes q̃tuor

Agag regem Amalech, & Amalech interfeci, & cætera. ¶ Altera pars est assumptiua, apud deum in iudicijs eius, partim suscipitur, partim damnatur. Sunt eñ partes quatuor concessio remotio criminis, translatio criminis, comparatio. Concessio criminis apud illũ nõ solũ suscipit, uerũ pene sola hæc uel maxime hæc suscipitur. Cõcessio nanq; est, cum reus postulat sibi ignosci. Deniq; omnes apud illum sumus rei & hæc omnis pacis nostræ uia est, & maxime iustus est qui ma-

Prouer. 18 Concessionis duæ partes.

xime concedit, & maxime sibi postulat ignosci, iuxta illud: Iustus in principio accusator est sui. Sunt autem huius concessionis partes duæ, altera deprecatio, altera purgatio. Deprecatio est, cũ se, & consulto fecisse & peccasse reus confitetur, & tamen postulat, ut sui misereatur: ut exempli

Psal. 50. gratia Dauid: Tibi soli, inquit, peccaui, & malum coram te feci. Purgatio est, cum consulto negat reus se fecisse, id est, aut per imprudentiam, aut per fortunam, quam nos rectius euentum dicimus, aut per necessitatem. Per imprudẽtiam hoc modo: Venit deus ad Abimelech, per somni

Gene. 20 um nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem quam tulisti, habet eñ uirum. Abimelech uero non tetigerat eam. Et ait: Domine, num gentem, & iustam ignorantem, interficies? & cæte-

Leuit. 10 ra. Per casum uero siue per euentum, quod illi per fortunam dicunt hoc modo: Iratusq; Moyses contra filios Aaron qui remanserant, ait: Cur non comedisti hostiã pro pc̃tõ in loco sancto, q̃ sancta sanctorum est? Respondit Aaron: Oblata est hodie uictima pro pc̃tõ, & holocaustum coram domino. Mihi autem accidit, quod uides. Quomodo potui comedere eam, aut placere domino in cærimonijs mente lugubri. Per necessitatem hoc modo: Cur Iepthe uestimenta tua sci

Iud. 11. disti? Heu filia mi, inquit, decepisti me, & ip̃a decepta es. Aperui eñ os meum ad dominum, & aliud facere non potero. Nam per necessitatem uoti, quia os suum aperuit, dicens: Quicunq; primus fuerit egressus, de foribus domus meæ, mihiq; occurrerit reuertenti cum pace a filijs Am-

Iepthe occidẽdo f liã, uoti necessitate excusatur.

mon, eum holocaustum offeram dño: per necessitatem in quam uoti purgatur, & excusatur, qui filiam occidit offerendo, & in Cathalogo sanctorum, qui per fidem uicerunt regna, meretur cõputari. Item Dauid sanctificatum panẽ dãte Achimelech sacerdote, suscepit, & comedit, & quia

Matth. 12 Mar. 2

propter necessitatem hoc fecit, purgat & excusatur, cum dñs dicit: Non legistis, quid fecerit Dauid quando esurijt, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domũ dei & panes ꝓpositiõis comedit, quos non licebat ei edere, neq; his qui cum eo erãt, nisi solis sacerdotibus. Et subinde: Si autẽ sciretis quid est, misericordiã uolo, & non sacrificium, nunq̃ condemnassetis innocẽtes. Itaq; cõ-

cessio

cessio partesq́ concessionis, deprecatio & purgatio suscipiuntur in iudicijs dei. ¶Comparatio quoq; criminis hoc modo: Tu Paule q dixisti: Si circumcidamini Christus uobis nihil proderit, Cur Timotheum circumcidisti, itemq́ assumptis uiris purificatus, cum illis intrasti in templum annuntians expletionem dierum purificatōis, donec offerretur pro unoquoq; eorum oblatio? Propter uitandum, inqt, periculum maioris criminis, uidelicet, quia audierant de me, ꝙ discessionem docerem a Moyse, quod falsum erat: quia cum Moyse sum in spū & ueritate, sed hoc demonstrari non poterat rōne, demonstraui non sine aliqua criminis similitudine. ¶Translatio uel remotio criminis, quæ duæ sunt, ex quatuor partibus assumptiuæ, quæ pars erat altera iuridicialis constitutōis, sapientibus ubiq; uitanda est in iudicio dei, quia uidelicet ex ipsis est origo, uel incrementum pcti. Dixit eñ deus ad Adam: Quis indicauit tibi, ꝙ nudus esses, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi, ne comederes comedisti? Et ille: Mulier, inquit, quam dedisti sociam mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Hæc ille dicens, crimen a se transferre uoluit. Translatio nanq; criminis est, cum fecisse nos non negamus: sed aliorum pctis coactos fecisse dicimus Item: Dixit dñs deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Quæ respondit. Serpens decepit me, & comedi. Hæc dicens nimirum non a se amouere, sed culpam ipsam, id est, criminis causam uoluit. Remotio nanq; criminis dr, cum a nobis non crimen sed causam ipsam amouemus, & uel in hominem transferimus, uel in rem quampiam conferimus. Sed qualem in personam, mulier crimē transtulit, si tamen persona meretur dici. In serpentem siue spūalem, id est, diabolum siue terrestrem, id est, colubrum. Qualem in rem? In serpentis deceptionem. Verum hæc translatio non purgat, sed contaminat, non absoluit, sed inuoluit. Qualis eñ fuit decipientis pollicitatio serpētis? Nequaquam, inqt, morte moriemini, scit eñ deus quod in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri & eritis sicut dij. Dicat mulier, serpentem non solum suasisse, sed & talem quoq; rationem ostendisse, cur deberet comedere. Nonne crimen auget, criminis tali remotōe? Recte igitur dixerimus, translatōem siue remotōem criminis, nequaq̄ de sancta scriptura quæri uel inter uos & deum constitui, sed & comparatōem uix, concessionem aūt semp, & maxime deprecationem, quæ una & melior est ex duabus partibus concessionis.

Comparatio
Gala.5
Acto.16

Translatio uel remotio

Gene.3.
Trãslatio criminis illicita in scriptura

¶De dialectica, ꝙ ipsa quoq; in scriptura sancta sit, & maxime in principio Geneseos, ubi genera & spēs ipsis nominibus proferuntur, differentiæq́ & accidentia & syllogisticauis non negligitur. Ca. XIII.

PORRO dialecticam, nunqd ostentari, aut liberius efferri decebat coram sanctarꝝ scripturarum opifice dei sapīa? Attamen & ipsa illic est, & coram illa, dña sua mandati operis partes exequens, uigilantior assidet, & ueritatē inuestigat. Nunqd super hoc, qsquam dialecticæ artis alumnus sanctæ scripturæ parietes, uel primā ianuā ingressus dubitat? Primū hoc asserere licet, quia genus, & differentia, spēs, & ꝓprium, atq; accidens, quæ sapientes seculi, ꝓ magnis atq; arduis habent, quasi prima huius scripturæ incipientis elemēta sunt. Sic eñ scriptū est: Germinet terra herbā uirentem, & facientē semen, & lignū pomiferꝝ faciens fructū iuxta genus suū. Item: Protulit terra herbam uirentem, & afferentem semen iuxta genus suum, lignumq́ faciens fructum, & habens unumquodq́ semen secundum spēm suam. Et infra: Creauitq; deus cœte grandia, & oēm aīam uiuētem atq; motabilē quā ꝓduxerant aquæ in spēs suas, & oīne uolatile secundum genus suum. Et subinde: Producat terra aīam uiuentē in genere suo & iumenta & reptilia, & bestias terræ, scdm spēs suas. Et fecit deus bestias terræ, iuxta spēs suas, & iumenta, & omne reptile in genere suo. Genera ista, & spēs istæ sine dubio sunt, de qbus apud philosophos sermo est, q & genus describentes assignauerunt, genus esse dicentes quod de pluribus differentibus specie in eo ꝙ qd sit p̄dicat. Spēm quoq; assignantes dixerunt, quia spēs est quæ ponitur sub assignato genere, & de qua genus in eo ꝙ qd sit p̄dicat. Siue ita: Spēs est ꝙ de pluribus differentibus numero in eo ꝙ quid sit p̄dicat. Sed hæc quidem inquiūt, assignatio specialissimæ est, &c. ¶Dicamus ergo, ꝙ in ipa sanctæ scripturæ lr̃a, & simplices sit qd mulceat, & sapiētes, aut philosophos, qd exerceat. Arbitramur eñ non minus ad hanc scripturā, quā ad eā quæ est apud Aristotelē p̄dicamētorꝝ doctrinā esse necessariā, quid sit genus, & quid differētia, quid spēs, & qd ꝓprium, & qd accidens. Cum eñ dicit lignū pomiferū faciēs fructū iuxta genus suū, & habens unumquodq; semen scdm spēm suā: lignū utiq; genus esse cōstituit, & cū dicit pomiferꝝ siue faciens fructū, differētiam ponit, quæ addita generi. s. ligno spēm ligni, id est, arborem constituit. Lignū nanq; tanq̄ genus ꝑ differentias oppositas diuidit, dicendo pomiferꝝ siue faciens fructū, & addendo, & habens unumquodq́ semen, siue cuius semē in ipo sit. Aliud nanq; est facere fructum, aliud habere semē tātū. Eadem diuisione Psalmista in laudibus dei, dixit: Ligna fructifera & omnes cedri, nisi ꝙ spēm pro differētia posuit, id est, cedrū ꝓ non fructifero ligno: lignū itaq; duntaxat fructiferū arborē: nam lignum non fructiferꝝ arbor dici non consueuit. Vnde nostris temporibus qdam claræ memoriæ, excellentisq́ ingenij satis eleganter lusisse fertur, iacens in lectulo. Ait eñ: Ligneus est lectus, nulla tamen arbore sectus. Soluere q poterit, soluat, & eius erit Verum eñ dixit, quia uidelicet lectulus de ligno quidem erat, sed de fructifero ligno non erat

Genus, spēs, differentia, ꝓpriū & accñs in scriptura.
Gene.1
Genus

Genus quid
Spēs

Spās.

Psal.148

Lignū nō ferens fructum non dr arbor

& idcirco ueraciter de nulla arbore fectus erat, quia nimirum ficut iam dictum eft, nõ quodlibet lignũ, fed lignũ fructiferum arbor eft. Lignũ itaq; genus eft, etenĩ de pluribus differentibus fpecie prædicaṫ. f. de ligno fructifero, fiue faciente fructum, & de ligno infructifero, fiue non afferẽte fructũ, fed femen tñ. Et hoc animatũ qdem corpus, fed nondũ fenfibile eft, uel effe dṙ. ¶ Porro animati pariter, & fenfibilis corpis. i. aĩalis, fiue animæ uiuentis: fubinde diftinguunṫ differentiæ ac fpẽs dum dṙ. Producant aquæ reptilia aĩæ uiuentis, & uolatile fup terrã, &c. Cum enĩ primum dṙ, producant aquæ reptilia anĩæ uiuentis, & poftmodũ fubdiṫ, producat terra aĩam uiuentem, multo melius, multo rectius fcdm hanc fcripturã digniffimã, genera ac fpẽs fiue differentiæ fubordinanṫ, q̃ ordinauerit Porphyrius, q cum fubdiuidendo ufq; ad conftitutionẽ anĩalis deueniffet, continuo aĩal per differentias rõnalis, atq; irrationalis itemq; mortalis, & immortalis fubdiuifit: hæc autẽ facratiffima feries lectionis fic diuidit, ut aĩalis aliud fit quod aqua, aliud qđ terra producit. Et primũ quidem eius quod aqua ꝑducit, tres differẽtias fubdiuidit, fiue tres fpẽs conftituit, fubdiuidendo, uel dicendo, uolatile fup terrã, fub firmamẽto cœli: &, creauitq; deus cæte grandia, & omnẽ aĩam uiuentẽ, atq; motabilem quã ꝑduxerant aquæ. Volatile nãq; in hoc a cæteris quæ ꝑduxerant aquæ, differt: ꝙ fup terram exiuit, & nunc uolat fub firmamẽto cœli: cœte autem grandia, cum in aquis remanferint in hoc differunt, ꝙ p fœtũ ueniunt: nam plurima ueniunt p ouum. De hac tertia differẽtia uenientiũ per ouũ, cum dicit, in fpẽs fuas, fubaudiendũ eft fubalternas quæ nimiꝝ dinumerari nõ poffunt. Deinde uero eius anĩæ uiuentis quã terra ꝑducit, dum fic loqtur, ꝑducat terra aĩam uiuentẽ in genere fuo, iumenta & reptilia, & beftias terræ fcđm fpẽs fuas: & deinde faciamus, inqt, deus hoĩem ad imaginẽ & fimilitudinẽ noftrã, illa eft diuifio anĩalis qua illud Porphyrius diuidit: terreni ꝗppe anĩalis, aliud eft rõnale, aliud irrationale iuxta ueritatem fiue efficientiã potentiffimã huius dictõis dei. Rationalitas ꝗppe hoĩs in eo eft, ꝙ ait: Faciamus hoĩem ad imaginem, fiue creauit deus hoĩem ad imaginem fuam. Cæteꝝ fubdiuifionem rõnalis qua illud in mortale, & in ĩmortale diuidit, fcriptura ifta non tradidit. Neq; enĩ aut angelos q funt immortales anĩalia dicere confueuit, aut folem & lunam, ftellasq; anĩalia immortalia, aut ullo modo effe aĩalia, uel aĩas habere credidit, aut conceffit. ¶ Libet nunc fcđm feriẽ facrę huius lectõis a genere generaliffimo. i. a fubftãtia ufq; ad fpẽm fpecialiffimã. i. hoĩem ꝑgredi ordine quo ipfa nos ducit. Subftantia, inquiunt, eft quiddam, & ipfa genus, fub hac corpus eft. Nos autẽ fecundum uerba fcripturæ huius dicimus, quia fub hac eft hinc terra, & inde cœlum. Nam in principio creauit deus cœlum & terram. Terra autem eft oĩs corporea fubftantia, id eft corpus uidelicet oĩe quod corporeis oculis confpicitur. Nam cœlum patria eft fpirituum, quo licet corpora noftra tansferẽda fperemus, ꝓceffit enĩ cum carne fua Chrus, tñ corpus non eft, qa corporeis mortaliũ oculis non uideṫ. Ergo fub fubftãtia corpus, fub corpore palpabile corpus, fub palpabili folidum fiue ĩmobile corpus, fub folido aĩatum corpus, fub aĩato corpore anĩal, fub anĩali terrenum, fiue terreftre aĩal, fub terreftri rõnale aĩal. Solidum atq; ĩmobile corpus, fub corpore palpabili conftituitur: nam & aqua corpus qdem palpabile, fed non folidum aut ĩmobile ẽ. Et hoc. f. folidum corpus arida eft, quæ iam ꝓprie dṙ terra, dicente deo: Congregenṫ aquæ quæ fub cœlo funt in locum unum, & appareat arida. Et continuo: Factumq; eft ita. Et uocauit deus aridam terram. Quo ufq; fcriptura hæc nos duxit. f. ufq; ad rõnale aĩal. i. hoĩem proceffimus, diuifionem rõnalis relinquentes, quæ, qa ab hac fcriptura, ficut fupra dictum eft, non traditur a lectoribus eius iure relinqtur. Itaq; homo terreftris aĩalis fpẽs eft, & eius drña, infigniter exprimitur, cum dṙ: Et creauit deus hoĩem ad imaginem fuam, ad imaginem dei creauit illum. Porro cũ dṙ: Formatis igitur dñs deus de humo cunctis aĩantibus terræ, & uniuerfis uolatilibus cœli, adduxit ea ad Adam. Et fubinde: Adæ uero non inueniebaṫ adiutor fimilis eius non folũ drña, fed & propriũ hoĩs ut edatur cõpetenteꝛ exigitur: qa uidelicet debuit fcire fcriptor, cum hæc diceret: qđ proprium fit hoĩs, in quo maxime difcernitur, & non inuenitur fimilis eius. Dicimus ergo hic oportune, caufa exigẽte, qa folus homo difciplinæ pceptibilis eft, & folus bipes, ita ut capite fublimi, rectaq; ftatura, cœlum fpectet, & ꝙ rifibilis eft, & qa ꝙ fcđm huius fcripturæ authoritatem recte dicimus, folus inter cuncta aĩalia, non folum mentem rõnalem fed & linguam ad loquendũ habet. ¶ Vltimũ eoꝝ quæ pofuerunt, accñs eft: Accñs autem hoĩ maximũ, & de quo fanctæ fcripturę authori fancto fpũi, maxima & non indigna cura, pctm̃ eft, & mors pœna peccati. De hoc enĩ oĩs fcriptura diuinitus ĩfpirata fummoꝑe concertat, ꝙ uere accñs fit, conteftans ꝙ deꝰ hoĩem rectum fecerit, ꝙ deus mortem non fecerit. Et hoc ex eo, quem nunc tetigimus fcripturæ loco defendit ueritas, cum dicit: Erat autem uterq; nudus Adam. f. & uxor eius, & non erubefcebant. Et fubinde: Vidit igitur mulier ꝙ bonum effet lignum ad uefcendum, & pulchrum oculis, afpectuq; delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit, deditq; uiro fuo. Qui comedit, & aperti funt oculi amborum. Cunq; cognouiffent fe effe nudos, confuerunt folia ficus, & fecerunt fibi perizomata. Et infra: Multiplicabo, inqt, ærumnas tuas, & conceptus tuos. Ad uirum autem: In fudore, inqt, uultus tui, uefceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua fumptus es, qa puluis es & in puluerẽ reuerteris. Itaq; fi nõ fabulas gentiliũ aut hæreticoꝝ, fed ueritatẽ fcripturæ attẽdas ma

Margin notes: Differentia Gene. 1. — Anĩal in mortale & ĩmortale diuidere fcriptura nefcit. — Subftantia Gene. 1. — Subftãtiæ ptitio. — Drña hoĩs ĩfigniter explicita. Gene. 2. — Proprium — Propriũ hoĩs — Accñs homis pctm̃ & mors — Gene. 2. — Gene. 3.

dasma

das malum non ex substantiali aliqua essentia, sed ex accidenti est, id est, non duo principia, boni & mali erant uel sunt, ut bona a bono, & mala a malo principe subsistant. Constat em ex hoc uel ex his maxime locis malum omne: i. tam mortem aiæ, de qua dictum est, in quocunq; em die comederitis ex eo, morte moriemini, quã mortẽ corpis, omesq; dolores, quorũ prior est, de quo dr: In dolore paries filios tuos, ultimamq; pœnã, siue dolorẽ corpis. i. mortem eius, de qua dixit: Quia puluis es, & in puluerem reuerteris: constat, inquã, cuncta hæc hoi accidisse, præeunte accidente maximo. i. pctõ. Prius em condita erat substantia: prius, inquã, formauerat dñs deus hominem de limo terræ, & inspirauerat in faciẽ eius spiraculum uitæ, & posuerat eum de paradiso uoluptatis, quẽ plantauerat, & erat uterq; nudus Adam. s. & uxor eius, & non erubescebant: qa uidelicet causa, cur erubescerent nondũ accesserat. Itaq; malum nõ substãtiale qd, sed accidentale siue actuale est, & penitus nulla est creatura siue uisibilis siue inuisibilis, quæ possit mala intelligi p naturã. Magnũ uere & negotiosum accñs, circa qd uel, pter qd studet, & occupaĩ, qcunq; uere est sapiẽs, a cuius discussione nemo uacat, nisi insipiẽs, & hic est ois quæ a deo est sapiæ finis studere, & satagere, quatenus hmoi accñs subiecto abesse possit. Etem propter hoc uenit de cœlo, & incarnata est, & magnã scholã. i. sanctã ecclesiã serio istituit, in hoc mũdo ipa sapia dei. Cæterũ de accñtibus leuissimis, uerbi grã, dormitõis, siue coruinæ, aut æthyopicæ nigredinis, seu cuiuslibet coloris agere uel disputare, nõ est occupati animi, & circa necessariũ uitæ negotiũ soliciti, neq; ad ista descendere, uacat sanctæ illi philosophiæ quæ de cœlo uenit. Sapiẽtibus huius seculi, q apud deũ stulti sunt, ista reliqt. Qui nimirũ, qa magnũ illud accñs. i. pctm uel pœnã pcti cognoscere dedignati sunt, eodẽ cõtemptu quo cũ cognouissent deũ, nõ sicut deum glorificauerũt, aut grãs egerũt, idcirco tã inopẽ, tãq; angustã accñtis definitõem dederũt. Accñs inqt est, qd adest, & abest pter subiecti corruptõem. Deniq; tali definitõe nequaq̃ illud accñs cõprehenderunt, qd subiectũ. i. hoiem oino corrũpit, imo destruit, ita ut reuertaĩ in puluerẽ, & ut sicut Psalmista deplorãdo cõcedit, cõcedendo deplorat: mane sicut herba trãseat, mane floreat & trãseat, uespere decidat, induret, & arescat. Sane oim accñtiũ uniuersam multitudinẽ a creatore sancta scriptura uel creator ipe a semetipso remouet, cũ dicit ad Moysen: Ego sum q sum. Sic dices filijs Israhel: Qui est, misit me ad uos. Propterea cũ de accñtibus hoies tractãt, q accñtalibus miserijs subiacẽt & idcirco nõ sunt, quia pmutanĩ & nunq̃ in eodẽ statu pmanẽt, nunq̃ creatorẽ in turba sua constringere psumant, q̃uis & de illo in sancta scriptura pleraq; dici uel pdicari audiãt significantia quantitatẽ, qualitatẽ, relatõem, ubi, qñ, situm, habitũ, facere, pati. Etem magnus dr deus, siue immensus, non q aliqñ fuerit paruus siue mensuræ alicuius, & bonus, nõ q potuerit esse aliud q̃ bonus: pater filij uel filius pris, nõ q aliqñ uel hic nõ pater, uel hic non fuerit filius, & in loco esse dr, nõ q de loco ad locũ trãseat, cum sit incircũscriptus: & hodie genuisse dr, cum nunq̃ fuerit quando nõ esset uel hic pr, uel hic nõ fuerit filius, & sedere dr, nõ q sicut Humaniformij putãt, forma talis sit, ut uel extendaĩ, uel complicetĩ, & indutus uestimẽto dr, qui cum corpus nõ sit, sine dubio nec panis constringitur: sed & requiescere, uel requieuisse scribiĩ, qui semp fuit, & est quietus, & patiens esse, qui nullus subiacet passionibus, sed hoc ipm semp est, qd semp fuit, & nunq̃ mutatur quippe q non formatus est, sed tantũ forma carẽs est materia, unde & nullis subiacet accñtibus.

¶ Huius artis utilitas & uirtus, tota ostenditur in syllogismis, quorũ cõclusio plurimũ lectorẽ adiuuat, ad ueritatẽ inuestigandã tantũ, ut absit illi error decipiendi aduersariũ p sophismata falsarum cõclusionũ. Quis autẽ oim seculariũ, ita ut hæc sancta scriptura fortiter ac suauiter nouit aut potuit nodosum texere aut stringere syllogismũ? Ne longius abeamus, hic in isto capite libri sic ppositũ est: In pricipio creauit deus cœlũ & terrã. Hic sine dubio deus est subiectũ, creauit cœlũ & terrã, est prædicatũ. Tunc autẽ ppositioni cõcedendũ est, qñ prædicatũ subiecto cohærere pspicuũ est. Concedit ergo fides, etem non ad infideles sed ad fideles & contra ifideles huic scripturæ sermo est. Assumptio seqtur continuo, cum dicit: Terra autẽ erat inanis & uacua, & tenebræ erant sup faciẽ abyssi, & spũs dei ferebaĩ sup aquas, &c. Quid hac assumptõe spectabilius, ubi scriptor illud, qd assumaĩ, sic pponit, ut simul oñdat rem. i. illã quæ in creando fuit assumptionẽ materiæ iformis, qũo creator q de nihilo creauerat ad opandũ, ad faciẽdas & distinguendas formas illã assumpserit? Seqtur em: Dixitq; deus: Fiat lux, &c. Tandemq; sic cõcludit. Igitur pfecti sunt cœli & terra, & omis ornatus eorũ. Plena est diuinæ scripturæ pagina, tam pfectis syllogismis, quorũ breuitate maxime rhetores delectantur.

¶ De Arithmetica, quod ibi sit, & quod multa mysteria numerorum ratione colligantur. Caput XIIII.

Arithmetica. i. numerorũ rõ, in multis sanctarũ scripturarũ locis, qntũ mysteriũ habeat, elucet. Nõ em frustra in laudib' dei dictũ ẽ: Oĩa in mẽsura & numero, & põdere fecisti. Senarius nãq; q partibus suis pfectus ẽ, pfectionẽ mundi qdã numeri sui significatõe declarat. Silr & .xl. dies qbus Moyses & Helias, & ipe dñs ieiunauerũt, sine nũerorũ cognitõe nõ intelligiĩ. Sic & alij in scripturis sacris existũt numeri, quorũ figuras nõ nisi huius artis sciæq; periti soluere possumus, Datum est etiam nobis ex parte aliqua, sub numerorũ consistere disciplina, qñ horas

Manichæorũ figmẽtum

Gene. 2.

De accñtibus leuissimis sacra scriptura curat

Roma. I.

Psal. 89

Exo. 3
Iob. 14

Accñtalia quomodo de deo dicantur

Syllogismi in scriptura insolubiles

Gene. I

Sapiæ. II
Numeri obseruati in scriptura sacra

per eã discimus, qñ de mensiũ curriculo disputamus, quãdo spatiũ anni redeuntis agnoscimus Per numerũ quidẽ ne confundamur, instruimur. Tolle nimirũ in rebus omnibus, & omnia pereunt. Adime seculo compotum, & cuncta ignorantia cęca complectitur, nec differre potest a cæteris animalibus, qui calculi nescit rationem.

¶ De Ceometria, ꝙ multa scd͠m illam disciplinã in scripturis inueniantur.

Caput XV.

Geometricæ uocabula in scripturis.

Aegyptij Geometrię inuẽtores

GEometricæ disciplinę multa sunt in scripturis sacris uocabula, scilicet digitus, palm⁹ cubitus, pes passus, stadiũ, miliare, & cætera talia. Verũtamen hæc disciplina magna ex parte curiositatis uitio denotatur, & pro parte illa nusquã in sacris uerbi dei rationibus recipitur. Primũ quippe ab Aegyptijs reperta dicitur, ꝙ undante Nilo, & oĩbus possessionibus eius limo obductis, initiũ terræ diuidendæ per lineas & mẽsuras nomen arti dedit, qui deinde longius acumen sapientiũ profecti, & maris & cœli & aeris spatia metiuntur. Nã prouocati studio, sic cœperũt post terræ dimẽsionẽ & cœli spatia quærere, quãto interuallo Luna a terris, a luna Sol ipse distaret, & usq; ad uerticẽ cœli quãta se mẽsura distẽderet, sicq; interualla ipsa cœli, orbisq; ambitũ per numerũ studiorũ ratione probabili distinxerũt. Sed qa ex terræ dimensione hęc disciplina cœpit, ex initio sui & nomen seruauit. Nam Geometria de terra & de mensura nũcupata est. Terra em̃ græce Ge uocatur, metra mensura. Sed qd hæc ad uerã utilitatẽ? Quo nobis scire uel opinari, quãtis a terra stadijs subleuat⁹ sit globus lunæ aut solis, quanto superet magnitudinem terræ magnitudo solis, quotue terra ipsa tendat stadijs. Hęc ergo pars cura uel studio uere sapiẽtia digna nõ fuit. Cęterũ & pro parte hæc eadem disciplina apud eandẽ scripturarũ fuit acceptabilis. s. in construendo quippiã ad pceptũ domini cõmode

Gene. 6.

& rationalibus mẽsuris. Exẽpli gratia: Fac ti bi arcã (inqt) de lignis leuigatis, mãsiunculas in arca facies & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus, & sic facies eã. Trecentorũ cubitorũ erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorũ latitudo, & triginta cubitorꝝ altitudo illius. Rationabilis quippe dimensio est, exceptis profundioribus quæ nos latẽt mysterijs, ubi latitudo sexta est longitudinis, & altitudo decima est portio eiusdẽ longitudinis. Quinquaginta nãq; sexta est ps trecentorũ, & triginta decima est pars trecentorꝝ. Habetq; hæc figura similitudinẽ quandã humani corporis, qa uidelicet corpus hoĩs prostratũ uel supinatũ in longitudine sexies latitudinẽ sui, & decies habet altitudinẽ sui. Multa itidẽ in cõpositione tabernaculi, multa in constructiõe templi utiliter considerantur, quæ pter structuræ ipsius rationabilẽ modũ aliqd innuunt, unde diligentis animus lectoris utiliter magis ædificetur.

Humani corporis mẽsura

¶ De musica, ꝙ & ipsa ualde familiaris sit scripturæ sanctæ.

Caput XVI.

Musicæ inuẽtor Tubal Gene. 4.

MVSICA uero nũquid peregrina est ab ista de qua loquimur scriptura sancta? Imo familiaris ualde apud eã, & consecretalis uernacula, atq; præ alijs officialis magisq; est necessaria. Huius repertorem Moyses dicit fuisse Tubal, qui fuit de stirpe Cain ante diluuiũ. Verum ad famulatũ sapientiæ, ad adiutoriũ siue cooperationẽ cœlestis doctrinæ, per pręcipuum prophetarum Dauid, hãc spũs sanctus introduxit. Grãde quippe impendebat negotium atq; certamen uerbo dei, scilicet iuuenilem petulantiã mũdi lasciuiẽtis terrere atq; coercere metu inferni, nimũq; carnales amatores pſentis seculi excitare in amorẽ regni dei, nudo sermone & noĩbus proprijs, qd scriptor legis non fecit Moyses. Nusquam enim uerbis, palam lex, regnum dei repromisit, aut pænas cõminata est inferni, excepto dumtaxat quod in cantico Deuteronomij. Ignis (inquit) succẽsus est in furore meo, & ardebit usq; ad inferni nouissima, sed præuaricatoribus, ista quidẽ cõminabatur famem, gladium, pestilentiam & malas bestias, obediẽtibus autem terram lacte & melle manantem, terrã de cuius montibus æris metalla foderentur promittebat. Per os prophetæ & regis huius, orare primũ cœpit spiritus sanctus, gemitibus inenarrabilibus, claro sermone res exprimens, ut homo de inferno erueretur, & regnum dei consequeretur, ideoq; ad rem tantam, tamq; necessariam rudes eatenus audito res attenti, dociles ac beneuoli redderentur, sonora adhibuit instrumẽta cum hymnisona uocis melodia, sonum tubæ, psalterium & cytharam, cordasq; & organum cymbala bene sonantia, cantans domino misericordiam & iudicium, non ignorans numerũ ipsum, in quo uis musicę consistit, quẽ & pythagoras apud græcos postea reperisse fertur ex malleorꝝ sonitu Nec mirũ cũ & longe ante Dauid, mira & uenerabili ratiõe, Abrahã & misericordiã & iudiciũ domino cantauerit, non uoce organica neq; instrumentis, sed tantum proportionabilibus numeris, in quibus uis musicæ cõsistit. Dixerat enim dominus: Si inuenero in Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. Tunc ille ingressus colloquiũ & in humilitatis suæ, magnitudine hñs fiduciã, qd (inqt) si minus quinquaginta iustis quinq; fuerint? Delebis propter quinquaginta quinq; urbem uniuersam. Ac deinceps: Sin autẽ quadraginta inuenti fuerint, qd facies? Quid si ibi inuẽti fuerint XXX? Quid si ibi inuẽti fuerint XX Quid si ibi inuenti fuerint X? Et dominus ad singula respondẽs, nõ delebo (inquit) si inuenero ibi

Deute. 32.

Dauid quur musicis istrumentis usus.

Pythagoras.

Musice uis in nũmeris consistit.

Gene. 18.

ibi XLV. nõ percutiam propter XL, nõ faciã si inuenero ibi XXX. nõ interficiã propter XXI nõ delebo propter X. Nũqd casu Abraham taliter nũeros diminuebat, & nõ potius filios suos misericordiã & iudiciũ dño cãtare docebat. Sic nãq; diuisit sic diminuit proportionabiliter, ut nullã earũ proportionũ, q̃ musicos reddũt sonos omitteret. Deniq; XLV ad XL epogdoo. i. sequioctaua proportione tonũ efficiũt, XL ad XXX collati epitritũ. i. sesquitertiũ efficiunt, & diatessaron reddũt. XXX ad XX Ennolion. i. sesquialterũ faciũt, & sonũ diapẽte reddũt. XX ad X dupli sunt, & maximã symphoniam diapason efficiũt. XXX ad X tripli sunt & diapason cum diapente reddunt. XL. uero ad X. quadrupli sunt, & bis diapason efficiunt. Cum itaque nulla proportionum musicarũ in istis desit numeris, nõ est arbitrandũ q̃ homo tantus, præsertim cum deo loquens, casu sine ratione, & quomodo in buccam uenerunt ita eos decerpserit. Plurima hinc dici poterant, sed hoc præsentis propositi non est, & nos ad finem tendimus. Abrahã musice numeros obseruauit.

¶De Astronomia, q̃ ipsa quoq; ibi sit, & astronomię & astrologiæ distantia est. Ca. XVII.

ASTRONOMIÆ quoq; notitia sanctæ scripturæ nõ deesse cõstat, pręsertim cũ iam a principio dicat: Dixit quoq; deus, fiant luminaria in firmamento, & diuidãt diẽ & noctẽ, & sint in signa & tẽpora & dies & annos. Et Ecclesiastices loquit: Orit sol & occidit & ad locũ suũ reuertitur, ibiq; renascẽs, gyrat p meridiẽ, & flectitur ad aquilonẽ. Dicimus aũt astronomiæ, nõ astrologiæ notitiã uel disciplinã, nã differt aliqd inter utrũq;. Nam astronomia considerat cœli cõuersionẽ, ortus, obitus, motusq; siderũ cõtinet, uel qua ex causa ita uocẽtur. Astrologia uero partim naturalis, partim supstitiosa est. Naturalis dũ exeqtur solis & lunæ cursus, uel stellarũ certas tempo℞ stationes. Superstitiosa uero illa est, quã mathematici sequũtur, qui in stellis auguriantur, quiq; etiã XII cœli signa, per singula animæ uel corporis mẽbra disponũt, syderũq; cursu natiuitates hominũ & mores p̃dicare conãtur. ¶Astronomicã ergo rationẽ de scriptura sancta accipimus, & maxime circa lunæ cursum, propter obseruandæ legitimũ pasce terminũ. i. primi mensis diem decimũ quartũ, nam Hebręi solos lunares ex lege nouerũt & obseruãt mẽses, iuxta naturalẽ lunæ cursum, tricenis unde tricenisq; diebus communiũ anno℞, mẽses duodenos explicãtes, & tertio uel secũdo anno, prout ratio exigit, decimũ tertiũ in fine anni mensem embolismũ triginta dierũ apponentes. Sed de his hactenus satis dictũ sit. Nunc ad superiora reuertamur. Gene. j. Eccle. j. Astronomia, & astrologia, qd distant.

¶De beato Hieronymo, magno scientiæ uiro, & quantorũ illustriũ uirorũ gratiã habentium, scripserit cathalogũ. Ca. XVIII

IGitur cũ dicimus doctoribus nostris, bono erga fidẽ catholicã zelo cõcitatis, cũ feruẽtius sanctæ scripturę studijs incũberẽt, tũc artes liberales ad cooperãdũ eidẽ scripturæ fuisse intromissas, animaduertimus rectius & uerius nos dicere tunc eas illic fuisse inuẽtas, sed præ claritate sapiẽtiæ eatenus nõ cõparuisse illas, maxiẽ aũt propter infirmitatẽ oculo℞, q̃bus terrenæ sapiẽtiæ puluis inciderat. Hoc em̃ qdã de præcipuis illo℞ beatus Hieronymus fatetur cũ dicit: Cũ ante annos plurimos domo, parentibus, sorore, cognatis, & q̊d his maius est, cõsuetudine lautioris cibi, propter cœlo℞ regna me castrassem, & Hierosolymã militaturus p̃gerẽ, bibliotheca, quã Romę cũ summo studio ac labore confeceram, carere non poterã. Itaq; miser ego lecturus Tulliũ ieiunabã, & post noctiũ uigilias, post lachrymas quas mihi præterito℞ recordatio peccato℞, ex imis uisceribus eruebat, plato sumebatur in manibus. Si qñ autem in me metip̃m reuersus prophetas legere tentassem, sermo horrebat incultus, qa lumen cæcis oculis uidere non poterã, q̊d tamen non oculo℞ culpã putabam, sed solis. Sed gratias ueræ & summę luci, qa cito clarificatis & sanatis iste oculis, solem. i. lucidũ sanctæ scripturæ sermonẽ perficere potuit, & iam dudũ a magistris secularibus sufficiẽter edoctus, queãdmodũ dicit Victorinus & Donatus grãmaticus magistri pręceptoresq; mei Romæ insignes habentur, omniũ librorũ ueteris testamenti Christo uolente, studioq; sp̃uali desudante, ueritatẽ cõsecutus est. Literis nãq; græcis ac latinis atq; hebraicis doctus, cuncta hebręorum uolumina quæ in canone continẽtur ex ueteri testamento, uera æditione in latinam linguam uertit, eaq; cõmẽtatus est, & nobis tm̃ in translatione dominicæ scripturæ pręstitit, ut ad hebræorum fontẽ nõ egeamus accedere, qñ nos facũdiæ suæ multa cognoscitur claritate faciasse. Inter cętera aũt studij sui opuscula, suis uniuersa præfationibus p̃notata, a beato Petro sumẽs exordium, C. XXXV. illustriũ uirorũ uitas usq; ad Theodosii XIIII annũ ex ordine digessit, omnesq; qui de scripturis sanctis aliquid memoriæ tradiderunt breuiter descripsit, imitatus tranquillũ, gręcũq; Apolloniũ, se quoq; in calce uoluminis, quasi abortiuum minimũq; omniũ Christianorũ ponens. Hieronymus ad Eustochiũ de uirginitatis custodia. Hieronymus tãta p̃stitit, ut ad ad hebræorũ fontẽ accedere, nõ sit opus.

¶De beato Augustino, q̃ in illo uere laudabilis sit hic sanctus sciæ sp̃us, & quantũ huius gratiæ donũ se accepisse humiliter fateatur. Ca. XIX.

ET multũ qdẽ est in illis, q̃ iure laudet hic sanctus sciæ sp̃us, sed nos ad finẽ p̃perãtes, unũ tm̃ ex eis cõtingimus, in q̃ iste sp̃us manifeste opatus est, qd se dignũ fuit ad laudẽ suam ad ecclesiæ suæ defensionẽ, catholicæ fidei, p̃petuãq; munitionẽ. Iste ẽ Augustinus, columna & firmamẽtũ ueritatis, & uere columna nubis, in qua thronũ suũ posuit sapiẽtia dei, cuius Sciæ spiritus magnifice operatus i Augustino.

Apo.12. dei, cuius ex ore distillare nõ cessauit pluuia salutaris, imo fluere impetus fluminis cõtra flumen illud hæreticorum, q̃d ut superius diximus, post mulierẽ, i. ecclesiã de ore suo draco diabolus emisit. Et hũc qdẽ dei dispensatio, anteq̃ uocaret in admirabile lumen suũ, pmisit adolescẽtẽ errare in tenebris Manicheorum, sed in eodẽ errore mirabili gratia nesciẽtẽ, circũuolabat spũs iste, magnũ suggerẽs donũ sciæ, q̃d postea bñ expẽderet ad commodũ ecclesiæ Chri, in suo tpe. Etẽm quãtũ ingenij donũ assecutus sit, ipe indicat, ubi cũ humili cõfessione dño inter cætera sic dicit: Et qd mihi proderat φ annos natus ferme XX, cũ in manus meas uenissent Aristotelica quędã quas appellãt decẽ cathegorias, quarũ noia cũ eas rhetor Carthaginẽsis, magister meus, buccis tipo crepãtibus cõmemoraret, & alij qui docti habebãt, tãq̃ in nescio qd magnũ & diuinũ suspẽsus inhiabã, legi ea solus & intellexi. Quas cũ cõtulissem cũ eis, qui se dicebãt uix eas magistris eruditissimis, nõ loquẽtibus tm̃, sed multa in puluere depingentibus intellexisse, nihil inde aliud mihi dicere potuerũt, q̃ ego solus apud meipm legẽs, cognouerã. Ac deinceps: Et qd mihi proderat, φ oẽs libros artiũ, q̃s liberales uocãt, tũc nequissimus cupiditatũ seruus, p meipm legi, & intellexi q̃scũq; legere potui & gaudebã in eis, & nesciebã unde eẽt qcqd ibi uerũ & certũ esset. Dorsum em̃ habebã ad lumen & ad ea q̃ illuminãt faciẽ, unde ipa facies mea q̃ illuminata cernebam non illuminabat. Quicquid de arte loquẽdi aut disserendi, quicquid de diuisionibus figurarum, & de musicis, & de numeris, sine magna difficultate nullo hoĩm tradente intellexi. Scis tu dñe deus meus, quia & celeritas intelligẽdi & dispiciendi acumen. Donũ tuũ est, sed nõ inde sacrificabã tibi. Itaq; mihi nõ ad usum, sed ad perniciẽ magis ualebat, q̃a tã bonã ptẽ substantię meæ sategi habere in ptãte, & fortitudinẽ meã nõ ad te custodiebã, sed profectus sum abs te in longinquã regionẽ, ut eã dissiparẽ in meretrices cupiditates. Nã qd mihi pderat bona res, non utendo bñ. Nõ em̃ sentiebã illas artes, etiã ab studiosis & ingeniosis difficillime intelligi, nisi cũ eis eadẽ conabar exponere. Et erat ille excellentissimus in eis, qui me exponẽtẽ, non tardius exequeret. Sed qd mihi proderat hoc putãti, φ tu dñe deus ueritas, corpus eẽs lucidũ & immensum, & ego frustũ de illo corpe? Nimia peruersitas, &c. ¶Hoc est in quo iure sanctũ scię spm̃ laudamus, qa uirũ talẽ, & sic foris pparatũ reddidit, & sic intus eo dignatus ẽ uti, ut cõtra oẽs hæreses, tota uita sua depugnãs uoce & lr̃is, tãta scriberet, quanta nemo in uita sua legere sufficit. Vnde & qdã nõ inaniter dixisse fertur. Mentitur qui te totum legisse fatetur.

Augu. lib. 4. confess. ca. 16

Augustinus artiũ ingenuarũ eruditus scientia, contra hæreticos acerrim⁹ uindex.

¶Finis commentariorũ libri Septimi, scilicet de Scientia.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE OPERIBVS SPIRITVS SANCTI

Liber Octauus. De Pietate Liber Vnus.

¶De sancto pietatis spũ, qm̃ recte illi totũ q̃d sumus, q̃d uiuimus, ascribimus, & φ iste sępius in scripturis noĩe olei significet, oleũ aũt in signũ huius gr̃ę de meritoria taberna Romæ p totũ diẽ fluxit, qñ natus est Chrũs filius dei. Caput primũ.



SANCTVM pietatis spm̃, qui deinde ordine sequitur, nos maxime pauperes atq; inopes summissa mẽte adoramus, cõfitentes illi, qa qui neq; sapiẽtes fuimus, neq; intelligentes, neq; cõsulti, aut cõsultores, neq; fortes, neq; multã sciam habentes, nũc uiuimus ex hac abũdãtia gratiæ spũs pietatis, iuxta q̃d ait, propriũ illud habitaculũ, oĩs gr̃æ, & oĩs misc̃diæ. Spũs dñi sup me, eo φ unxerit dñs me. Ad annũciãdũ mãsuetis misit me, ut mederer cõtritis corde, &c. Ista em̃ illa est gr̃a q̃ hodie cũ domus dei uocatorum, ex diuersis cõditionibus atq; ordinibus ueniẽtiũ multitudine impleta est, pręmit eiusdẽ dei & patris, oculos ne uideat quales fuerimus aut recogitet un̄ uenerimus, & ecce q eramus insipientes, ambulamus inter sapientes. Qui eramus hebetes, habitauimus inter intelligẽtes. Qui eramus inconsulti, sedemus inter cõsiliarios salutis. Qui eramus infirmi, gradimur inter fortes. Qui eramus indocti, gloriamur inter sciẽtes. Qui eramus omnino turpes, ecce conspicimur inter sanctos pulchritudine iustitiæ florẽtes. Hæc est illa pietas, & hæc sunt illa pietatis opa, propter q̃ hunc spm̃ sanctũ, sancta scriptura sæpius sub noĩe olei designat. Impinguasti (inqt) in oleo caput meũ. Item: Vt exhilaret faciẽ in oleo. Et alibi: Et cõputrescet iugũ a facie olei. Bene ergo & uenerabiliter, qñ in Bethleem Iudæ de beata uirgine natus ẽ dñs Iesus Chrũs oleo lętitiæ p oĩbus sanctis unctus, unde & dr̃ Chrũs. In diebus illis, Romę, ut historię tradũt fons olei largissimus de taberna meritoria, p totũ diẽ fluxit. Quo signo qd euidẽtius q̃ pietatis & miseratiõis abũdãtia pctõrib⁹ Chr̃o nascẽte de cęlo fluxisse declarata ẽ? Qd cm̃ de meritoria tabna, p totũ diẽ Romę oleũ fluxit hoc significauit, φ de hospita ecclia, q̃ tãq̃ multis dñs pstituta fuerat p oẽ tps Romani iperij pęnitẽtib⁹ daret in remissionẽ pctõrum dulcedo supnę cõsolatõis

Esai. 61. Lucæ. 4.

Pietatis spũs maxĩe nobis contulit optima.

Olei nomine, pietas significatur.

Psal. 22. 103. Esaiæ. 10

Olei fluxus Ramæ nato, qd signet

& ubi

& ubi regnauerat procacitas turpitudinis supabūdaret māsuetudo religionis. Sed iā nūc ordinē prosequētes dicamus, qūo post abundātiā uel cū ipsa abundātia sciæ, de qua pcedenti uolumine diximus, hic in ecclesia sua spūs pietatis euidentius opatus sit, & primo qd ipsa pietas sit.

¶Qđ pietas uera sit religio & cultus dei, quē græci Eusében, id est piū uocant. Ca. II.

Pietas qua homines pro modulo suo dicūtur pij, pro quāto imitātur deū, qui uere & solus pius est, uera religio est, & cultus dei. Pietas nāq; ait beatus Aug. dei cultus intelligi solet, quā græci Eusebian uocāt. Hæc tñ & erga parentes officiosæ habere dicitur. More aūt uulgi hoc nomē etiā in opibus misericordiæ frequentaṫ. Qđ ideo arbitror euenisse, qa hæc fieri mādat deus, eaq; sibi uel pre sacrificijs placere testatur. Et qa loquendi cōsuetudinē factū est, ut & deus ipse dicatur pius. Quē sane nullo sui sermonis usu, græci Eusében uocāt, q̄uis Eusebian ꝓ misc̄dia illoꝝ uulgus etiā usurpet. Vñ & in qbusdā scripturaꝝ locis, ut distinctio certior appareret, nō Eusebian, q̊d ex bono cultu, sed theusebian, q̊d ex dei cultu cōpositū resonat dicere maluerūt. Itē. Hic aūt finis ē adhærere deo. Iā igiṫ sciēti diligere seipm cū mādaṫ de ꝓximo diligēdo sicut seipm qd aliud mādaṫ, nisi ut ei quātū p̄t, cōmēdet diligēdū deū Hic ē dei cultus, hæc uero religio, hæc recta pietas, hæc tm̄ deo debita seruitus

Pietas quid. Augustinus. Matth. 22.

¶De pietate ꝙ hominē facit mitē. i. nō sua pct̄ā defendētē sed humilē atq; pœnitētē. Ca. III

Ergo pietas, uerus dei cultus, uera religio est, a qua longius aberrauerūt, primū Iudęi, de quibus Apl̄us dicit, quia ignorantes dei iustitiā & suā quęrētes statuere, iustitiæ dei nō sunt subiecti, deinde siue Iudæi siue Græci, qui ex eo immites sunt, ꝙ nō sunt pij. i. p̄sumētes de opibus uel meritis suis, multūq; credētes proprio sensui, q̊dq; ualde pernicio sum est, nō se arbitrātes in om̄ibus indigere gloria dei, nec aliqd se esse posse, nisi gratia dei. Nā reuera pietatis propriū est, ut hominē faciat mitē. i. nō seip̄m defendentē aut iustificātē, nō deū sed semetip̄m accusantē, nō sanctæ scripturæ cōtradicentē, siue intellectæ siue nōdū intellectæ, propter sui sensus ut fateṫ ip̄e tarditatē. De hm̄oi mitibus atq; māsuetis ip̄e dn̄s dicit. Beati mites, qm̄ ipsi possidebūt terrā. Isti nimirū eo ip̄o q̊d pietate mansuescūt, pio deo locum faciūt, & præbent aditum, ut sciat quid faciat eis, quēadmodū populo suo contaminato in scelere uituli ipse dicit: Iam depone ornatum tuum, ut sciam quid faciam tibi. Deniq; q̄diu pct̄ōr nitidus, & cum fronte meretricis supinus incedit, quodāmodo nescit diuina pietas, quid faciat ei. Vbi aūt semetip̄m agnoscēs, humiliato capite incedere incipit, statim scit quid faciat & sciens occurrit sicut illa innuit ꝑabola de filio prodigo & luxurioso, q in se reuersus, dixit: Pater, peccaui in cœlū & corā te, iā nō sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unū ex mercenarijs tuis. Quid em̄ tunc pater facere sciuit, & qd fecit? Misericordia motus est, & occurrens, cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Et quid totum quod factum est ꝙ filius ille q perierat, inuētus, qa seipsum inuenit, atq; a bono patre receptus est, ꝙ pro inuentiōe eius uitulū saginatum occidit, & conuiuium fecit, pariterq; epulatus est, totum (inquam) illud per hunc pietatis sp̄m factum est. Sed nunc locus uel ordo postulat, non illud respicere, ꝙ uniuersali gratia gentilitas reuersa est ad deū, emūdata ꝑ baptismū a sordibus Idolorū, sed id ꝙ singulari respectu cōpunctus, ad pœnitentiam reuertitur quisq; peccatorum. Siquidem propheta ille, propheta magnus & prophetarum dominus, cum illam parabolam diceret, sic reuersuras & suscipiendas esse gētes prophetabat, ut nihilominus cuicunq; peccatori post lapsum reuertenti, pœnitentiā non esse negandā, insinuaret. Nec uero cum de pietate uel pietatis sp̄ū proponentes, & hanc esse ueram religionē astruentes pœnitentialis remedij sermonem ingredimur, a proposito usquā digredimur, quia uidelicet sicut in sequentibus non tacebimus pœnitentiali humilitate nulla charior deo religio est. Ait em̄: Dico uobis, ꝙ ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiā agente, q̄ supra nonaginta nouem iustis, q non indigent pœnitentia. Soli nanq; superbi, pœnitentia sibi non indigere uidentur, soli humiles pct̄ōres se esse in ueritate confitentur. Quapropter & isti sunt mites q possidebunt terram, & illi sunt immites, qui non possidebunt terram.

Roma. 10 Errauerunt omnes de pietate. Matth. 5 Exod. 33 Deus qūo sciat, qd nobis facere debeat Lucę. 15 Lucæ. 15

¶Quod apud pietatem dei nullū pręter blasphemiā in sp̄m sanctū pct̄m irremissibile sit, & qd sit uere dicere contra sp̄m sanctum. Ca. IIII

Primū igitur dicimus nullum esse pct̄m pręter spiritum blasphemiæ uel blasphemiā in sp̄m sanctum, cui in ecclesia Christi pœnitētia uel remissio iure denegetur, teste, imo auctore domino cū dicit: Amen dico uobis, qm̄ omnia dimittētur filijs hominū pct̄ā & blasphemiæ qbus blasphemauerint. Qui aūt blasphemauerit in sp̄m sanctum, nō habet remissionē in æternū, sed reus erit æterni delicti. Causam cur ita dixerit, euāgelista subiūgit Quoniā (inqt) dicebant: Spiritū immundū habet, uel sicut præmisit, quoniā Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorū eijcit dæmonia, Et sic intelligitur. Quia manifeste intelligens opera dei, cum de uirtute negare nō possit, stimulatus inuidia calumniatur, & Christum deiq; uerbum, & opera spiritus sancti dicit esse Beelzebub, isti non dimittetur, neque in præsenti seculo, neque in futuro, non ꝙ negemus & ei si pœnitentiam agere uoluerit, posse dimitti ab eo, qui uult omnes homines saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire, sed quod ipsi iudici

Blasphemiā in spiritū sola non remittiṫ Matth. 12. Marc. 3. Lucæ. 12.

& largitori ueniæ credentes, qui & se semper pœnitentiam accepturum, & hanc blasphemiã nusquã dicit esse remittendam, credamus hunc blasphemũ exigentibus meritis, sicut nunquã ad remissionẽ, ita nec ad ipsos digne pœnitẽtiæ fructus esse peruenturum, iuxta hoc quod Iohannes euangelista, de quibusdã blasphemiæ suæ merito excæcatis, ueracissime scripsit. Propterea non poterãt credere, qa iterũ dixit Esaias: Excæcauit oculos eorũ & indurauit cor eorũ ut non uideant oculis & intelligant corde, & cõuertantur, & sanem eos. Sola ergo blasphemia in spiritum sanctũ, qua quisq; in similitudinem diaboli & angelorũ eius, contra conscientiã suã, maiestatẽ deitatis oppugnare non trepidat, non habet remissionẽ, sed reus erit æterni delicti, præter hoc unum (ut superius iam dictum est) cuncta remissibilia sunt.

Iohan. 12
Esaiæ. 6.

¶ De hæresi Nouati presbyteri, q in psecutione lapsis negauit posse ab ecclesia remissionẽ dari, quomodo uel quã Apostoli sententiã male intellexit. Ca. V.

PORRO Nouatus isto spiritu pietatis nudatus, Romanæ ecclesiæ presbiter, elatiõe quadam tumidus, spem penitus salutis eis adimebat, etiam si digne pœnituissent, q in persecutione lapsi a fide cecidissent. Ab illo exorta est Nouatianorũ hæresis dicentium, non negari quidẽ pœnitentiã lapsis eiusmodi, sed remissionẽ ab ecclesia dari nõ posse tantũq; dei iudicio reseruari. Contra hanc crudelitatem atq; atrocitatẽ nõ minus synodalibus episcoporũ decretis memorabile extitit bonæ memorię Constantini imperatoris dictũ, q Nouatianorũ episcopũ Accesium percunctatus cũ hęc ab illo quæ pdicta sunt audisset, O Acesi (inquit) pone scalã, & solus ascẽde in cœlũ si potes. Verũ sectæ illorũ suffragari uidebat illud Apostoli dictũ. Impossibile est eñ eos, q semel sunt illuminati, gustauerũt etiã donũ cœleste, & participes facti sunt spũs sancti, gustauerũt etiã bonũ dei uerbũ, uirtutesq; seculi uenturi & plapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiã, rursum crucifigentes sibimetipsis filiũ dei & ostentui habentes. At ille nequaq̃ pœnitentiã aut remissionẽ pctõrũ hoc dicto impugnauit, spemq; ueniæ præclusit, sed reiterationẽ baptismi fieri posse negauit. Hac sine dubio intẽtione, illud eũ dixisse ipe literę textus ostẽdit, Præmiserat eñ: Quapropter intermittẽtes inchoatiõis Christi sermonẽ ad pfectionẽ feramur, nõ rursum iaciẽtes fundamẽta pęnitẽtię ab opibus mortuis & fidei ad deũ, baptismatũ doctrinæ, impositionis q̃q; manuũ ac resurrectiõis mortuorũ & iudicij æterni, Et hoc qdẽ faciemus, si pmiserit deus. Quid eñ est nõ rursum iaciẽtes fundamentũ pœnitẽtiæ ab opibus mortuis, & fidei ad deũ baptismatũ doctrinæ, nisi nõ iterũ redeuntes ad initiũ Christianæ regulæ, qd ẽ rursus cathecizare, & rursus baptizare? Cæterũ de pœnitẽtia suscipiẽda & remissione danda, testificãs penes ecclesiã ius esse Chrõ auctore dicit ad Corinthios. Cui aũt aliquid donastis, & ego. Nã & ego qd donaui, si qd donaui, pter uos in psona Christi. Et ne putes eũ de solo dixisse pctõ fornicatiõis, nõ ait, cui donastis qd uxorẽ patris habuit, sed cui aliqd donastis (inqt) eandẽ uolens esse remissionis constantiã, in quacũq; re peccati, iuxta illam euangelicã sponsionẽ dñi. Amen dico uobis, quæcũq; alligaueritis super terrã, erunt ligata & in cœlo, & quæcũq; solueritis super terrã, erunt soluta & in cœlo.

Nouatianorum hæresis.
Hebr. 6.
Ibidem
2. Corin. 2
Remissionis ius, omnium peccatorum, apud ecclesiã
Matth. 18.

¶ De illa sñia Apostoli, qũo sane debeat intelligi. Impossibile eñ est eos q semel. &c. Ca. VI.

ALias aũt & reuera impossibile est renouari, uerũtñ ita ut a sensu illo nõ recedam⁹, quo intelligẽdũ supra diximus, illud qd ait, q autẽ blasphemauerit in spm̃ sanctũ, nõ habet remissionẽ in æternũ, sed reus erit æterni delicti. Nã qd diximus manifeste quẽpiã intelligere opa dei, & tũ stimulãte inuidia negare qd intelligit, idem pt eẽ illuminatũ fuisse, gustasse etiã donũ cœleste, & participẽ factũ esse spũs sancti, gustasse nihilominus bonũ dei uerbũ, uirtutesq; seculi uẽturi, & tũ prolabi. Ad hãc nimirũ Chri & Apli eius concordiã siue cõsonãtiã rectissime cõfugere potes, si qs aduersarius forte uehemẽtius te purgeat. Nã idẽ Aplus ait in eadẽ ad Hebræos epistola. Volũtariæ eñ peccãtibus nobis, post acceptã notitiã ueritatis, iã nõ relinquitur hostia pro pctis, Quid est eñ uolũtarie, nisi ac si dixisset cũ deliberatiõe? Quid aũt est cũ deliberatõe peccare, nisi manifeste intellecta opa dei uelle (ut supra dictũ est) negare inuidia stimulãte? Iccirco cũ dixisset: Volũtarie eñ peccãtib⁹ nobis, &c. cõtinuo subiũxit. Terribilis aũt quædã expectatio iudicij & ignis æmulatio, q̃ consumptura est aduersarios. Aduersarios dixit eos q uolũtarie peccãt qd utiq; cõueniẽter dici nõ pt de his qui per infirmitatẽ peccãt aut p ignorantiã. Ergo uolũtarie peccare, idẽ est qd uerbũ cõtra spm̃ sanctũ dicere. i. manifesta dei opa per inuidiã negare. Quare sic peccantibus eis q acceperãt notitiã ueritatis, iam nõ relinquitur hostia pro peccatis? Videlicet quia impossibile est eos qui semel sunt illuminati, cũ prolapsi fuerint, renouari. Quare impossibile est eos renouari? Nimirum quia quisquis eiusmodi est, non remittitur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro, sed reus erit æterni delicti. Quare non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro? Videlicet quia ut pœnitentiã agat, nõ meretur uisitari a spũ sancto, sed iusto dei iudicio cõsequitur illum impęnitens cor. Itaq; q dictũ est impossibile est eos rursus ad pœnitentiã renouari, aut hoc erit q circũstantia uolũt, nõ debere rursus baptizari, aut si nõ concedit Nouat⁹, hoc erit dictũ de pctõ eiusmodi, ut nõ discrepet Apostolus Christi a Chrõ dicente: Non remittetur ei, sed reus erit æterni delicti. ¶ Sciẽdũ quippe est, quia

Blasphemia in spiritum qũo remitti, uel nõ remitti potest.
Hebr. 10
Volũtarie peccare.

est, qa Paulus hæc dicẽs, Hebræus loquebat̃ Hebræis. Vnde et cõgrue cũ dixisset, uolũtarie em̃ peccãtibus expressit, & signãter dixit, nobis addẽs, subauditur, Hebræis, q testimoniũ legis habemus, q excusationẽ de pc̃tõ nõ habemus. Quapropter intuendũ qũo inceperit, ne incertũ aut dubiũ sit, cuiusmodi pc̃m̃ sit, & q̃d prolapsus dicat, nõ posse renouari. Videte, inquit, fratres ne forte sit in aliquo uestrũ cor malũ incredulitatis discedẽdi à deo uiuo: sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominat̃: ut nõ obduret̃ qs ex uobis fallacia pc̃ti. Hoc ergo (ut p̃diximus) sciendũ est, qa Hebræus Hebræis loquebat̃, & hoc gñi suo futuꝝ metuebat, pie solicitus, q̃d hodie factũ uidemus. s. qa Iudæi inuidẽdo increduli sunt, & inuidẽdo negant eũ quẽ patres ipsoꝝ inuidendo tradiderunt, & per inuidiã negauerunt, & crucifixerunt. Heb.3. Iudæi inuidia increduli

¶De domo pietatis in qua prodigus filius per pœnitentiam à pio patre recipitur, & ꝙ sacri canones decernant super lapsis, post pœnitentiam actam de criminibus ut laica communione contenti permaneant. Cap. VII.

IGitur domus pietatis, quæ in aduentu saluatoris prodigo filio aperta fuit, post luxurias uẽtrisq; ingluuiẽ, de pastu porcoꝝ, per pœnitentiã reuertẽti, hodieq; manet apta pœnitentibus singulis, prospiciente eminus pio patre, ut uideat de lõge si reuertatur aliquis, & occurrente singulis ad istã confessionẽ pc̃toris: Pater peccaui in cœlũ & corã te, & iã nõ sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unũ ex mercenarijs tuis. Sed q̃liter ad eũ q eiusmodi est dictũ illud cõuenit: Cito proferte stolã primã, & induite illũ: & date anulũ in manu eius, & calciamenta in pedes eius? Nã saluo superiore intellectu quo p stolã primã sacri baptismatis intelligimus grãm, prima stola sacerdotalis est gloria, uel cuiuslibet ministerij quo ad sanctũ altare Christo ministrat̃ dignitas. Porro sacri canones hoc decernũt, ut post actã de criminibus pœnitentiam ad hoc ministeriũ nequaq̃ promoueãtur: sed laicã tm̃ cõmunione cõtenti permaneãt. Qũo ergo cõcedemus eis q eiusmodi sunt, recipere stolã primã, ne uideamur cũ Nouatianis denegare qbuslibet pœnitẽtiã? Hic nimirũ discretiõe opus erat, q hmõi est. De his q sine cõfessione sua, siue cõuictione legali, aut regulari de criminibus detecti sunt, sacri canones & decreta pontificũ Romanæ sedis aperte atq; expresse decernũt: ut ad gradus ecclesiasticos nõ accedãt, & in gradibus ecclesiasticis nõ maneãt, uel ad grad⁹ ecclesiasticos nõ redeãt. Hoc em̃, inqũt, nos admoẽns apostolus, dicit: Nolite cõmunicare operibus infructuosis tenebraꝝ. Itẽ: Peccãtes corã oĩbus argue ut cæteri metũ habeãt. Sic Petrus dãnauit Symonẽ, quẽ tñ ad pœnitẽtiã inuitauit. Sic fornicatorẽ arguit Paulus, quẽ tradidit Satanæ ut tũ sp̃us saluus fieret in die dñi. Et qdẽ sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitẽtiã, & tñ in honore suo perstitit, & beatũ Petrũ, qñ amarissime lachrymas fudit, utiq; dñm negasse pœnituit, & tñ apostolus mãsit. Sed non ideo uacua putãda est posterior diligentia, qui ubi nihil saluti detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur, experti credo aliquorũ fictas pœnitẽtias, per affectatas honorũ potentias. Cogunt em̃ multas inuenire medicinas, multoꝝ experimẽta morboꝝ. ¶De his aũt qui detecti uel publicati nõ sunt, hæc sana & rationabilis eorũdẽ sacroꝝ canonũ uel sanctoꝝ patrũ est. Cessat, inqũt, uindicta diuina, si cõuersio p̃currat humana. A capite itaq; incipientes usq; in quartũ altaris ministrũ, hanc formã seruandã cognoscimus, ut qa minorẽ maior p̃cedit, sicut honore sic & in crimine, & quẽ maior seqtur culpa, maior importet̃ uindicta, & post pœnitentiã credatur esse fructuosa. Quid em̃ prodest triticũ seminare, & fructũ illius nõ colligere? Post dignã satisfactionẽ credimus posse redire ad honorẽ, propheta dicẽte: Nunquid q cadit, nõ adijcit, ut resurgat? Et q auersus est, nõ reuertet̃? Idẽ propheta ait: In quacũq; die cõuersus ingemueris, tũc saluaberis. Vnde & Psalmista: Cor mundũ crea in me deus, sp̃m rectũ innoua in uisceribus meis, Ne proijcias me à facie tua, & sp̃m sanctũ tuũ ne auferas a me. Dũ em̃ petijt, ne a deo proijceretur, prolapsus culpa, alienã rex & propheta simul se rapuisse uxorẽ tremefactus expauit, propheta iudicãte flagitiũ suũ, & pœnitẽtiã agens, addidit, redde mihi lætitiã salutaris tui, & sp̃ũ principali cõfirma me. Si em̃ se dignũ deo per pœnitentiã nõ fecisset, nequaq̃ alijs p̃dicaret. Ait em̃: Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te cõuertentur. Bene ergo discretione usa est ecclesiastica solicitudo, & hæc huius discretiõis summa est, ut hi quorũ crimina detecta sunt, illã de q̃ loquebamur sancti ministerij stolã nõ recipiant, quoꝝ aũt occulta uel occulte cõmissa, publicã nõ contraxerũt infamiã, rursus induantur ea post dignã pœnitentiam. Luc. 15. Dist. 50. c. 1. cũ sequẽtibus Ephe. 5. 1 Timo. 5 Act. 8 1. Cor. 5 2. Reg. 12 Mat. 26. Dist. 50. c. bñ ualet, & c. domino sancto. Ibidẽ, c. quia sanctitas Hiere. 8 Ezech. 18 Psal. 50.

¶Quomodo clementissimus pater reuertentem filiũ stola prima induat, si sacerdotalem illi gloriam canonica neget authoritas, & ꝙ primam stolam in habitu Monachico conuersus possideat Cap. VIII

QVid igitur faciet clementissimus pater ei, q reuertitur filio, si nõ solũ est ut dicat, peccaui in cœlũ & corã te: sed etiã corã hoĩbus, peccauit & apud hoĩes de peccato suo detectus atq; infamatus est? Potest em̃ fieri, & sæpe factũ est, ut nõ minus cõpungatur pœnitẽtiã is q in crimine notus erat, q̃ ille q peccauit quidẽ in cœlũ & coram patre, sed latuit hoĩes. Quã ergo uel unde accipiet stolã pater, qua illũ induere possit stimulante & uiscera eius cõcutiente sp̃ũ pietatis? O prouidentia patris, o artificiũ dei, o diuitias bonitatis. Luc. 15.

In uenit in quo tristē cōsoletur, reperit in quo deiectū subleuet: prouidit sibi in quo ignobilem clara nobilitate perornet. Dicimus aūt ordinē habitumq́ monachicum, quē secundū dicere baptismum sancti patres non dubitauerunt. Episcopus (ait beatus Gregorius) debet missam celebrare in ordinatione presbyteri, & abbas in consecratione monachi, & quatuor orationes sup caput eius dicere, ut sicut p quatuor euangelia docetur, ita per quatuor orationes consecretur, & ita usq; in diem tertium uelatum habeat caput cum silentio summo, & debita reuerentia, figurā gestans dominicæ passionis. Die autē tertia tollat abbas capitium de capite eius, ut deposita tristitia ueteris peccati, reuelata facie gloriam domini speculetur. Secundo ergo baptizatus est, & emendatus ab omnibus peccatis. Et subinde: Tribus diebus sunt in silentio iuxta apostolos, qui ob metum Iudæorū in conclaui residebant, usq; dum die tertio dominus resurgens dicit illis Pax uobis. Sic abbas det pacem monacho, & capitium de capite eius auferat. Sed & de ipso schemate monachi, sanctæ memoriæ Bonifacius Papa dicit post aliqua: Credimus à sacerdotibus ligandi soluendiq́ officiū digne administrari: si tamen digne contigerit eos hoc ministerio sublimari. Quod euidenter affirmat, quisquis statū monachorum habitumq́ considerat. Angelus em̄ græce, latine nuncius dicitur. Sacerdotes igitur monachi, atq; canonici qui dei præcepta annunciant, angeli uocantur. Sed unusquisq; angelicus ordo quanto uicinius deū contemplat, tanto sublimius dignitate firmatur. Nunquid nō Cherubin sex alis uelantur? Duæ in capitio, quo caput tegitur, ueris demonstrantur assertionibus. Illud uero quod brachijs extenditur, alas duas esse dicimus, & illud quo corpus conditur alas duas. Sic sex alarū numerus certissime conficitur. Igitur filio prodigo reuertenti, quantūcunq; sit deiectus & infamis: habet & scit clementissimus pater, unde stolā primā, aut prope primā proferre possit. s. habitū sanctæ conuersationis, habitū monachicū reuerendū & omnino pœnitētialē, atq; ideo reuerēdū q̄a pœnitētialē. Quis em̄ hūc habitū pro eo q̄a pœnitētialis est nō reuereat, nisi q se pœnitētia nō idigere arbitratur? Porro q sic existimat, q̄ pœnitētia opus nō habeat, sciat q̄a propter eū nō uenit dn̄s clemētissimus, patris clementissimi filius, sicut quodā loco ipse testatus est: Nō ueni uocare iustos, sed peccatores. Stola ergo habitus iste est, nō uilis quā p notissimos atq; orthodoxos uiros, quorū sine dubio habitator erat, adinuenit hic spūs, huius patris spūs pietatis.

Gregorius — Bonifacius — Clement. du dū. de sepult. — Matth. 9

¶ Quod non solū criminosi stolam huiusmodi, id est, monachicam uitam exoptare consueuerint, & q̄ qui istam uitam tanq̄ pctōris retrusionem aspernatur iustum se existimando male facit. Cap. IX.

NOn autē hoc dicimus, q̄ solis pctōribus. i. eis tantū q baptismi grām criminū magnitudine pdiderūt, hmōi stolā pater ille reseruauerit, & nulli iustorū exoptāda aut ambienda sit. Nā idē esset acsi diceremus, pœnitentiā nō esse necessariā iustis. Quod si dixerimus. s. q̄a pœnitētia opus nō habeamus, quātūlibet iusti simus, nos aut illi propter q̄s, uel cū q̄bus hæc dixerimus, mētimur, cōtra ueritatē facimus, & ueritas in nobis non est Qui em̄ iustissimus oīm mortaliū est, nec ille quātū satis est humiliari, & de pctīs suis pœnitere p̄t. Nō ergo hoc dicim⁹, q̄ solis pctōribus repositus sit hic ordo pœnitētialis, sed etiā iustis. Peccatori nāq; hæc sæpedicta stola cū acceperit eā, uenia & gr̄a est: iusto cū q̄si descēdēdo sumpserit eā, gr̄a & gloria ē. Nouimus q̄ plures iustos, & iustitiæ colūnas in illa pœnitētiæ domo stantes, in q̄ pœnitētes sub eodē habitu recipiunt & gaudij cōuiuiū celebrāt, q̄lis fuit Pannoniēsis Martinus, & apostolicæ sedis p̄sul B. Gregori⁹. Augustin⁹ q̄q; eiusdē sanctissimi Gregorij discipulus Alijq; q̄plurimi uiri sanctissimi iustitia & sanctitate fulgidi, & nihilominus propter pretiosam iustitiam, fulgidum monachicæ humilitatis habitum non dedignati. De qualibus idem Gregorius ore aureo dicit: Sciendū est, quia sunt pleriq; iusti, in quorū uita tantū gaudiū est, ut eis quælibet pctōrū pœnitentia præponi nullatenus possit. Nam multi & nullorum sibi malorum sunt conscij, & tamen in tanti ardoris afflictione se exercēt, ac si pctīs omnibus angustentur, &c. Dicamus igitur, quia qui pctōr cum sit, aut facinorosus, pœnitentialē huius ordinis stolam accipit bene facit, & qui cum sit iustus & iustitiæ testimoniū perfecte habens corā deo & hominibus, nihilominus tamē eā accipit, optime facit. Porro qui idcirco quia iustus est, uel iustū se esse putat humilitatē istā aspernatur, dicens: quia pœnitentialis est, & solis debita reis, quædā retrusio male fecit. Sed iam ista quæ litem quandam redolent, omittentes, citius ad illam pietatis domum reuertamur, cœptumq́ exinde sermonem perficere maturemus.

1. Iohan. 1. — Iusto an pœnitendum.

¶ De patre clemētissimo cur sic dicitur, & occurrens cecidit sup collū eius, & q̄ uere super collū eius ceciderit pater qui pro peccatis humiliter incedit. Cap. X

PIetatem superius uerā esse religionē diximus. Hæc aūt, scilicet uera, & nō ficta religio, primū intus in corde radicatur, deinde p sermonē, habitūq́ foras extenditur: quia uidelicet ex abundantia cordis os loquitur, & habitus incessusq́ hoīs enūciāt de eo. Huius religionis siue pietatis efficientē causam pulcherrime atq; sanctissime, cauto lectori locus iste innuit, ubi sic dicitur. Et accurrens cecidit supra collū eius. Nā reuera quēcunq; uideris, aut persenseris confracto corde ingemiscere, & demisso capite incedere, iuxta disciplinam

Matt. 12. — Eccl. 9 — Lucæ. 15

magistri

magistri ueri dicentis: Tollite iugum meum super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde: nõ uane dicere poteris, qa cecidit pater sup collũ eius, & põdere suo, cõfregit atq; cõtriuit ceruicẽ cordis eius, quatenus nõ ualeat erectus ambulare, & interdũ nec oculos in cęlũ leuare, sed fixis oculis terrã aspiciat, cõmemorãs sibimet, qa puluis es, & in puluerẽ reuersurus est. Hoc ipm uerbis alijs facturũ se ꝑmittẽs dñs in Osee dicit: Ephraim docta diligere triturã, & ego ascẽdi sup pulchritudinẽ colli ei⁹: ascẽdã sup Effraim, arabit Iudas, cõfringet sibi sulcos Iacob. Seminate uobis in ueritate iustitiã, & metite in ore miæ: Quid ẽ em̃ Effraim uitula docta diligere triturã, nisi aĩa lasciua assueta ferre labores mundi huius, & seruitutẽ miserã ꝓpter explendã luxuriã suam? Talis nimirũ fuerat iste filius, q doctus fuit pascere porcos, & ferre seruitutẽ indignam, donec reuerteret in se, & diceret: Quanti mercẽnarij in domo pr̃is mei abundant panibus, ego aũt hic fame pereo? Sed ego, inqt, ascendi sup pulchritudinẽ colli eius, ascendam sup Ephraim. Qualiter hoc fecerit uel faciat hic uenerabiliter indicat ipe dicens de patrefamilias quẽ ipm esse nemo qui dubitat, quia uidens reuertentẽ filiũ suũ, misericordia motus est, & accurrens cecidit supra collũ eius, & osculatus est eum. Nam sicut iam diximus, cadere supra collũ, hoc est, multũ humiliare, pc̃tõris animũ. Quid deinde? Arabit, inqt, Iudas. i. confitebit, ille iam ꝓpter ipam cõfessionẽ, dignus, q uocetur Iudas: arabit, inquã, confitẽdo. i. aperiet terrã cordis sui dicendo: peccaui in cœlum, & corã te, cõfringet quoq; sibi sulcos Iacob. i. uicioꝝ pristinoꝝ supplantator, dicẽs: in contractõe cordis sui, iam nõ sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unũ ex mercẽnarijs tuis. Tũc & q̃d seqtur, faciet. i. seminabit sibi in ueritate iustitiam, & metet in ore misericordiæ: qa nimirũ hoc ipm qđ in ueritate cõfitebit, reputabit illi ad iustitiam, & ex ore misericordiæ dicẽtis: cito ꝓferte stolã primã metet eandẽ, siue iustitiæ stolam siue stolæ iustitiam.

¶Qđ sup collũ Sauli uere pr̃ ceciderit, q iam Paulus humilis & pius incedens, & discipulum informãs. Exerce aũt teipm, inquit, ad pietatẽ. Ca. XI.

PAulus Apostolus, id q̃d nũc dicimus magnifice in semetipso exptus, qppe sup collũ, cuius pr̃ iste mirabiliter cecidit, nõ quia reuertebaẽ, sed ut reuerteret q erat auersus p ignorantiã ad hanc pietatẽ, qua in illa domo clemẽtissimi pr̃is uiuendũ est, dilectũ discipulũ magis ac magis informãs dicit: Exerce aũt teipsum ad pietatẽ. Nam corpalis exercitatio ad modicũ utilis est: pietas aũt ad oĩa utilis est, ꝓmissionem hñs uitæ, quæ nunc est & futuræ. Hæc uerba uere sapiẽtis, uerba magni põderis, & statera digna sunt põderari. Qđ ut cõpendiosius facere possimus, exemplũ duoꝝ ad memoriã reuocemus, Iacob & Esau. Nã alter eoꝝ. s. Esau corpali exercitatõe exercebaẽ, sicut scriptũ est: Factus est Esau uir gnarus uenãdi, & hõ agricola alter uero ad pietatẽ seipsum exercebat, sicut subiunctũ est, Iacob aũt simplex habitabat in tabernaculis. Et reuera corporalis exercitatio illi ad modicũ utilis fuit. Ad qd modicũ? Isaac, inqt scriptura, amabat Esau, eo ꝙ de uenatõibus eius uesceret. Hoc uere modicũ fuit qđ amabat eũ Isaac, nõ em̃ ad maximã exinde utilitatẽ ꝑuenit, sed ad ꝑmodicã, sicut scriptũ est: Cũq; eiulatu magno fleret motus Isaac dixit: In pinguedine terræ, & in rore cœli desup, erit benedictio tua. Non hoc dicimus, ꝙ ꝓ illa exercitatõe corpali ad odium dei ꝑuenerit, de quo scriptũ est: Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui. Nam illud ꝓmeruit odio fratris, quẽ interficere cogitauit, & cõtemptu pr̃is & matris, quo alienigenis se cõmiscuit, & alienigenas uxores accepit: sed hoc dicimus, quia corporalis exercitatio, uel amor patris, quo amabaẽ, ꝓpter illã exercitatõem paꝝ illi ꝓfuit. Ecõtra pietas huic uidelicet Iacob, quia simplex habitabat in tabernaculis, & ꝑ qua Rebecca eum diligebat uere ad oĩa utilis fuit, ꝓmissionẽ hñs uitæ quæ nunc est & futuræ. Nam exinde ꝑuenit, ut uolente matre acciperet benedictionẽ patris meruitq; tam de pñti q̃ de futuro benedici, uel ꝓmissiões accipere benedictiõis. De præsenti uidelicet ubi cũ dixisset pater: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit dñs, continuo sic cœpit. Det tibi dñs de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiã frumenti uini & olei. De futuro aũt siue de futura uita, & q̃d ad uitã prosit, ubi cõtinuo subiunxit: Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Esto dñs fratrũ tuoꝝ, & incuruent añ te filij mr̃is tuæ: Qui maledixerit tibi, maledictus erit & q bñdixerit tibi, bñdictõibus repleaẽ. In his uerbis nimirũ futurę uitæ ꝓmissionẽ accepit. i. ꝓmissionẽ Chr̃i, ut de semine eius nasceret Chr̃us q est ipse uita futura, uita æterna. ¶Hoc itaq; præcognito duoꝝ exemplo citius intelligimus, qd dixerit Apostolus, & q̃ uere dixerit: quia corporalis exercitatio, ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem hñs uitæ quæ nunc est, & futuræ. Quod em̃ in illis duobus præostensum est in uniuersitate hominum perseuerare comprobatur, uidelicet, ut hi qui circa corporalia, siue temporalia exercitantur modicam exinde aut pene nullam utilitatem consequantur: qui autem pietati student, & simpliciter uiuunt, in omnibus sibi prospiciunt, ut nihil desit eis, eorum quæ expediunt animæ & corpori, quemadmodum in Euangelio suo ueritas dicit: Primum quærite regnum dei, & iustitiam eius, & hęc omnia adijcientur uobis. Nam quod hoc intendat ipse manifestius exprimit, dicendo post aliqua. Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium nec auferre qd possumus. Hñtes autẽ alimenta, & qbus tegamur, his contẽti simus. Nam qui uolunt diuites fieri, inci-

Matth. II
De⁹ qũo cadit sup collũ peccatoris
Osee. 10
1. Thim. 4
Pietas qũo ad oĩa utilis
Gene. 25
Malac. j
Gene. 27
Malach. j
Romo. 9
Mat. 6
Lucę. 12
1. Thim. 6

dunt in tentationem,& laqueum diaboli. Et subinde: Tu autem o homo dei hæc fuge, sectari uero iustitiam,pietatem,fidē,charitatem,patientiā,mansuetudinem. ¶Porro inter hæc qualiter in alterutrum pietas exercenda sit,& à prælatis in subditos,& à subditis in prælatos, ipse docet,cum dicit:Attende tibi & doctrinis,insta in illis. Hoc eñ faciens & teipsum saluum facies & eos q te audiunt. Seniorem ne increpaueris,sed obsecra ut patrē. Iuuenes ut fratres,anus ut matres,iuuenculas ut sorores,in omni castitate, &c. Hoc uere est prælatoꝝ erga subditos exercitiū pietatis. Postea dicit: Qui bene præsunt presbyteri,duplici honore digni habeant:maxime q laborant in uerbo & doctrina. Dicit eñ scriptura: Non infrenabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbyterum accusatiōem noli recipere,nisi sub duobus aut tribus testibus. Et hoc utiq; faciendo subditi,semetipsos ad pietatē exercent erga prælatos. Sed & diuites seculi qualiter pro modo suo debeant ad pietatem exerceri,tandem non tacet,cum dicit:Diuitibus huius seculi præcipe,nō superbe sapere,neq; sperare in incerto diuitiaꝝ,sed in deo uiuo & uero,qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum,bene agere,diuites fieri in operibus bonis,facile tribuere,communicare,thesaurizare sibi fundamentum bonum in futuris,ut apprehendant ueram uitam.

[Margin: j.Thi.4 / Ibi.5 / Deut.25 / j.Thi.6]

¶De paternæ pietatis uocibus dicentis: Mãducemus & epulemur,quia hic filius meus mortuus fuerat,& reuixit,perierat,& inuentus est. Ca.XII.

[Margin: Lucæ.15]

NOtandum interea quali uel quanta rōne in ipsa festinatōe utatur pietas. Cum eñ dixisset,cito ꝓferte stolam primā,& induite illum,& date annulum in manu eius,& calciamenta in pedes,& adducite uitulum,& occidite,& manducemus,& epulemur,cōtinuo quasi quæreretur,quæ esset ratio tantæ,tamq; promptæ largitatis ita reddidit. Quia filius meus hic mortuus erat,& reuixit:perierat,& inuentus est. Magna plane & auditu atq; imitatōe digna rō,quæ iamdudum uniuersæ domui patris huius audita est,cuius hr̄e ignorantiā,cuipiā domestico sanctæ eius ecclesiæ nō licet. Nisi eñ prius reuixerit q mortuus fuerat, nisi inuentus fuerit q perierat,nō licet eū annulo pornari.i.ecclesiæ fideliū recōciliari,nō licet eū calciari calciamētis in ꝑparatōe euãgelij pacis,nō licet eum inuitari uel admitti ad cōuiuiū uituli saginati.i.ad participatōem corporis & sanguinis dñi. Vnde aūt debeat sciri,ꝙ reuixerit,ꝙ inuentus sit,hoc quoq; prudentiā ecclesiæ nō præteriuit. Et qd illud est? Nimiꝝ uox cōfessionis,qualis & hic personat,cū dicit is q reuertitur,pater peccaui in cœlū,& corā te,& iam nō sum dignus uocari filius tuus,fac me sicut unū ex mercēnarijs tuis,& in alia lectōe mystice subītelligitur,ubi narratur,qūo & quali ordine quatriduanum mortuū,iamq; fœtentē Lazaꝝ dñs suscitauit,uoce magna clamante dño:Lazare,ueni foras,statim prodijt q erat mortuus,ligatus manus & pedes institis,& tunc demum:Soluite,inquit,eum,& sinite abire. Nimirum sicut hic pc̄tōr prius confitetur,& dicit:Pater peccaui in cœlum,& coram te,& tunc demum dr̄,cito proferte stolam primam & cætera,ita & illic qui fuerat mortuus,prius prodijt,& tunc demū solui iussit,& in utroq; facto eadem ratio est,quod idcirco debeat in communionem ecclesiæ recipi, quia confessus est & dignam pœnitentiam obtulit.

[Margin: Pc̄tōr cōfessionis uoce agnoscitur reuixisse. / Iohā.11]

¶Qd nō sit hoc totum pietatis officium manducare aut epulari aut gaudere, quia reuixit, uel inuentus est,sed etiam ieiunare,orare,& flere,ut inueniatur qui perijt,& reuiuiscat qui mortuus est. Ca.XIII.

NEc uero totum aut integrū est pietatis officiū,manducare,& epulari,atq; gaudere,ꝓ eo,quia q mortuus erat,reuixit,& q perierat,inuentus est. Deniq; anteq̄ reuiuiscat q mortuus est,aut inueniatur,qui perijt,maxime hoc pietatis,ieiunare,& orare,& flere,ut reuiuiscat,& inueniri possit. Huius rei mysticū exemplū,uidua illa,de euangelio cuius filius unicus defunctus,per portā ciuitatis efferebat,cui dixit dñs, misericordia motus sup eam. Noli flere. Et accessit,& tetigit loculum. Hi aūt q portabant,steterunt. Et ait: Adolescēs tibi dico surge. Et resedit q erat mortuus,& cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. Vidua nãq; mater sancta ecclesia est:uidua,inquā,pro eo,quia uir eius præcrucifixus,& mortuus fuit,& licet resurrexerit,& nunc uiuat,tñ p̄ntia corporali hic nō est,sed ascendit in cœlū,& ad dextrā patris sedet,filius eius est,q sq; credentiū ex quo sacramentis eiusdē ecclesiæ Chr̄o renatus. Moritur aūt filius,& per portā ciuitatis effertur,quotiēs mortiferꝝ crimen admittit,usq; ad effectū operis,siue manifestū opus. Hic pietate opus,hic matri super mortuo filio flendū,& orãdū est; Mors eñ pc̄ti,mors cruenta,mors pauenda est. Laborat hic sancta scriptura,ut uel spūs scripturæ sanctæ conditor spūs,ut quoquo modo magnitudinem periculi,& horrendū genus mortis sentire ualeamus,id quod homo peccando moritur. Ait enim. Et signum magnū apparuit in cœlo. Et mulier amicta sole,& luna sub pedibus,& in capite eius corona stellaꝝ duodecim. Et in utero habēs & clamabat parturiens,& cruciatur,ut pereat. Et subinde: Et draco stetit ante mulierē quæ erat paritura,ut cum peperisset,filiū eius deuoraret. Quãuis eñ iuxta quendā altiorem sensum,semel hoc factum sit,& fieri non desinit,usq; ad finem seculi. Semel uidelicet hoc factū est,quando uniuersa patriachaꝝ & prophetarum electorumq; omnium ecclesia per Mariam uirginē quæ eius-

[Margin: Lucæ.7 / Vidua illa ecclesia est. / Apoca.12.]

dem

dem ecclesiæ portio est, Christum in carne peperit, cum magno clamore magni desiderij & diuinæ expectatiõis. Tunc stetit draco ante mulierem, ut cum peperisset, statim deuoraret filiũ eius, statim quippe in Herode fuit quærente puerũ, ut perderet eum, & extunc psecutus est usq; quo crucifigeretur, dicens: quando morietur, & peribit nomen eius. At ille filius masculus idem deus fortis erat, & idcirco raptus est ad deum, & ad thronum eius: resurrexit eñ & ascendit in cœlum usq; ad patris thronum recturus gentes in uirga ferrea, id est, inflexibili iustitia. Tunc, inquam, semel factum est, ut staret draco ante mulierem parientẽ, deuorare uolens filium eius, ita ut periret nomen eius: nunc autem, sicut iam dictum est, fit & fieri non desinit, ut stet ante mulierem ad deuorandum quempiam de filijs eius, in Christum credẽtibus. Nam quempiam Christo acquirere, uel in quouis Chrm formare, si non esset parturire, non diceret Apostolus: Filioli mei, quos iterũ parturio, donec formetur Chrs in uobis. Laborat ergo iste sanctus pietatis spũs sensum nobis imprimere faciemq; ostendere, crudelis & horrendæ mortis huius, mortis pctĩ, qua homo a deo uiuo separatur, & principi mortis diabolo incorporatur, dum tales ostnedit imagines mulieris parturientis, & draconis magni, draconis rufi septem capita hñtis, stantis ante illam, & parati ad deuorandum filium eius. O quantos, quàmq; horrificos hiatus oris, & gutturis, q̃ cruentos dentes, q̃ profundum tartarum uentris eius, uiderat in hoc eodem pietatis spũ, cum diceret prædictus Apostolus: Timeo eñ ne forte cum uenero, nõ quales uolo inueniam uos, & ego inueniar a uobis qualem non uultis, ne forte contentões, ęmulatões, animositates, dissensiones, detractiones, susurratões, inflationes, seditiões sint inter uos: ne iterũ cum uenero, humiliet me deus apud uos, & lugeam multos ex his q ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã sup immũditia, & fornicatõe, & impudicitia quã gesserunt. Hoc igitur, ut prædiximus, uerũ & pfectũ pietatis opus est: flere & lugere eos, morte eius q mortuus est, & pditõe eius, q perijt, & tunc demũ manducare, epulari, & gaudere, cum reuixerit, cum inuentus fuerit.

Draco mulieris illi⁹ quẽ filiũ absorbere nitus sit

Psal. 40

Gala. 4

2. Co. 12

¶ Quod hodie gaudendum non solum quidem sit in domo patris, quia qui mortuus fuerat, reuixit filius, sed etiam dolendum, quia frater senior foris stat, & ingredi non uult. Caput XIIII.

GRatia tanti patris huius ecce hodie, tali cõuiuio, talibusq; gaudijs interfumus, & ita demum uera pietate epulamur, si de conuersione pctõris in domino gaudemus. Verũ & illud ad pietatis officium, ut aliquãtisper gaudiũ diminuat in nobis, duritia fratris nostri q foris est: quia stat pertinaciter indignatus, & introire non uult, sicut de illo scriptum est: Et cum ueniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum. Et uocauit unum de seruis, & interrogauit quæ hæc essent. Isq; dixit illi: Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autẽ, & nolebat introire. Frater ille populus Iudaicus est, ex eo nimirum frater populi gentium, quia deus unus est, Iudæorum & gentium, quia quem plasmauit unus Adam pater omnium est. Dicitur autẽ & senior frater, quia prior uenit ad unius dei cultum. In agro quoq; fuisse dr, quia res agrestes, id est, terrenas retributões operando iustitias, sequebatur legis. De hoc uigilanter intuendũ est, qd dictum sit, quia indignatus nolebat introire. Non per ignorantiam foris manebat, sed sciendo cognouerat ꝙ pater domi esset, ꝙ gauderet super eo qui perierat, & inuentus est. Vocauit enim unum de seruis, & interrogans quæ hæc essent, quæ audierat, certus factus est, & quod uerum erat, ab illo didicit. Non ergo arbitremur Iudæos per ignorantiam foris stare, & in euangelicam domũ nolle introire, illos maxime qui unum de seruis uocare possunt, & interrogare, id est, prophetarum uoces quæ per omne sabbatum leguntur, audire & sensum aliquo modo percipere. Si enim ignorarent, aut non intelligerent, & non potius intelligere nollent: si, inquam, per ignorantiam, & non potius per inuidentiam foris starent, odientes gentium salutem, non conueniret talis parabolæ textus, quo & prius auditur symphonia, & chorus, & ab uno de seruis uocato, certius cognosci tur quid intus agatur. Symphonia quippe concors, & consona est euangelicæ prædicatio gratię chorus autem gratiarum actio est, & uox laudis quæ in omni terra, & per omnes terras corporaliter quoq; auditur Iudæis, qui p omnes gentes dispersi sunt, audientibus, & quaquàm uersum distracti sunt nostros per uicos & urbes, urbiumq; plateas festiuitates aspicientibus, nostros die ac nocte foris, & intus choros, quibus deum & Christum eius cum spiritu sancto laudamus, uisu & auditu percipientibus. Porro unus de seruis quem ille uocare & a quo interrogare potuit, unitas est, & una ueritas omniũ quas Iudæus recipit, scripturarum ueteris testamenti. Duo sunt serui ex quibus res poterat inquiri, quia sunt duo testamenta, uetus & nouum, ex quibus si uellet Iudæus potuisset perdoceri. At ille unum tantum uocauit, & ille unus quod satis est edixit, ueritatem omnem expressit. Vbi enim tacet uetus testamentum, reuersionem minoris fratris, & occisionem uituli saginati, id est, conuersionem Gentium, & passionem Christi filij dei? Exempli gratia: In exordio sermonis, quo deus Abraham alloquitur, talis est ratio, talis causa, quæ aduocationem præstet, recipiendis Gentibus, & supercilium decutiat Iudæorum, quod nequaquam sine illis saluentur. Egredere, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui,

Lucæ, 15.

Iudæi plures sciẽtes nõ intrãt ecclãm.

Seruus uocatus a fratre seniore quis

Gene. 12.

& uade in terram quam monstrauero tibi, faciamq́ te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisq́ benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, atq; in te benedi-
Gene. 22 centur omnes cognationes terræ. In repromissiõe quoq;: Per memetipsum, inquit, iuraui dicit dominus: quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo unigenito: benedicam tibi, & multipli cabo semen tuum, sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti uoci meæ. O Iudæe etiam si tu uniuersus talis sis, qualis Abraham extitit, & ita obediens per omnia sicut ille obediuit uoci domini, quid aliud exigere potes, uel poteris ꝓ mercede tua, quàm quod Abrahæ deus promisit, siue repromisit? Et nunquid cœlum, aut paradisum promisit se daturum uel soli illi quod ex carne eius est semini, si suæ obediret uoci? Non utique, sed tantum semen quoddam promisit, semen benedictionis, in quo non solus Iudęus, sed omnes gentes benedicerentur. Quod sit illud semen, quis sit modus benedictionis propheticus omnis ordo con testatur: quia Christus est, & remissio peccatorum, quæ per sanguinem eius datur. Igitur ille quidem impie agit: qa salutē foris odit, sed ille qui inuentus est, qui reuixit intus, ad pietatē eruditur ut non reddat malum pro malo, sed odientem diligat, inuidenti condoleat, & si nondum adeo
Romo. 11 perfectus, saltem foris relicto non insultet. Nam hoc est, quod Apostolus ait illi: Si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis oli uæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Dices ergo: Fracti sunt rami, ut ego inserar. Bene: Propter incredulitatem fracti sunt rami, tu autem fide stas. Noli alte sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis nõ pepercit, nec forte tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatē: in te aūt bonitatē dei, si ꝑmanseris in bonitate. Hoc audire & sic facere pium est. Secūdū exemplum ipsius qui hæc docet, ipse enim qui sic persuadet, supra ostendit sese, hoc ipsum facere quod docet. Veritatem, inquit, dico in Christo, non mentior testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi est magna, & continuus dolor cor-
Roma. 9 di meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis &c.

¶ Futurum esse quod dictum est: Pater ergo illius egressus cœpit rogare eum, & q̄uo dici cō ueniat illi: Fili, tu semper mecum es. Ca. XV.

Luc. 15. Roma. 11 FVturum autem est, ut fiat quod sequitur: Pater ergo illius egressus cœpit illum rogare. Nam hoc est, quod loco præmemorato Apostolus ait: Nolo enim uos ignorare fratres mysterium hoc, ut uon sitis uobismetipsis sapientes, quia cæcitas ex parte cõtigit in Israhel, donec plenitudo gentium intraret: & si om̄is Israhel saluus fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Syon qui eripiat, & auertat impietatem ab Iacob. Quod est enim cæcitatem in Israhel contigisse, hoc est, fratrem indignatum nolle introire. Porro quod est uenire ex Syon, qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob, hoc est, patrem foras egredi, & rogare inuidentem, ut deposita impietate ad conuiuiū pietatis introeat. Verba ipsa quibus impietatē pater auersurus est, hæc mystica sunt: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est. ¶ Sequentis uersiculi sensus perspicuus est, præcedentis aūt partim quæstione indiget, partim perspicue patet. Nam
Roma. 9 ꝙ ait, & omnia mea tua sunt, illud itidem est ꝙ Apostolus ait: Quorum adoptio est filiorū & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres ex quibus Christus secūdū carnem, qui est super om̄ia benedictus in secula, amen. Ergo perspicuum est deus. Porro ꝙ ait tu semper mecum es, idcirco quæstione indiget, quia quàmdiu foris stat ille filius, & introire non vult, utique cum patre non est. Sed antequam iunior frater, iste reuerteretur, anteq̄ conuiuium istud celebraretur, id est, ante q̄ Christus pateretur, cuius hodie carnem manducātes, & sanguinem bibentes, epulamur: non semper cum eo erat, quod aperte cognoscit quisquis sacras
Num. 25 legit historias, quibus narratur, ꝙ multotiens de conspectu patris, & de domo eius exiliens filius
Psal. 105 ille senior, currebat ad porcorum siliquas, adorans idola, sacrificans Beelphegor, & cętera colens uicinarum gentium dęmonia. Ergo ꝙ ait, tu semper mecum es, aut pro parte dicit eorum qui q̄-
3. Reg. 19. uis pauci de populo illo superant non relinquentes deum patrū suoꝝ, sicut tunc qn̄ dictū est ad
Roma. 11 Heliam, reliqui mihi septē milia uirorū, qui non curauerūt genua ante Baal, aut cum grauissima denotatiõe causa redditur cur illi filio conuiuiū nunq̄ fecerit pater ut cum amicis suis epularetur. Quod si ita placet, dum dicit, tu semꝑ mecū es, idem est, ac si dicatur: Tu tibi arrogas, quia iustus
Lucæ. 15 es. Ego autē non ueni facere conuiuiū hm̄oi iusto, sed pc̄tōri. Dixerat em̄ ille: Ecce tot annis seruio tibi, & nunq̄ mandatū tuū ꝑteriui, hic aūt dissipauit substantiā suā, cū meretricibus uiuēdo luxuriose. Itaq; quod ait, tu semꝑ mecū es, sic dictū ꝑt intelligi, nõ ꝙ ita sit, sed ꝙ ita ille arroget sibi, qppe q hodieq; cū foris sit solū se eē iactat populū dei, & cū ꝑ inuidia, & īfidelitate moriat, q̄si
Roma. 10 de iustitia ꝓsumit, quēadmodū Apostolus ait: Quærētes suā iustitiā statuere, iustitiæ dei nõ sunt (subiecti.

¶ Quid in eo intelligendū sit ꝙ ait: Et nunq̄ dedisti mihi hœdum ut cum amicis meis epularer. Caput XVI

ANtequam auertatur hæc impietas ab Iacob, antequam pietatis regulam audiat uel accipiat ex ore patris ille senior, qđ dicit patri suo? Cum præmisisset, ecce tot annis seruio tibi, & nunq̃ mādatū tuū præteriui, cōfestim indignāter ac murmurantis animo subiunxit. Et nunq̃ dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer. Sed postquā filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, uenit, occidisti illi uitulum saginatum. Et enim iam quidem dictum fuerat, quia pater illius egressus cœpit illum rogare, sed ipsa rogantis uerba præcurrunt hæc quæ filius ille dixit, & tunc demū sequuntur illa cum dicit: Fili tu semper mecū es, & omnia mea tua sunt, epulari autem & gaudere oportebat, &c. Ergo inuidiam populi Iudaici quæ nunc est, atq; improbam intentionem qua illum, qui ueniet in nomine suo, uidelicet Antichristum desiderat, hæc fratris uerba sonant. Vnde & notandū qđ ait: & nunq̃ dedisti mihi hœdum ut cum amicis meis epularer, non dixit agnum siue uitulum, sed hœdū ait nō dedisti mihi, nec dixit ut epularer tecū, sed cum amicis meis. Siquidem Antichrūs quem expectat, quēq; in suo nomine uenientem ille populus suscipiet, nō erit agnus, uelut ille de quo scriptum est, & sicut agnus coram tondente se, obmutescet & non aperiet os suum, sed erit hœdus eorum maximus, qui sedente rege in sede maiestatis suę, ad sinistram statuendi sunt cuius in typum caper emissarius iubente domino per Moysen, maledictus & consputus in desertum emittitur. Nam si aliquando per hœdum Christus quoq; intelligitur, hoc pro causa externa fieri cognoscitur, quia uidelicet pro innocentia agnus pro peccatis multoꝝ, quæ super se tulit dicitur hœdus. Ergo cum dicit frater ille, nunquam dedisti mihi hœdum, fatigatio subintelligitur populi Iudaici, suspirātis qđ nondum acceperit Antichristum. At idem eum quē expectat, quem suspecturus est, non Antichristum nominat, sed Christum. Quare ergo parabola hæc illi imponit qđ murmuret propter hœdum, quodue illum in quo cupit epulari, nūcupet hœdum? Videlicet ut arguat populi illius cupiditatem, sensumq; terrenum, quia nimirum & si illum uoce & labijs nominat Christum, sensu & intentiōe profitetur se expectare Antichristū Non enī talem expectat qui mortuos uiuificet, sed qui uiuentes occidat, non eum qui pacem faciat, sed eum qui bella concitet & humanum sanguinem fundat

Lucæ.15. Esaiæ.53. Leui.16

¶De hœdo ꝙ Antichrūs sit, cuius aduentu populus ille optat epulari Ca.XVII

DE illo falso agno & uero hœdo falso Christo & uero Antichristo post dracone͂, qui ut superiori libro diximus mulierē persecutus est, & de ore suo post illam flumen emisit, sic scriptum est: Et steti super harenam maris: Et uidi de mari ascendentē bestiam, habentem capita nouem, & cornua decem. Et subinde: Et unū de capitibus suis, quasi occisum ī morte, & plaga mortis eius cura est. Et admirata est uniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem, qui dedit potestatē bestiæ, & adorauerunt bestiam dicentes: Quis similis bestię, & quis poterit pugnare cum ea? Et datū est ei os loquens magnū & blasphemiā, & data illi potestas facere menses XLII. &c. Bestia nāq; de mare ascēdens, uniuersum corpus significat, cuius draco ille. i. diabolus caput ē, uidelicet uniuersam multitudinē impioꝝ. Septē capita eius & decē cornua eadē sunt. i. omnis terreni regni potētia, qa uidelicet 7. capitibus oēs reges eius & decē cornubus, omē regnū eius figuratur. Noīa blasphemiæ super capita eius, qa dij appellati sunt reges eius. Vnū de capitibus eius quasi occisum, cuius plaga mortis curata est, Antichristum significat, pertinentem ad terreni regni capita, q imitatione ueri capitis nostri quasi occisum resurrexisse, & pro Chrō qui uere hoc perfecit suscipiendū se audet exhibere. Cuius cōmenti dicitur in Symone mago præcessisse fallaciā. Itaq; æstimatione quidē seductoꝝ & simulatione sui agnus erit, reuera autē hœdus, imo & bestia siue cornu bestiæ, in cuius superbia & crudelitate epulabitur uel epulari uult ille frater inuidus, qui & merito condemnabitur, quia non credidit ueritati, suscipiet aūt mendaciū, ita tamen ut (sicut iam p prophetā dictū est, & Apostolus meminit) reliquiæ saluæ fiant

Apo.12.13

¶De persecutione eiusdem Antichristi ꝙ magna futura sit. Caput XVIII

DE persecutiōe eius uidelicet Antichristi, ꝙ uere magna futura sit, dn̄s grauissima denūtiatione asserit, cū in Matthæo dicit: Væ aūt prægnātibus & nutrientibus in illis diebus. Orate aūt ut nō fiat fuga uestra hyeme uel sabbato. Erit enī tunc tribulatio magna qualis nō fuit ab initio mūdi usq; modo, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, nō fieret salua om̄is caro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si qs uobis dixerit: ecce hic Chrūs aut illic, nolite credere, surgent enī pseudo Christi & pseudoprophetæ, & dabūt signa magna & prodigia, ita ut in errorē inducātur si fieri potest, etiā electi. Hoc ipm est, qđ uerbis alijs in Apocalypsi dicitur hoc modo. Et datū est illi bellū facere cū sanctis & uincere illos, & data est ei potestas in omnē tribum & populū & linguā & gentē. Et adorabūt eum oēs qui habitant terrā, quorum non sunt nomina scripta in libro uitæ, & agni q̄ occisus est, ab origine mundi: Et subinde: Et fecit signa magna ut etiā ignē faceret de cœlo descēndere in terrā in conspectu hominū. Et seducit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere.

Matth.24 Apo.13. Ibidem.

¶De abūdantia pietatis, qua tandē ille frater, i. omnis Israhel saluus fiet Ca. XIX

Lucæ.15 POst tantā impietatis abūdantiā, magnifice opabit spūs pietatis, dicente p̄re fratri illi se niori: Epulari aūt & gaudere oportebat, qa frater tuus mortuus fuerat & reuixit, peri Roma, 8 erat & inuētus ē. Hoc em̄ audiet ille in reliquijs, q̄ cōuertētur & saluæ fient de populo Ibidē.11 illo, & impleqitur illud propheticū, cuius Ap̄lus memor. Veniet (inqt) ex Syon q eripiat & auertat impietatē ab Iacob. Tunc deniq; epulabit ille senior cū fratre iuniore & cū p̄re in domo Chr̄i doctus nihil ꝓfuisse, qnimo falsum esse qđ dixerat: Ecce tot annis seruio tibi, & nūq̄ mādatū tuū p̄teriui, doctus inq̄ nihil ualuisse sibi ꝙ se sp cū p̄re fuisse, uel ꝙ oīa q̄ p̄ris sunt sua eē cōfidit, qđ nō nullo mō uerū esse p̄t, in tm̄ ut testet ip̄a salus ip̄e saluator ore proprio, qa salus ex Iudæis est, qnimo etiā pro detrimento cūcta reputari, & arbitrāda esse ut stercora, ubicūq; sint uel fuerit extra illud cōuiuiū extra ueras pietatis delicias. Hoc facto implebūt illud q̄d in Ioseph Gene.50 mystice ꝑfiguratū ē, qn̄ dn̄s terrę & princeps Aegypti cognitus ē a fratribus suis, & epulati sunt cū eo meridie, & ipse bibēs inebriatus ē cū illis. Dixitq; eisdē uēditoribus suis: Vos cogitastis de me malū, deus aūt uertit illud in bonū. Hoc dicet illis non improperādo, sed cum indulgentia & gratia, miraculum illius altissimi consilij sui præsentando. Ca. XX.

¶Qđ interoa dū ad pietatē exercemur cauendū sit ne falsa pietatis imagine fallamur.

Falsa extimēda pietas. INterea dū pietati studemus, dū ad pietatē exerceri iubemur simul ueritate opus ē, ut uera pietas & uera sit ueritas, neq̄ n̄ pietatis falsa imagīe fallamur. Est em̄ remissio q̄ pietas vult uideri, sꝫ ꝑfectō lōge ē a spū pietatis, qa vcꝫ r̄mittēdo soluit, pcēdo odit, dū p ierriā & mollitiē suā, uitia q̄ āputari debuerāt, nutriri pmittit. Nō sic sc̄ti pietatē p̄dicāt, ut districtiōis dignitatē p̄termittāt. Ab hac suspitiōe qdā illoꝝ eximius semetip̄m eximēs, cū dixisset ī ip̄a correptiōe prudēter agēdū, & ne qđ nimis dicēs, ne dū nimis cupit eradere æruginē, frāgat uas, suāq; Matth.12 fragilitatē sp suspectus sit, memineritq; scriptū calamū q̄ssatū nō cōterēdū, cōtinuo subiūxit. In Esaiæ.42 qbus nō dicimus, ut pmittat nutriri uitia, sed prudenter & cū charitate amputet, prout uiderit cuiq; expedire. Qđ si exēpla quærūt, & qs erit Moyse clemētior aut magis pius? Scriptū qppe ē Numer.12 Erat em̄ Moyses uir mitissimus sup oēs hoīes q morabāt in terra. At ille ubi cā poposcit, distri Exod.32 ctus eē nouit, & stās in pota castroꝝ ait: Si qs ē dn̄i iūhat mihi. Congregatiq; sunt ad eū oēs filij Leui. Quibus ait: Hæc dicit dn̄s deꝰ Israhel. Ponat uir gladiū sup femur suū. Ite & redite, de porta usq; ad portā p mediū castroꝝ, & unusq̄sq; occidat fratrē & amicū & proximū suū. Hoc fecit tā q̄ districtus, & bono zelo rigidus, uerūt̄n in ip̄o districtionis rigore, suæ mā suetudinis qa mitissimus erat neq̄q̄ oblitus. Seq̄t em̄. Facto aūt die altero, locutus est Moyses ad populū: Peccastis pc̄tm̄ maximū ascendā ad dn̄m, si q̄ mō quero eū deprecari ꝑ scelere u̅ro. Rursusq; ad dn̄m ait: Obsecro peccauit pp̄lus iste pc̄tm̄ magnū, feceruntq; sibi deos aureos: Aut dimitte eis hanc noxā, aut si nō facis, dele me de libro tuo quē scripsisti. Est igitur uere pietatis seu uere mansuetudinis socia, semper pro tēpore & re discretio rationabilis, scilicet ubi uel quādo culpa per aliū cognita est, quā per auctorē sui & utriusq; rei exemplū salutare nobis in Moyse p̄ refulsit.

¶De euangelico exemplo uillici dicentis: Fodere nō ualeo, mendicare erubesco, scio quid faciam, &c. qualiter in exercitio pietatis imitandum sit. Ca. XXI

CAeterū est ubi uel qn̄ itidē pro tpe & re sola incedere audeat pietas absq; uirga districtiōis. s. dū id qđ secrete admissum ē, nihilominus secreto & uolūtariæ prodit humili Lucę.16 tas cōfessiōis. Et huius rei nobis exēplū igerit ipse in q̄ totus & sp inhabitat spūs pietatis, laudās prudētiā uillici illius, q hoc mō sibi ꝓuidit. Quid faciā, inqt, qa dn̄s meus auferet a me uillicationē? Fodere nō ualeo, mēdicare erubesco. Et cōtinuo bonū reperiēs cōsiliū, scio, inqt, qđ faciā, ut cū amotus fuero a uillicatione, recipiāt me domos suas. Cōuocatis itaq; singulis debitoribꝰ dn̄i sui, dicebat: Quātū debes dn̄o meo? At ille ait: Cētū cados olei: Dixitq; illi: Accipe cautionē tuā, & sede, cito scribe L. &c. Deniq; sicut p̄cedēs ꝑabola de filio prodigo & fratre eius seniore q rediuiuo atq; inuēto inuidit, mysteriū cōtinet populi gētilis & populi Iudaici, sic sequens ista forma est p̄lati, cuius piā & subditi peccatoris eius dūtaxat, cuius pc̄tā p̄ter deū & cōsciētiā ipsius arbiter nullus scit. Et em̄ q̄sqs aīabus p̄sidet, nimirū uillicus summi dn̄i ē, q si uerā & uere humilē prudētiā habet, si uere aliqd iustitiæ initiū habet, q̄tidie iudicat semetip̄m Proue.12 in cōscīa uel cogitatiōe sua, iuxta illud: Cogitatiōes iustorū iudicia. Ponit in mēte sua dn̄i sui tribunal, & accusante cōscīa, iustus em̄ in principio accusator est sui, confessio iudicat, timor ligat Prouer.18 ibiq; audit uel audire sibi uidet dictū dn̄i sui. Quid hoc audio de te? Redde rationē uillicationis tuę. Iā em̄ nō poteris uillicare. Qui em̄ aīas custodit uel custodire debuit, multā & magnā se agnoscit dissipasse substātiā dn̄i sui, si rite ꝑpēdat, q̄uo seruauerit, & q̄uo seruare debuerit. Hoc ꝑpēdens ueraciter cōfitetur, qđ amouēdus qđ merito eijciendus sit, si sc̄dm iudiciū solū secū agat Prouidens ergo sibi ut misericordiā inueniat, fit misericors ipse subditis, uocans unūquēq; eorū singillatim, & dicens illi: Quantum debes domino meo? Nam hoc est sollicitum esse de subdito q̄dlibet uel sibi commisso, & priuata atq; secreta commonitione, rogare ut aperiat, quātū debeat deo, id est nō celet pc̄tā sua siue cogitationes malas aduenīētes cordi suo, iuxta illud: Di Psalm,31 xi confitebor aduersum iniustitias meas domino. Qui si confestim dixerit: centum cados olei,

siue

siue centum choros tritici, id est, si uocem confessionis simpliciter aperuerit, & pctã sua nũerauerit, siue magna & multa esse non tacuerit, utitur ille prudentia & arte sua, sede (inquiens) cito scribe quinquaginta, sede cito, scribe octoginta, ita tñ ut singulis pscribat ipse dicẽs: Accipe cautionẽ tuã, qđ ẽ dicere: Tantũmõ tibi caueas, ut de cætero emẽdes pœnitẽtię austeritatẽ, debitã, leuiorẽ fac. Verbi gratia, qui septẽnẽ siue duodennẽ pœnitẽtiã debueras, si ad publica tractus fuisses ecclesiæ tribunalia uno anno siue quadraginta diebus, aut certe iuxta exemplũ Niniuitarũ triduo pœniteas, & ego pro te in die iudicij dño meo rationẽ reddã. Tñ placere debet hæc similitudo uillici, qui dño quidẽ suo uillicus iniquitatis, uillicus damnosus extitit, sed pro se prudenter egit, & sibi prudẽter cõsuluit, tñ inq̃ apud spũales ualere debet exemplũ uillici secularis, ut merito redarguãt semetipsos & dicant, filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatiõe sua sunt. Hoc eñ ueritas dixit, & sic debet intelligi. Seculares hoĩes prudentius, uigilantius atq; cupidius cõmodis tẽporalibus & transitoriæ saluti suæ prospiciũt, q̃ spũalis propositi uiri, circa æternã suã sollicitudinẽ, studiũq; pietatis adhibeãt. Imitemur ergo saltẽ illos in his quæ sunt ad deũ, excitemur saltẽ exemplo illorũ in his quœ pertinent ad uitã æternã. Scribere pro ctẽum, quinquagta. i. &c. Lucæ. 16.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE OPERIBVS SPIRITVS SANCTI

Liber Nonus, De Timore dñi Liber Vnus.

¶De spiritu timoris dñi, q maximũ instrumẽtũ sit expectatio iudicij uniuersalis. Caput Primum.



MNIVM quæ nobis ex sancta & ueridica scriptura credere & cõfiteri tradita sunt, finis est uniuersale iudiciũ, q uere maximũ & præcipuũ est eius q post spm̃ pietatis in descẽdẽdo ponit spũs timoris dñi instrumẽtũ. Illic eñ timor nõ modicus est, illic timore non paruo trepidandũ est: Veraciter iterũ atq; iterũ diximus, qa illic timor est, & qa qui nõ trepidat ibi timore iste sapiẽs nõ est. Tũc eñ timebũt angeli, ait dñs & territi purgabũt. Vix eñ iustus saluabit, etiã si p merito iustitiæ talis sit ut recte uocet angelus, cuius labia custodierũt sciam, & q legẽ ex ore suo q̃rẽtibus, factus ẽ dñi exercituũ angelus. i. nũtius. Bene ergo spũs sanctus, spũs timoris dñi dr, pro hoc ipo q primit aspirãdo, nobis insensatis & elatis, & iccirco insensatis, qa elatis, fidẽ facit eoꝝ q̃ illic uisuri q̃q; audituri sumus, ut credẽtes & recogitãtes timeamus, timẽtes stultitiã relinq̃mus, & ad sapiam (fugiamus Iob, 41 1. Pet, 4 Malach, 2

¶De magno die iudicij eiusdem qũo cõsimilis sit primo dierũ seculi. Ca. II.

Dies ille, dies magni iudicij, nouissimus erit dierũ seculi. Respiciamus nunc ad illũ, quẽ numero primã sancta scriptura diẽ posuit in exordio sui qñ diuisit deus lucẽ & tenebras, appellauitq; lucẽ diẽ & tenebras noctẽ, factũq; est (ait) uespe & mane dies unus Iccirco aũt nũero primũ, qa sicut illic p posse diximus, alius est dies natura primus ille aũt nũero tm̃ uel ordine creationis primus. Nã q uere est primus, nõ tpalis est, sed æternus, nõ de creatura lucẽs, sed creaturã illuminãs lux. Qđ sciẽs scriptor noluit dicere, factũq; ẽ uespe & mane dies primus, sed factũq; est (ait) uespe & mane dies unus. Respiciamus inq̃ ad illũ diem & cõsideremus admirãdã operũ dei dispositionẽ, q eandẽ quasi edituũ terribilẽ posuit timorẽ ad custodiendũ introitũ & exitũ scripturę siue opeꝝ suoꝝ, ut qsq; ad cognoscẽdũ deũ ingredit & in introitu inueniat cur ualde timeat & in exitu audiat, cur multo maxie cõtremiscat. Deniq; cũ dicitur: Diuisitq; lucẽ & tenebras, appellauitq; lucẽ diẽ & tenebras noctẽ, ibi angelos iudicatos, & bonorũ malorũq; spirituũ diuisionẽ insociabilẽ atq; immutabilẽ factã esse intelligimus, & hic angelorũ pariter & hoĩm iudicium immutabile esse faciendũ, claris scripturæ uocibus audiuimus. Illic angelos apostatas de cęlo in istũ caliginosum aerẽ proiectos, hic eosdem angelos & eorũ sequaces hoĩes impios nõ ignoramus in ignẽ æternũ esse proijciendos Gene, 1 Vltima dies ex prima inicanda

¶De septẽ spiritibus dñi, q q primus erat in hoc ope, idẽ sit & finis, sc; spũs timoris dñi. Ca. III

Gratias igit huic spiritui dñi, spiritui sapiæ & intellectus, spiritui cõsilij & fortitudinis spiritui sciæ & pietatis, & spiritui timoris dñi, qa melius q̃ nos ipsi pparare aut prouidere potuimus nos abũdare uoluit, & in ueritate experiri fecit, id qđ uagienti & esurienti infantulo Israheli spondere dignat, dilata os tuũ & implebo illud, atq; per tam longa spatia recto nos itinere duxit & reduxit, ita ut qđ principiũ, idem sit finis, & eundo & redeundo uidimus & uidemus om̃ibus ascẽdẽtibus iã in sublimi positis necessariũ esse fundamẽtũ timoris dñi. Nũc cognoscim⁹ & cognoscere audemus, cõsulte nos egisse, & bonitate sua hunc spm̃, q est ipsa bonitas nostræ paruitati cõsuluisse. In q̃? In eo uc;, ut de sancta trinitate & operibus eius scribere proponẽtes septẽ spũs dei præ oculis. i. in intẽtione haberemus, nõ dubitãtes bonũ deũ, quæcũq; fecisset aut faceret, fecisse & facere scdm septiformẽ potẽtiã huius seculi bonitatis huius sui boni & sancti spũs. Hac etenĩ intẽtiõe ut uere simplici oculo & tãq uera lucerna præcunte uidemus, in opere domini cũcta uisibilia & inuisibilia creãtis dispositos eẽ gradus Psalm, 80 Timor necessarius est

septẽ

Iob.28. Psalm.110. Prouer.1 septem dierum secundũ istum septiformẽ spiritũ, a timore usq; ad sapientiam, ut ueraciter scri ture dixerit: Initium sapientię timor domini, & deinde lapso homine, iterum eodẽ ordine gradus & profectus septẽ ętatũ, secundũ eosdẽ septẽ spũs dñi, & deinde a passione domini reciprocato ordine gradus eosdem a sapientia usq; ad timorẽ dñi, & ita scdm eosdem spũs ubiq; magna & exquisita, mirabiliterq; ordinata opera domini. Sedeamus hic in isto fundamẽto necessariæ solicitudinis, & quod reliquũ est sermonis tã diutini, perficiamus in timore domini.

¶ De distinguenda significatione timoris. Ca. IIII.

Timor dei, bicornius, seruilis, & liberalis

PRimo dicendũ, bifariam diuidi significatũ boni timoris, ita dũtaxat, ut non quidẽ aliunde, sed tñ pro diuersis qualitatibus timẽtiũ, timor quo timetur deus alius & alius sit. Est eñ timor seruilis & timor liberalis. Timor seruilis, siue timor seruorũ est, quo pœna peccati timetur, Timor liberalis est idẽ timor filiorum, quo detrimẽtũ gratię cauetur Vtrũq; ab alterutro clarius distinguere conemur. Timor seruilis q pœnã habet, incipientium est. i. eorum, q nũc ad primũ ad deũ respicere, & gehẽne ignis memores esse incipiũt, & ea memoria aduersus pctm̃ resistere cõtendũt, Hic nõ iã sapiẽtia, sed tantũ sapientiæ initiũ est, nec adhuc omnino timor dñi, sed timor mortis, nec adhuc recte timor sanctus, sed tm̃ timor aut certe timor pœnalis aut anxius dicitur. Porro timor literalis perfectorum uel ad perfectionẽ tendentiũ est. i. eorum q post consciẽtiã superiorum gratiarum sponte ad timorẽ propter cautelã sese dimittunt

Iohan. 4 Differt hic ab illo plurimũ & multis modis, maxĩeq; in eo quod illum seruilẽ atq; pœnalẽ perfecta charitas foras mittit, iste aũt liberalis & sanctus permanet in seculũ seculi. Hoc aũt utriusq; cõmune est, quod uterq; animã pungit, & q̃si sanguinẽ aĩæ lachrymas per oculos emittit, diuersis tamẽ causis agẽtibus. Nã in illo cã est angustia mẽtis solicite, ne in gehẽnã mittatur, in isto causa efficiens est desideriũ animæ eo quod peregrina sit, & a regno differatur. De timore incipientiũ, q & seruilis siue pœnalis dicitur, nũc locus & propositi ratio postulat ut loquamur

¶ Qđ quatuor sint timores, quorum perceptibilis est anima hoĩs, duo mali & duo boni Ca. V

Timor mal9.

TImor iste uel perturbatio animæ, est ueniẽs ex fide & spũ dei. Quatuor eñ sunt timores, quorum anima hoĩs perceptibilis est, & iccirco dum de uno proponimus diffinitione opus ẽ. Duo mali, duo boni sunt timores. Est eñ malus timor passio q̃dã uel perturbatio animi, sed neq; ex fide ueniẽs, neq; ex spũ dei, quẽ improbant etiã seculares philosophi, apud q̃s lectitãtur etiã & sæpius quatuor animi passiones, gaudiũ, timor, spes atq; dolor, & ecõtrario totidẽ uirtutes, tẽperantia fortitudo, prudẽtia atq; iustitia. Timor ille iccirco malus est, qa perturbat inde animũ, unde perturbari nõ debuit, scilicet de amittendis opibus seculi, uel de incũbentibus aduersis, quæ oportuerat pro utilitatis causa fortiter sustineri. Item timor

Obiectio malus est ex fide quidẽ, sed non ex spiritu dei, quo interdũ turbatur animus, sed nõ se corrigit.

Solutio ¶ Hic iam forte quærat aliquis, qũo possit esse ex fide qđ non est ex spiritu dei, cũ ipsa fides do-

Iaco. 2. nũ sit spũs dei? Ad hæc Iacobus Apostolus dicit: Tu credis, qm̃ unus est deus, bene facis. Et dæmones credũt & cõtremiscũt. Vis autem scire o homo inanis, qa fides sine operibus ociosa est. Idemq; supra dixerat: Fides si nõ habeat opa, mortua est in semetipsa. Est ergo timor malus ex fide quidẽ, sed nõ ex spũ dei, quia non ex fide quæ per dilectionẽ operatur, sed ex fide ociosa & ideo mortua. Et hũc timorẽ omnes quidẽ & semp dęmones habẽt, qa credunt & cõtremiscũt, homines aũt mali nõ omnes, sed multi desperati hñt, quomodo ille, de quo in actibus Aposto-

Apo. 24 lorũ ita legitur: Post aliquot autem dies, ueniens Felix cum Drusilla uxore sua, quæ erat Iudęa, uocauit Paulum & audiuit ab eo fidem quæ est in Iesum Christum. Disputante aũt illo de iustitia & castitate, & de iuditio futuro, tremefactus Felix, respondit: Quod nũc attinet, uade. Tempore autem oportune accersiam te. Simul & sperans, quia pecunia ei daretur a Paulo, propter quod frequenter accersiens eum, loquebatur cum illo. Biennio autem expleto, accepit successorem Felix portiũ festum. Volens autem gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulũ uinctũ. Tremefactus est, sed non se correxit, qui tali modo gratiã præstare Iudæis, & correctionis ma-

Gene. 3. gistrũ uinctũ reliquit. Sed quid tam longe timoris huius exempla petiuimus? Primus homo timore isto timuit, uocem tuã (inquiens) domine audiui & timui, eo quod nudus essem, & abscondi

Timor bon9 me. Neq; eñ bene timuit qui se abscondit, & culpam confiteri noluit. ¶ Bonorum differentias timorũ supra diximus, quia uidelicet alter seruilis alter liberalis, alter incipientiũ, alter pfectorũ est, alter pœnã pauet, alter detrimẽtũ gratiæ cauet. Sed & in hoc differũt, qa alter quidẽ passio

Psalm. 6 uel perturbatio, alter uero pax & requies animi est. Alter eñ dicit: Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Miserere mei dñe qm̃ infirmus sum sana me dñe, qm̃ cõturbata sunt ossa mea & anima mea turbata est ualde. Et subinde: Turbatus est a furore oculus meus Alter uero ita tranquillus, quietus, & ab omni perturbatione remotus est, ut de illo ueraciter qui-

Eccle. 34. dam sapiens dicat, Qui timet dñm nihil trepidabit & non pauebit, qm̃ ipse est spes eius. Timentes dominũ beata est anima eius ad quem respicit, & qui est fortitudo eius firmamentũ uirtutis tegumen ardoris, & umbraculum meridiani, deprecatio offensionis, & adiutoriũ casus exaltãs animã & illuminãs oculos, dans sanitatem & uitam & benedictionẽ. Igitur timoris boni quidẽ

sed nõdũ

sed nondũ pfecti & optimi timoris pœnã habẽtis, quẽ pfecta charitas foras mittit, uera & sufficiẽs est illa definitio, quã diximus, qa passio uel pturbatio animi est ueniens de fide & de spũ dei.

¶De timore bono, sed nondũ perfecto quomodo diuidat hominẽ contra semetipsum uoluntatibus contrarijs, Cap. VI.

PRimum hoc habet utile timor iste, q hominẽ unum eundem'q contra semetipsum diuidit, ut quasi duo sint in alterutrum diuisi, uoluntatibus contrarijs queadmodum, Apostolus dicit: Caro eñ cõcupiscit aduersus spm̃, spũs autẽ aduersus carnẽ: Hæc eñ sibi inuicem aduersantur: ut non quæcũq uultis illa faciatis, Non eñ hoc ita dictũ ẽ, ut quicq̃ suffragari putanda sit hæresi illi, quæ animã hominis partẽ dei habere dixit, corporis uero figmentũ a deo malo factum. & ideo contrarijs sibimet diuersis'q substantijs, carnem lætari animã cõtristari: & in qbus exultat anima carnẽ affligi. Nõ est hoc q̃d dixit, caro cõcupiscit aduersus spm̃, spũs aduersus carnẽ: sed caro totus hõ est añ aspirationẽ timoris dei, caro iquã. i. carnalis. Vbi aũt aspirat & aĩæ eius incidit spũs timoris dei, iã partim caro, partim spũs est, & cõtra inuicẽ hæc duo pugnãt uolũtatibus cõtrarijs. Pugnã ipsam alio loco idẽ apłs plenius exprimit, dicẽs in psona cuiusq ĩfirmi & impfecti: Ego aũt uiuebã sine lege aliqñ. Quid ẽ, uiuebã sine lege aliquãdo, nisi operabar q̃ uolebã sine timore? Sine lege eñ uiuit, q sine respectu peccat timoris dei, q lætatur cũ male fecerit, & exultat in rebus pessimis. Sed cũ uenisset mandatũ inquit, pct̃m reuixit. Ecce origo belli & initiũ seditionis, de qua dixit: caro concupiscit aduersus spm̃, & spiritus aduersus carnẽ. Venit eñ mandatum, quando aspirat hic spũs timoris, & animã facit eẽ memorem mandati, memorem futuri iuditij. Tunc sine dubio peccatũ reuiuiscit, quod antea quasi mortuũ fuerat: quia segnius & negligentius urebat ardor peccati, acrius perurget & quasi tyrannizat, audiens, quia contra se in atrio eiusdem animæ spiritus iste portitor mandati resultat. Fit itaq discordia magna concurrentiũ spũs & carnis, id est, mandati & peccati, siue boni timoris & malæ cupiditatis. Ita diuisus homo postmodũ dicit: Condelector legi dei, secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mẽbris meis. Hæc est illa pugna siue discordia carnis & spũs, quam non aliter scire potest homo, nisi experiatur. ¶Amplius aũt ex eo quod subinde dicit: Igitur ego ipse mente seruio legi dei, carne autem lege peccati, constat unũ eundẽ'q hominem contra semetipsum diuidi, ita ut aliud suadeat timor dei siue timor mortis, aliud infirmitas siue consuetudo carnis. Interea timor dei crescit & conualescit, ita ut peccatũ in carne habitans abijciatur: & tunc demũ qui remanet intus, fit timor sanctus: & loco peccati quod eiecit, socia tandem charitate fruatur. Hoc suspirans inter pugnandũ loquitur: Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christũ dominũ nostrũ. Quomodo autem iste timor crescat & usq ad pacis sanctitatem perueniat, ipse dominus in euangelio tali similitudine demonstrat. Sic est regnũ dei, quemadmodũ si homo iaciat sementem in terram, & dormiat, & exurgat die ac nocte, & semen germinet & increscat dũ nescit ille. Vltro eñ terra fructificat, primũ herbã, deinde spicam, deinde plenũ frumentũ in spica.

Gala. 5
Manichæi,
Roma. 7
Sine lege uiuebam qd dictum
Prouer. 2
Roma. 7
Marci, 4

¶De terribili iudicio dei, q uere magna timoris huius substantia uel causa sit. Cap. VII.

QVid tandẽ illud est q timor iste animam sibi uendicat, & ad cõsensum sui prouocat? Nimirũ terribile iudiciũ dei, q̃d futurũ in nouissimo die oĩs scriptura diuinitus inspirata, iugiter p̃dicat. Magna plane uis & grandis materia, qua timor idẽ, si paruus uel tenuis erat, quotidie pascat & cõualescat. Nã ut cætera nũc interim taceã, uel differam, summa illius iudicij cõsideratio est homini scire uel retractare, quia post hãc uitã maxiẽ autẽ post illud uniuersale iudiciũ, peccatori & impio non magis q̃ diabolo ulla superest pœnitẽtia. Nonne miserrimũ esse diabolũ perpendit, quisquis cõsiderat in eo quod & accepit, iam pro suæ merito iniquitatis, ut quia cũ liceret proficere noluit, iã proficere nec uelit nec possit: & accepturus est in illo iudicij die pœnas ignis æterni, quibus nullus sit finis? Omnes quippe angeli cũ libero arbitrio conditi sunt, & sic bene cõstituti ut in melius proficere haberent. Profecerunt q uoluerunt qui bonã uoluntatẽ habuerũt. Defecerũt & apostatauerũt qui sibimet q̃ creatori suo placere maluerũt. Factũ est deinde eorũ iudiciũ, & qui cũ peccare possent, peccare noluerũt, firmiter'q in amore creatoris pedem fixerunt: hoc in remunerationem acceperunt, ut amplius iam peccare uel peccando mori non possint. Verbo eñ domini cœli firmati sunt & spiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Econtrario, diabolus & omnes angeli eius, qui cum illo iniquitatem operati sunt ita ceciderunt, & ita moto pede superbiæ expulsi sunt, ut iam amplius stare nõ possint, talem omnino retributionem acceperunt, ut nunquam restitui possint: accepturi sine dubio adhuc in illo die retributionem ignis æterni. Nonne, inquam, quisquis aduertit miserrimum hoc esse perpendit? Certissime autem homo quocunque in articulo est, eiusdem periculi, & rationem habet cum eodem iudice deo conditione simili. Sic enim & ipse bene conditus fuit cum libero arbitrio, ut si uellet, in melius proficere posset, & quia proficere neglexit, deum'q contempsit, de paradiso eiectus est. Sed & nunc redemptoris gratia, in idipsum,

Psal, 32.

repositi sumus, & ad hoc in p̄sentis tēporis ecclesiā de cūctis gētibus uocati transferimur, ut ad similitudinē creatoris nr̄i uitāq; æternā quā ī Adā p̄didimus recuperādā proficiamus. Profecerunt & proficiunt ex nobis q uolūt, ita ut filij dei facti sint, & filij dei fiant q uolūt. Quicūq; nūc ita uolētes proficiūt, talē in illa die iudicij remunerationē accipient huius bonæ uoluntatis, ut amplius iam deficere nō possint, sintq; æternaliter filij dei æterni: & cōtra, quicunq; ex nobis p̄ficere nunc negligunt uel contemnūt, talem itidē in illa die remunerationē accipient, ut amplius iam proficere nō possint, sintq; socij, & cōparticipes diaboli & angelorū eius in flamma ignis æterni. Magna igitur uere causa, magnū iudiciū illud in anima hoīs est timoris dei materia.

¶De aduentu tremēdi iudicis, qūo sedebit ipse sup sedē maiestatis suæ. Cap. VIII.

Mat. 25 GRande expectaculū. Ait em̄ ipse rex & filius regis, cui deus pater iudiciū dedit. Cum aūt uenerit filius hoīs in maistate sua, & oēs angeli cū eo, tūc sedebit super sedē maiestatis suæ, & cōgregabūtur ante eū oēs gentes: & seperabit eos ab inuicē, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidē a dextris suis, hœdos aūt a sinistris: &

Act. 1. reliqua. Filius hominis ueniet, filius hominis apparebit. Sic inde ueniet, quomodo hinc ascēdit. Dixerunt em̄ angeli: Hic Iesus qui assumptus est a uobis in cœlū: sic ueniet, quemadmodum uidistis eū euntem in cœlum. Quomodo uiderant, qualē uiderant euntē in cœlū? Viderant euntē formā serui, uiderant in manibus & pedibus eius fixurā clauorū: uiderant latus eius lancea uulneratū: & talem susceperat nubes ab oculis eorū. Grande & dulce gaudiū intuentiū, qa talis eleuatus est: & grādis timor ac tremor expectantiū, qa talis & sic ueniet. Nubes em̄ illū suscepit, &

Qūo ad iudicandū uenturus Christus.

Mat. 24 in nube uenturus est. Nā tūc uidebūt, ait, filiū hoīs uenientē in nube, cū potestate magna & ma-

Psal. 46 iestate: Idcirco uere psalmus dixit: Ascendit deus in iubilatōe, et dn̄s in uoce tubę. Apostoli nāq;

Lucæ. 24 iubilauerunt, sicut scriptū est: Et ipsi adorātes, reuersi sunt in Hierl̄m cum gaudio magno: sed &

Act. 1. uocē tubæ acceperūt, nobisq; auditā fecerūt, qua dictū est, Sic ueniet quēadmodū uidistis eum euntē in cœlū. Hæc nāq; p̄nūciatio plena est timoris, tanq̄ uox tubæ grāde & terribile bellū nūciantis. Et apl̄us idē sentiens, dicit: Quoniā ipse dn̄s in iussu & in uoce archangeli, & in tuba dei

1. Thes. 4 descendet de cœlo. In iussu. i. in imperio maiestatis, in uoce archangeli. i. in p̄conio angelicę fortitudinis iudicē adesse nunciātis: in tuba dei. i. in tonitru & terrore, qualē solus deus facere possit. Tunc em̄ idē deus noster, q & filius hoīs, manifeste ueniet, & nō silebit. Grande igitur expecta-

Apo. 1. culū, ubi sic ueniet cū nubibus, & uidebit eū oīs oculus, & q eū pupugerūt, & plangent se sup eū, omnes tribus terræ. Venient & oēs angeli cum eo. Et sicut in alio Euāgelista ip̄e testatur, eo ue-

Lucæ, 21. niente uirtutes cœlorum mouebuntur. Quodq; amplius pauendum est, qui prius uenit in sp̄ū mansuetudinis, sicut ostendit sp̄ēs columbæ, quæ sup eū apparuit: tunc ueniet in flamma ignis.

2. Timo. 1, Reuelabitur de cœlo cum angelis uirtutis suæ in flām̄a ignis, inquit apostolus, dantis uindictam his q non nouerunt deū, & qui non obediunt euāgelio dn̄i nostri Iesu Christi. Illo igne cœli soluentur, mare siccabitur, ut patrum quidā arbitrātur, & hinc forte in Apocalypsi Iohannes inqt

2. Pet. 3. & mare iam non est. Cœlos uero calore soluendos apostolica scriptura non tacuit: Cœli, inqt, qui nunc sunt, & terra, eodē uerbo repositi sunt igni reseruati in diem iudicij, & perditionis ho-

1. Pet. 3. minum impiorū. Item: Adueniet aūt dies domini ut fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa uero calore soluentur. Tunc sedebit sup sedem maiestatis suæ, Non tanq̄ uicarius aut legatus sup alienam sedem, ad horā uel ad tempus sedebit: sed rex legitimus & monarcha cœli super suā sedem in sua maiestate sedebit

¶Quomodo cōgregādæ sint ante eū oēs gentes, canēte nouissima tuba Cap. IX.

Matt. 25 ET congregabūtur, inqt, ante eū oēs gētes. Qūo cōgregabūtur, uel unde cōgregabūtur? Resurgēdo cōgregabūtur, de sepulchris exiliendo cōgregabūtur. Et mortui q in Christo sunt, ait apostolus, resurgēt primi. Deinde nos q uiuimus, q relinqmur, simul rapie-

1. Thes. 4 mur cū illis in nubibus obuiā Christo in aëra, & sic semp cū dn̄o erimus. Tanta erit uelocitas cōgregationis siue resurrectionis: ut hi q uiuentes inueniētur, mortuis dn̄o nō occurrāt uelocius. Nā & hoc astruēs, hoc em̄ inqt uobis dicimus in uerbo dn̄i: qa nos q uiuimus qui residui sumus, in aduentu dn̄i nō præueniemus eos q dormierūt. Nō præueniemus, sed simul rapiemur. Nos q uiuimus, ita dixit, ac si diceret, q taliter in corpore, tūc iueniētur qualiter sumus nos q hodie uiuimus. Et uere sic dicendo multū adauget miraculū uelocissime resurrectiōis, in qua hi qui uiuentes inuenientur uelociores ad occurrendum domino esse non poterūt, his qui iam-

1. Cor. 15 dudū in puluerē reuersi sunt, quos terra consumpsit, quos mare absorbuit, quos ignis deuorauit. Hinc & alibi dicit: In momento in ictu oculi. ¶Quomobo, inquis, tā cito poterunt inueniri, q tam diuersis modis in tam diuersas partes disiecti sunt & consumpti? Vere tā cito, quāto ci-

Esa. 40 tius, tu homo uidere non potes illud, quod palmo constringis. Nonne quaquauersum mortuorū cineres disperierūt, omnis caro in terrā de qua sumpta est redit? Et nōne ueraciter deo dictū est, terrā palmo cōcludis? Ergo tā cito deus inueniet q̄d terra cōsumpsit, q̄ cito inuenis tu quod palmo cōstringis. s. in mométo ī ictu oculi. Quomō tā cito de tā multis exiliēt sepulchris, de tā multis aquarum uel terrarum abditis? Canente tuba nouissima, tonante & omnia concutiente

maiestate

maiestate omnipotentissima. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Quomodo Lazarus quatriduanus mortuus resurrexit? Debet enim satis esse pro experimento ueritatis, pro argumento uelociter & potenter agendæ resurrectionis. Nam idcirco sic illum corporaliter suscitauit ut fidem faceret eius promissionis, qua dixerat: Nolite mirari hoc, quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem filij dei, & procedent, sicut & sororem eius Mariam spiritualiter suscitauit, ut fidem faceret eius, qua itidem dixit: Amen amen dico uobis, quia uenit hora, & nunc est, quando mortui, id est, peccatores audient uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Quomodo ergo illum suscitauit? Tantummodo uoce magna clamauit, Lazare ueni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus, & pedes institis, & facies illius sudario ligata erat. Mira res Quomodo prodijt cum ligatus esset manus & pedes institis, & idcirco ad prodeundum neque manibus neque pedibus posset uti? Quomodo uidit quo procederet uel qua, cuius facies sudario erat ligata? Non ergo suum fuit, quod prodijt, sicut nec illud, quod reuixit, sed unus idemque clamor uocantis, qui corpori uitam incussit, sepulchro corpus excussit. Credamus ergo, quia canente tuba nouissima, tuba dei, sic exilient mortui, quomodo ad clamorem illum is qui fuerat mortuus prodijt. Nam clamor ille tubam nouissimam præsignauit. Itaque resurgendo & cum impetu de sepulchris exilienco congregabuntur ante eum omnes gentes, latere non ualentes. Denique si possent, latere uellent, non solum gentes, sed & gentium reges & principes, sicut in Apocalypsi scriptum est, Et reges terræ & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus & liber absconderunt se in speluncis & petris montium. Et dicunt montibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Quoniam ueniet dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare?

j. Cor. 15 *Iohan. 11.* *Ioh. 5* *Vt Lazarus in ictu oculi, sic omnes resuscitabimur* *Apo. 6*

¶ Quomodo intelligendum sit, quod apostolus ait, Mortui qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos qui uiuimus, qui residui sumus simul rapiemur cum illis. Cap. X.

NEc uero solam celeritatem in resurrectione, sed & pauoris nimietatem in cantu tubæ nouissimæ intelligere debemus, cum dicit loco supradicto Apostolus: Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Datur enim per hoc intelligi, quia uno eodemque impetu uel tonitru, magnæ tubæ canentis, ad unum eundemque fragorem archangelicæ uocis, iussumque tremendæ maiestatis, & mortui quasi dormientes, à somno mortis concussi euigilabunt, & qui uiui inuenti fuerint, simul in mortem attoniti concident, & de morte confestim resilient. Non enim sic intelligitur, nec sic intelligendum est, nos qui uiuimus, qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus, ut putemus eos mortem non uisuros qui uiuentes inuenientur, sed sicut iam dictum est, uiui inuenti morientur, & eodem concussu quo mortui fuerint, confestim rursus ad uiuendum excitabunt Magnum & mirabile, quod mortui de sepulchris uiuentes excutientur, sed maius & mirabilius, quod uiuentes metu examinabuntur, & eadem formidine ad uitam sensumque reuocabuntur: terra quoque ipsa quæ animam aut sensum non habet, ita sub illa maiestatis præsentia trepidante, ac si iram sentiat, & sensualiter affligatur. Si tantus terror uel terroris tanta uis in uoce uel in cantu tubæ pronunciantis: quis putas uel quantus erit sensus iræ uel uindictæ præsentis in ipso actu iudicij? Vere nisi post resurrectionis momentum iam immortales essemus, si ullo modo mori possemus pro solo uisu examinaremur, uidentes tartarum apertum & paratum impijs ignem æternum. Sed enim iam non poterimus mori, & uolentes, nolentes, uiuere oportebit. Vnde & uerissime dictum est, quia cupient homines mori, & fugiet mors ab eis. Erit itaque impijs extunc, si dici potest, mors semper uiuens, uita semper moriens.

j. Thes. 4 *Terror diei ultimi.* *Apo. 9*

¶ De eo quod idem ait, Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Cap. XI.

AIt autem idem apostolus: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Item: Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Hæc est spes, hæc est consolatio sanctorum, hæc est fiducia pefectorum, perfectam charitatem habentium. Omnes inquit scilicet tam reprobi quam electi resurgemus: non autem omnes, sed nos uidelicet soli electi immutabimur. Quid enim est, immutabimur? Impassibiles efficiemur, impassibilia corpora resumemus. Non hoc speramus, non hoc expectamus, quod ignem uidere, uel igni ipsi, uel ipso igne ardentibus in illa die interesse non debeamus, sed hoc promissum habemus, & hoc sperare debemus, quia resurgendo sic immutati erimus, ut per ignem transeuntes, ignem non sentiamus. Tantum ualebit ueritas nostræ fidei & dilectionis, tantum ueritati fauebit iustitia iudicij, ut penes quos erit ueritas & iustitia, illos ignis lędere uel contristare non possit. Hoc est quod idem apostolus dicit: Vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur. Et uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Hic timor est, hic timore trepidandum est. Quis enim de semetipso præsumere possit, quod ex eorum sorte uel numero sit, qui sic sunt immutandi? Quis eorum qui tunc uiuentes sunt inueniendi, ita castum cor se habere gloriari poterit, ut neque ligna neque fœnum, neque stipula, sed tantummodo aurum, argentum, & lapides preciosi in opere eius inueniatur, quæ consumere non possit ignis? Nam eorum qui nunc in pace ecclesiæ defuncti sunt uel defunguntur, multi longa purgatorij ignis ustione indigent, quia non solum fœnum aut stipulam .i. leuiora, sed ligna quoque, id est grauiora peccata super fundamentum Christianæ fidei superædificauerunt. Ergo electorum quoque illorum maxime qui tunc uiuentes inuenientur, quam plurimi ardentes iudicabuntur, & ardentes in iudicio purgabuntur, paucissimi erunt qui eorum quæ uisuri sunt, quæ audituri sunt, solo pauore purgentur & im

j. Cor. 15 *Immutabimur, quomodo* *j. Cor. 3*

passibilitate confestim immutentur.

¶De separatiõe ouiũ ab hœdis,& ꝙ q̃tuor diuisiões hoĩm in illo iudicio futuræ sint. Ca. XII.

Mat. 25 CONgregatis aũt añ eũ oĩbus gẽtibus:seperabit eos ingt ab inuicẽ sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues qdẽ a dextris suis,hœdos aũt a sinistris. Oẽs gẽtes añ eũ congregabuntur,nõ tamen omnes hoĩes astabunt,ut iudicentur:neq; ante cõspectũ eius sententiã accipient q iã iudicati sunt,id est,q non credunt. Nam & apostolus dicit:Quicũq; eñ sine lege peccauerũt,sine lege peribũt. Et quicũq; in lege peccauerunt,p legẽ iudicabũtur. ¶Sed & illud nõ prætermittendũ,ꝙ sequentibus se,dñs noster repromisit:Amen dico uobis,ait,ꝙ uos q reliquistis oĩa & secuti estis me,in regeneratione,cũ sederit filius hoĩs in sede maiestatis suæ,sedebitis & uos super sedes duodecim,iudicantes duodecim tribus Israhel. Duodenario nũero significata est uniuersa iudicantiũ multitudo propter duas partes nũeri septenarij,quo significatur plerũq; uniuersitas. Ter eñ quatuor,aut quater tria,duodecim faciũt. Quatuor ergo diuisiones siue ordines hoĩm in illo iudicio erũt. Vnus erit ordo pfectoꝝ,q non iudicabũtur,sed iudicabũt:alius eoꝝ q sine deo sunt,q nõ iudicabũtur,sed iã iudicati sunt,qui sine lege peribũt,qa legẽ nõ acceperũt. Duo reliqui ordines eorũ erũt q legẽ acceperũt. Nã alij ex his legẽ acceptã seruauerũt,& idcirco p legẽ iudicabũtur,& saluabũtur:alij legẽ acceptã nõ seruauerunt,& idcirco p legẽ iudicabũtur,& peribunt. Nimirũ,qa legẽ acceperũt,idcirco q̃si grex ante pastorẽ cõgregabũtur:& idcirco qa legẽ seruauerũt hi,& nõ seruauerũt illi,seperabũt,quẽadmodũ dicit,sicut pastor segregat oues ab hœdis. Qui legẽ seruauerunt,& curã dilexerunt pastoris,isti oues sunt:q aũt nõ seruauerũt,q nõ dilexerũt,isti hœdi sunt. Sep arabũtur ergo ab inuicẽ,ut nõ in easdẽ beatitudinis caulas,cũ mitibus agnis & ouibus,hœdi petulci & cornupetæ ingrediant. Hic interim dũ in pascuis sunt,dũ foris in agro mũdi huius pascũtur,hœdi inter oues mixti obambulãt,& inter simplices agnos luxuriant:interdũ & infirmiores quosq; fortiores ipsi pfodiũt & lacerãt corniculis elatis & lasciuiẽtibus:sed cũ ad illas caulas peruentũ fuerit, seperabũtur pastoris diligẽtia,iuxta parabolã zizanioꝝ agri,q̃ dictũ est:Mittet filius hoĩs angelos suos,& colligẽt de regno eius oĩa scãdala. Sane ꝙ ait:Statuet oues qdẽ a dextris suis,hœdos aũt a sinistris:iuxta illud itellige q̃d alibi legimus,Cor sapiẽtis in dextera dei,& cor stulti in sinistra illius,& supra in hoc eodẽ euãgelio:Nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua. Oues in parte iustorũ stare iubẽtur ad dexterã:hœdi,hoc est pctõres,ad sinistrã,q semp pro pctõ offerũtur ĩ lege. Nec dixit capras q̃ possunt habere fœtua,& tonsæ egrediũtur de lauacro,oẽs gemellis fœtib⁹ & sterilis nulla ĩter eas:sed hœdus lasciuũ animal & petulcũ,feruẽs semper ad coitum.

Increduli non iudicabũtur. Romo. 2 Mat. 19. Oues aut hœdi,qui. Mat. 13. Eccl's. 10 Mat. 5 Cant. 4

¶De eo ꝙ dicet rex ijs q a dextris eius erunt,Venite benedicti patris mei. Cap. XIII.

Mat. 25 TVnc dicet rex ijs q à dextris eius erũt:Venite bñdicti patris mei,possidete paratũ uobis regnũ a cõstitutione mũdi. Esuriui eñ,& dedistis mihi mãducare. Sitiui,& dedistis mihi bibere. Hospes erã,& collegistis me. Nudus, & cooperuistis me. Infirmus, & uisitastis me. In carcere erã,& uenistis ad me. Bona uere,& magni boni auditio est cũ dicit:Venite benedicti patris mei: Magnũ & uerũ bonũ q̃d affert,possidete inquiens paratũ uobis regnũ a cõstitutõe mũdi. Hic iã q̃rimus illud regnũ,q̃uo paratũ sit bñdictis istis? qm audiuimus q̃n uel ex q̃ paratũ sit.s.a cõstitutiõe mũdi:nõ eñ dixit,añ cõstitutionẽ mũdi,sed, a cõstitutione mũdi. Porro sctã scriptura,q̃ oĩa docet nos,& de oĩbus rñdet nobis,a cõstitutiõe mũdi incipit.i.de cõstitutõe mũdi primã narrationẽ facit. Ibi ergo q̃rimus,& cito inuenimus,q̃uo regnũ illud bñdictis dei paratũ sit. Cõpleuitq; deus die septimo opus suũ q̃d fecerat:& reqeuit die septimo ab uniuerso ope q̃d patrarat. Et bñdixit diei septimo & sanctificauit illũ,qa in ipso cessauerat ab oñi ope suo,q̃d creauit deus ut faceret. Extũc paratũ eẽ,ap̃lus testat,cũ dicit:Quibus aũt iurauit nõ introire in requiẽ ipsius,nisi illis q increduli fuerũt? Et uidemus qa nõ potuerũt introire,ppter incredulitatẽ. Et subinde:Qm̃ ergo supest q̃sdã introire ĩ illã,& ij qbus prioribus annũciatũ ẽ,nõ introiere ,ppter ĩcredulitatẽ:iteꝝ terminat diẽ quãdã hodie,in Dauid dicendo post tm̃ tpis,sicut supra dictũ ẽ,Hodie si uocẽ eius audieritis,nolite obdurare corda ur̃a. Nam si eis Iesus requiẽ pstitisset,nũq̃ de alio loq̃ret post hac die. Itaq; relinquit sabbatism⁹ populo dei. Qui eñ ingressus ẽ in requiẽ eius,etiã ipse requieuit ab operibus suis,sicut a suis deus. Nunc qm̃ inuenire cupimus & gaudemus ubicũq; aliquãtisper inuenire meremur intentionẽ sp̃us sancti, ĩ scripturis suis nũeremus opa q̃ cõmemorat rex iste ijs q̃s a dextris posuit,ut cõstãter sciamus secũdũ illã regalẽ,apostolicãq; scripturã,sabbatismũ eẽ legitimũ,q̃ uocat eos dũ dicit. Venite bñdicti p̃ris mei. Primũ ẽ,Esuriui,& dedistis mihi mãducare. Secũdũ,Sitiui,& dedistis mihi bibere. Tertiũ,hospes erã,& collegistis me. Quartũ,nud⁹,& coopuistis me. Quĩtũ,ĩfirmus, & uisitastis me. Sextũ,ĩ carcere erã,& uenistis ad me. Sex itaq; sũt opa miscdiæ,post q̃ & ,ppter q̃ dr̃:venite bñdicti p̃ris mei possidete regnũ:sicut sex sũt dies opatiõis.i.sex spẽs opũ dei,qb⁹ cõpletis,deus reqeuit. Igit regnũ ill̃d sabbatism⁹ ẽ,& septĩus dies ĩ q̃ de⁹ reqeuit,& extũc paratũ ẽ regnũ bñdictis illis,q̃n de⁹ opus suũ cõpleuit,diẽq; septimũ bñdixit,& sanctificauit,in q̃ & requieuit. Idcirco recte ap̃lus dixit. Qui eñ ĩgressus ẽ in requiẽ eius etiã ipse reqeuit ab opibus suis,sicut a suis deus. Quis aũt est ille septimus dies quẽ bñdixit deus,& sctificauit,nisi uerbũ & sapĩa filius dei?

Gene. 1. Heb. 3 Ibi. 4 Mat. 25.

Nã uere hic filius, hoc uerbũ, hæc sapientia, in qua deus oĩa fecit, requies est, & ludus atq; delitiæ dei, sicut ipsa sapiẽtia quodã loco dicit: Ego erã cũ eo cuncta cõponẽs, & delectabar per singulos dies, ludẽs corã eo omni tẽpore, ludẽs in orbe terrarũ, & deliciæ meæ cũ filijs hoĩm. Qđ aũt uere istũ diẽ claritatis deus benedixerit, & sanctificauerit: ipse dies ore proprio, ore lucido, sic notũ fecit: Si illos dixit filios dei (ait) ad quos sermo dei factus est, & nõ potest solui scriptura: quẽ pater sanctificauit & misit in mundũ, uos dicitis qa blasphemas, qa dixi, filius dei sum? Est igitur, inquã, regnũ illud uerbũ, & sapientia, siue plenitudo uerbi & sapiẽtiæ dei, quod expectans apostolus: Nunc, inquit, ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cũ aũt uenerit qđ pfectũ est, euacuabitur qđ ex parte est. Itẽ: Videmus nũc p speculũ in ænigmate, tũc autẽ facie ad faciẽ. Nunc cognosco ex parte, tunc aũt cognoscã sicut & cognitus sum. Prouer.8 Ioh.10. Psal.81 1.Cor.13

¶Quod hi qbus dicturus est, Esuriui eñ & dedistis mihi mãducare, &c. ꝙ ad eã perfectionẽ hic non attingant ut nihil possideant. Cap. XIIII.

SImulq; ex hoc liquet illos qbus à dextris positis hæc dicẽda sunt, eos esse, q ad illã perfectionẽ nõ pertingẽtes, qa dictũ est: Si uis perfectus eẽ, uade, uende oĩa q̃ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me: actiuæ uitæ inseruiunt, & peccata quidẽ cõtraxerũt, sed eadẽ eleemosynis redimere studuerũt. Nã q cõtẽplatiuæ uitæ dediti sunt, eorũ nõ est iudicari, sed iudicare, Imo sicut eorũ nõ est quicq̃ in hoc seculo possidere, sed oĩa pro Chr̃o reliqsse: sic eorũ nõ est esurientẽ pascere, sitiẽti potũ dare, hospitẽ colligere, nudũ operire, infirmum & in carcere positũ uisitare: Martha Martha, inqt dñs, solicita es & turbaris erga plurima. Porro, unũ est necessariũ. Maria optimã partẽ elegit, q̃ nõ auferetur ab ea. Ergo q cũ Martha ministrãtes soliciti sunt, & turbant erga plurima, tunc primũ ad regnũ possidendũ uocant, qñ iudicãtur & saluant, eo ꝙ bñ ministrãdo, pctã sua eleemosynis redemerũt, nã isti q cũ Maria sedentes ad pedes dñi audiunt uerbũ illius. i. q cõtemplatiuã obtinẽt uitã, iã ex parte regnant, iã eñ utcũq; apprehẽdunt partẽ suã. Regnare nãq; siue initiũ regnãdi iã facere, est uerbo dei uacare, & propter illud nõ solũ pctã fugere, uerũetiã & diuitias, licitas q̃q; curas seculi cõtẽnere. Notandũ itaq; ubi dicitur, Venite benedicti patris mei, possidete regnũ, nõ hmõi rationẽ subiungi, propter me eñ oĩa reliquistis & me secuti estis, sed nec istas, nõ eñ occidistis, nõ mœchati estis, nõ furtũ aut rapinã fecistis, siue nõ cõcupistis: sed, esuriui eñ & dedistis mihi mãducare, &c. ut intelligamus illos eẽ iudicãdos, & in maxĩo timore futuros, q peccauerunt negotijs secularibus impliciti, sed peccata sua (ut iã dictũ est) eleemosynis redemerunt, & in iudicio esse saluandos, illos autẽ qui omnia reliquerunt, & dominũ secuti sunt, iudicaturos. Mat.19. Actiui iudicãtur, contẽplatiui iudicant. Luc.10 Mat.25.

¶Quanta sit remunerationis largitas, ut propter huiusmodi opera homo cũ deo in sabbatismum introeat. Cap. XV.

SVmma aũt admiratione digna est hæc remunerãtis largitas, ut propter hmõi opa, homo cũ deo unũ & eundẽ sabbatismũ. i. requiẽ eius introeat. Quãta eñ sunt hæc opuscula, nõ iustorũ, sed pœnitentiũ hoĩm: quãta inquã sunt ista, esurientẽ pascere, sitienti potũ dare, & cætera in cõparatione operũ dei, q sanctos angelos cõdidit & beatificauit mundi istius fabricã cõponẽs, firmamẽtum in medio aquarũ librauit, maria terminis suis circundedit, & terrã omni genere fructuũ uestiẽs, paradisum plãtauit, solẽ & lunã fecit, ut p̃essent diei & nocti, & stellas in firmamẽto posuit, animã uiuentẽ tã diuersorũ generũ, tã multarũ specierũ, de aqs iussu suo produxit, iumẽta & bestias de terra produxit, & hominẽ plasmauit? Attamẽ propter sex illa opera in eundẽ sabbatismũ, hoĩes inducit, q̃ & ipse requiescit, q tales sex operũ spẽs fecit. adde, ꝙ cũ iure opifex tãtus tãq; bonus sabbatizare posset, seruilẽ formã induit, & hominẽ qui peirerat, nõ qualicũq; cũ ope, sed & cũ labore & dolore mortis requisiuit Quę est ista ratio, ut talis operarij dei homo propter tãt illa opa socius & cõparticeps sit? Sed ne miremur, artificiosa dei charitas inuenit, qũo iuste, rationabiliter & legitime posset hoc fieri. Ait eñ, Amẽ dico uobis, q̃diu fecistis uni de istis meis minimis, mihi fecistis. Dixit aũt alio loco: Qui recipit uos, me recipit. Et qui me recipit, recipit eũ qui misit me. Et cõtinuo: Qui recipit prophetã in noĩe prophetæ, mercedẽ prophetæ accipiet. Et qui recipit iustũ in noĩe iusti, mercedẽ iusti accipiet. Ergo cõsequenter: Qui recipit creatorẽ, & saluatorẽ mundi in quo & patrẽ eius sine dubio recipit, gloriã accipiet eiusdẽ patris & filij, ut ubi ille sabbatizat uel requiescit per debitũ, qa oĩa ualde bona fecit, illic requiescat iste p grãm, qa qualia potuit bona cum charitate fecit. Gene.1. Mat.25. Mat.10

¶Qui sint minimi illi, & ꝙ alterius ordinis sint, de qbus ait, Quãdiu fecistis uni de his minimis meis, mihi fecistis. Cap. XVI.

ET qui sunt minimi illi, quos quasi digito ostẽdens: q̃diu, inquit, fecistis uni de his minimis meis, mihi fecistis. Qui sunt, uel ubi sunt, qm̃ hæc oĩbus loquitur q à dextris statuti sunt? Sunt ergo alterius ordinis, scilicet ordinis eorũ, qui (ut supra diximus) nõ iudicantur, sed iudicant, iuxta promissum dicentis: Quia uos qui reliquistis oĩa & secuti estis me in regeneratione cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, &c. Isti sunt uere minimi Christi, ut uere p̃ciosa atq; laudabili paruitate minimi: qa uidelicet cũ iã magni essent, & uiri barbati, Minimi illi q. Mat.19.

ſcientes atq; ualentes repercutere percutientẽ, iraſcentibus iraſci, ſcientes & ualentes, oculum pro oculo, & dentẽ repetere pro dente: ſponte ſua cõuerſi ſunt, & facti ſunt ſicut paruuli, ita ut auferenti tunicã, dimitterẽt & palliũ: percutienti maxillã, præberent alterã. Tales minimi uere ſunt magni, qa paruitas eorũ de uirtutis magnitudine procedit, id eſt, de ſpũ humilitatis, hic ſe

Mat. 20 humiliando: ut apud deũ mereant exaltari. Sicut em̃ illos magiſter mitis & humilis corde docuit: Qui uoluerit inter uos, inqens, primus eſſe, erit ueſter ſeruus, ſicut filius hoĩs nõ uenit miniſtrari, ſed miniſtrare. Ergo qa propter deũ minimi, ſiue pauperes facti ſunt, iuſto ualde iudicio dr̃: quandiu feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis: qa nimirũ uerbũ dei iuuat, &

Mat. 11. uerbo dei, quod eſt ipſe filius dei, proficit. quicqd talibus minimis impenditur, idcirco ut uerbo dei expediti atq; liberi uacare poſſint quod reuelatũ eſt eis, teſtante ipſo cũ dicit, Quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Veruntamẽ & q non ſponte minimi uel pauperes ſunt, ſicut fuit Lazarus: ab iſta tanti iudicis cura nõ excludũtur. Sufficit em̃ apud latiſſimã charitatis intentionẽ, ꝙ nomẽ eius ſup eos inuocatũ eſt: & pro hoc recte minimi eius dicuntur & ſunt, Chr̃o q; datur, quicqd talibus pro eo ꝙ Chr̃i ſunt impẽditur. Idcirco etiã ſi nõ nulla reprehenſibilia ꝑpetrare uideant, deſpiciendi nõ ſunt, & nõ eſt de illis deſperandũ, qa fortaſſe quos ſuperfluitas tenuiſſimæ paruitatis inqnat, caminus paupertatis purgat, eorũq; uitã magiſtra paupꝑtas cruciat, quouſq; ad uitæ rectitudinẽ perducat. Hoc ut recogitet quiſq;, illa

Lucæ. 16 maxime exigit ſnĩa, qua cũ dictum eſt: Fili recordare qa recepiſti bona in uita tua, continuo ſubiunctum eſt, & Lazarus ſimiliter mala.

¶ Quod non tantum qd, ſed & quandiu faciat minimis iſtis debeat in iudicio ponderari. Cap. XVII.

NOtandũ præterea, nõ ſolũ qd, ſed & quandiu qs faciat minimis iſtis, in iudicio ponderari. Vigilãter qppe animaduertendũ, qa nõ dixit, q̃d uni ex minimis meis feciſtis: ſed quandiu, inqt, feciſtis. Plurimũ intereſſe manifeſtũ eſt: ita ut iudicare poſſint paruuli q̃q; grãmaticorũ infantuli ſyllabici: & ſi iudicare differãt, dubiãve ſnĩam proferãt nutabũdi, ſtatim ferula magiſtri digni ſunt. Quod em̃ ĩqunt, nomẽ eſt habẽs declinationẽ pro-

Lucæ. 16 noĩs, q̃diu uero aduerbiũ eſt ſignificatiuũ tpis. Iuſte ergo & ſicut iudicẽ iuſtũ decebit, dicet, quãdiu feciſtis, appẽdendo uidelicet, nõ ſolũ qd factũ, ſed & q̃diu factũ ſit. Exẽpli gratia: Diues aliquis epulans ſplendide, cuipiã Lazaro iacẽti ad ianuã ſuã, micas ſiue reliquias, aut certe ſi religioſior eſt, primicias mẽſæ ſuæ quotidie tribuit: & dum uiuit pauperũ memor eſt, nõ deſinẽs tale

Monaſteriorũ ſtructores ꝓmij quantum habituri. qd facere, ex eo quod abundat ſibi. Alius aũt multi poſſeſſor patrimonij, fortaſſis & auri ſiue argenti intus repoſiti, cœnobia ſiue Xenodochia cõſtruit, cõſtitutis redditibus annuis, unde non ſolũ in uita eius, ſed & per mille generatiões bñ habeant & in cõmune uiuãt aliquot ex iſtis minimis, ſiue uiceni, ſiue triceni, ſiue certe cẽteni. Nõne igitur (ut iã dictũ eſt) ꝑtinebit in illo iudicio, iſtud q̃q; meminiſſe pro ratione ꝓmij, ut habeat plus retributiõs, q diutius miniſtrauit.

¶ Quomodo interrogent & diſcant qd, quandiu fecerint, & cũ fecerint. Cap. XVIII.

SEd & illud recte quæritur, quomodo tunc primũ interrogent & diſcãt, qd uel q̃diu fecerint, aut cui fecerint, cũ tẽpus diſcẽdi uel docẽdi modo ſit, & facere poſterius ſit q̃ doceri qd faciendũ ſit. Et qdem queſtioni difficilius reſponderi poſſet, ſi exiſtimarem⁹ ſic ibi interrogandũ, & ſic reſpondẽdũ, ſicut hic interrogamus, & ſicut reſpondemus. Si ita putaremus, riſum ſapiẽtibus faceremus, cõſequẽs eſſe dicẽtibus, ut unus homo apparẽs in nubibus ſedẽs in maieſtate ſua rex magnus, ore grandi uocẽ ſuã elementarẽ ſic magnã faceret, ut eã in toto mũdo, uel de toto mũdo congregatæ audirẽt & intelligerẽt oẽs gentes. Nũc aũt ſcimus & ſcire debemus, qa nõ uerbis aut uoce elemẽtari, ſed cogitationibus latere nõ ualẽtibus, & cer-

Roma. 2 tiſſime cõcurrentibus, iudiciũ omne ꝑficietur, teſtãte apoſtolo, cũ dicit: Qui oſtendũt opus legis ſcriptũ in cordibus ſuis teſtimoniũ reddẽte illis cõſcia ipſorũ & inter ſe inuicẽ cogitatiõum accuſantiũ, aut etiã defendentiũ in die cũ iudicabit deus occulta hoĩm ſecũdũ euãgeliũ meum ꝑ Ieſum Chriſtũ. Ergo interrogatio illa dicẽtiũ, dñe qñ te uidimus eſurientẽ & pauimus, ſitientẽ & dedimus tibi potũ, &c. cogitatio erit, & cõſcia tripudians in manifeſto cordis, attonitĩ atq; ammirantis qd ſit quod uidet & audit, qa uere quantũuis firmiter cantãdo & legẽdo ſcire uel diſcere qs poſſit, hodie ueritatẽ rei, ualde nouũ tunc erit, ꝙ illa maieſtas de minimis ſuis eſurientibus & ſitientibus tãtopere curare dignata eſt, ut in illis eſurierit & ſitierit: & non ſolũ hoc, ſed & reuera paſſibiliter in ſemetipſa eſuriuit & ſitiuit, & hoſpes fuit, & ueſtibus ſuis à militib⁹ nudata eſt, & infirmata, imo & mortua fuit, & in carcerem inferni deſcendit.

¶ De eo ꝙ dicturus eſt, & ijs q a ſiniſtris eius erunt, Diſcedite a me maledicti in ignem æternum. Cap. XIX.

Mat. 25. TVnc dicet & ijs q a ſiniſtris eius erunt: Diſcedite a me maledicti in ignẽ æternum, q

Pſal. 111. præparatus eſt diabolo & angelis eius. Hæc eſt auditio, uere & icomparabiliter mala, de q̃ Pſalmiſta dicit: In memoria æterna erit iuſt⁹, & ab auditiõe mala nõ timebit. Quid em̃ auditu tam malũ? Quod nomen tam peſſimum? Maledictos dicit eos. benedictus

nedictus & ipsa benedictio rectorum,& discedite,inquit,in ignem æternum. Non est hoc ex amaritudine,uel nimio motu animi in iram concitati,sed ex tranquillissima ratione iudicij, ex uera maturitate,uel matura ueritate iudicis rem uel meritum sicut est exprimentis,cum authoritate scripturarum extra quam nec iudicans dicet aliquid. Nam reuera,& quod illos qui à dextris erunt,benedictos appellabit:uenite,inquiens,benedicti patris mei,& his qui à sinistris erunt dicet:discedite maledicti,secundum scripturam faciet antiquissimæ & diuinæ authoritatis. Antiquitus enim illi omnes qui ad uitam prædestinabantur,& idcirco ad dextram statuentur,benedicti fuerunt,dicente scriptura:Et creauit deus hominem ad imaginem suam,masculum & fœminam creauit eos.Benedixitque illis deus,& ait:Crescite & multiplicamini & replete terram, & subijcite eam,&c. Solos quippe electos tunc benedicendo nasci iussit,unde & benedicti uel benedictionis sunt filij,nondum admisso peccato propter quod nati sunt uel nascuntur omnes,quos nescit dei benedictio,dicente eodem ad mulierem post peccatum, Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. Vnde quia benedictio illa nec debuit,nec potuit euacuari, nec mulieri dixit,maledicta es,nec uiro dixit,maledictus es sup terram:sed hoc tantum dixit,maledicta terra in opere tuo,unde suo loco plenius diximus. Si ita dixisset,maledictus es sup terram totam enunciasset maledictam esse massam,totamque prioris benedictionis mutabili animo euacuasset sententiam. Porro ad Cain,de cuius parte omnes & soli sunt reprobi,qui ad sinistram sunt statuendi:non dixit,maledicta terra in opere tuo:sed,maledictus es,ait sup terram,& uno illo omnes qui imitantur illum maledictos fore denunciauit:& isti sunt,quibus dicturus est iudex,discedite à me maledicti. Igitur(ut iam dictum est)non tanquam iratus,sicut commotus dicet nouum aliquid:sed omnia tunc quoque sumet de scripturis,& sicut audiuit,iudicabit.

Gene. j. Electi solum benedicti in principio.

¶Quare,uel qua ratione ijs qui temporaliter uiuentes peccauerunt, dicat, Discedite in ignem æternum. Cap. XX.

QVare autem,uel qua ratione ijs qui temporaliter uixerunt & temporaliter peccauerunt, discedite dicet in ignem æternum:pœnamque ignis æterni pro peccatis rependet temporalibus: addendo etiam,qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim ait,& non dedistis mihi manducare:Sitiui,& non dedistis mihi bibere:Hospes eram,& non collegistis me: Nudus,& non cooperuistis me:Infirmus & in carcere,& non uisitastis me. Magna uere & ualida ratio,& idcirco sententia iusta & irreprehensibilis. Idem enim est,ac si dicat. Quia sicut diabolus,ita & uos impœnitens cor habuistis. Sciendum quippe & memoriter tenendum est,quia non dixit,homicidæ enim aut fures estis aut adulteri:sed,esuriui enim,inquit,& non dedistis mihi manducare, & cætera,id est uestra eleemosynis redimere noluistis peccata. In quo aliter diabolus peccat,quam isti, quorum nulla est pœnitentia? Hæc causa hominem diabolo comparem iuste addicit:quia sicut ille pœnitentiam non agit, quam tamen nullus unquam prædicauit aut prædicaturus est ei,sic & iste impœnitens est, & pœnitentiæ fructus facere contemnit,cui non solum per suos,sed & per semetipsum pœnitentiam prædicauit deus, & hoc iste qui hæc dicit. Quia ergo esurienti mihi manducare non dedistis,nec potum sitienti,quia me hospitem non collegistis,& nudum me non operuistis,quia me infirmum non uisitastis,& ad me in carcere positum non uenistis:quia inquam sex operum istorum dies uacuos dimisistis,nequaquam in septimo cum deo sabbatizabitis,quem pater benedixit & sanctificauit,suisque benedictis præparauit, sed discedite maledicti in ignem æternum,qui præparatus est diabolo & angelis eius. Constat enim,quia si semper liceret,semper liberet peccare,& idcirco iuste semper ardebit ignis uester,iuste inquam semper ardebitis cum diabolo & angelis eius,& ignis uester non extinguetur,& uermis uester non morietur:eritisque sicut propheta prædixit ad satietatem uisionis omni carni. ¶Tunc respondebunt ei & ipsi,dicentes:Domine,quando te uidimus esurientem,& sitientem,aut hospitem,aut nudum,aut infirmum,uel in carcere,& non ministrauimus tibi? Sicut iam supra diximus,& hæc percunctatio sinistrorum,& ea quæ sequitur responsio,iudicis testimonium erit conscientiæ ipsorum,& inter se inuicem cogitationum accusantium,aut etiam defendentium. Etenim conscientiæ ipsorum quasi libri aperti erunt,& manifestatio iustitiæ iudicis,quasi liber magnus erit,qui nimis aperta lectione sua singulis merita demonstrabit,sicut in Apocalypsi scriptum est:Et libri aperti sunt,& alius liber apertus est,qui est uitæ. Et iudicati sunt mortui ex ijs,quæ scripta sunt in libris,secundum opera ipsorum

Mat. 25.

Esa. 66

Apo. 20

¶Vnde ignis tam fortis aut tam infirmus sit diabolus & angeli eius,ut ad pœnam illorum sit ignis præparatus. Cap. XXI.

VNde autem,aut ignis tam fortis,aut diabolus & angeli eius tam infirmi,ut igni crucientur, & ignis ad pœnam illorum sit præparatus? Simulque & illud quærendum,ex quo sit eis præparatus ille ignis æternus? Ista quærentes iure contremiscimus,quia uere mirabilis,qui fecit eum,& uere fortis qui iudicat eum deus. Porro superba malicia,uel maliciosa superbia eius nihil stultius in qua illum comprehendit,qui creauit eum prudens & sapiens deus. Cum enim dicit, qui præparatus est diabolo & angelis eius,recte subaudimus a constitutione mundi, quod supra dictum est, de regno,ijs qui sunt a dextris. Potest etiam subaudiri,ante constitutionem mundi,quia uidelicet antequam constitueretur hic mundus, uel distingueretur partibus suis,creatus est ignis Cum enim dicitur,in principio creauit deus cœlum & terram,cum adhuc terra siue arida lateret sub aquis,iam ibi erat ignis in cauernis terræ,uel silicum reconditus uenis. Diligentius ergo animaduertendum,

Mat. 25.

Gene. j. Ignis ille quando creatus

quia cũ supra dicat, possidete paratũ uobis regnũ, nõ hic ait de igne tãtũ q paratus est, sed q præparatus est diabolo & angelis eius. Quid em̃ est præparatus, nisi ante paratus? Ante uidelicet, q̃ crearet ipse diabolus. Vnde tandẽ ipse diabolus tam infirmus, ut igne materiali crucietur? Nimirũ ex natura, ex cõditiõe sua. Sicut em̃ magni patres asserere nõ dubitauerũt, corpus habet aereũ, id est, ex aere factũ. Quãdo tenebræ erãt sup faciem abyssi, dixitq; deus, fiat lux, & facta est lux: tũc angelica creatura facta eẽ intelligitur de tenebris illis, i. de tenebroso & humido aere, quippe q nondũ sole, aut ullis illustratus erat luminaribus. Verũ pars eiusdem creaturæ, uero lumini deo p humilitatẽ subiecta, meruit fieri uel permanere lux p grãm eius: diabolus aũt & angeli eius, qa rebelles luminis extiterũt, ab illa gratia exciderũt, factiq; sunt tenebræ, & nõ lux. Sicut homo propter pctm̃ audiuit, qa puluis es, & in puluerẽ reuerteris: sic diabolus propter supbiã suã, in istã, de quo sumptus est, caliginosum aerẽ detractus est, ut ait apostolus rudẽtibus inferni: & reseruatur in illud de quo loqmur iudiciũ, cruciandus cũ angelis suis. Itaq; angeli, nr̃i qdẽ cõparatione spũs sunt, qa corpora eorũ quãto aer iste terra subtilior est, tãto nr̃is corporibus subtiliora sunt: sed cõparatione creatoris q solus incircunscriptus est spũs, corpora uel corporei sunt, & sicut iã dictũ est de aere isto cõditi sunt. Porro aer palã est, qa igne corrũpitur, & cũ sit humidus siccitatẽ nimiã ignis nõ sustinẽs, ualidis interdũ tẽpestatibus. i. tonitruũ fragoribus, fluminũq; iactibus, disiectus in partes cõtrarias usq; ad periculũ uiuentiũ cõturbatur. Igitur ex natura, uel cõditione propria, diabolus hoc habet & angeli eius, ut igne materiali cõflagrent, & tũc ueræ infirmitatis arguent, qñ fortior ignis inueniet diabolo principe ipsorũ, q cõtra principẽ fortitudinis deũ exollitur & nõ erit sicut ignis, q arbitratus est, q posset esse sicut deus. Ergo uere mirabilis, & uere terribilis deus spirituũ fortissimus q sic illũ cõdidit, ut tã supbus tã facile humilietur, nõ manu, aut lancea, siue aliquo genere laboriosi certaminis, in quo laboret, aut ipse iudex aut quælibet ex officialibus eius creatura rationalis: sed solo satis idoneo, satis ualẽte, & sufficiente ministerio ignis, iudici ipsi quasi scienter, & libẽter ad seruiendũ assistẽtis. Ignis em̃ in cõspectu eius ardebit, & in circuitu eius tẽpestas ualida, Iratus & feruidus, mouebitur ignis: deus autẽ noster in iudicando & disponẽdo suauis & tranquillus erit. Tũc ille insensatus, pro deo igne pugnante, dolore uictus humiliabitur & deprecabitur: sed non parcam ei (ait) uerbis potentibus, & ad deprecandum compositis.

(Margin: Diabolus quomodo ardere possit igni. — Gene. 1. — 2. Pet. 2. — Psal. 49. — Iob. 41.)

¶ De eo q ait, Et ibunt ij in suppliciũ æternũ, iusti aũt in uitã æternã. Cap. XXII.

(Margin: Mat. 25 — Apo. 20)

ET ibunt ij in suppliciũ æternũ: iusti aũt in uitã æternã. Hoc ipsum in Apocalypsi dr̃ his uerbis: Et iudicatũ ẽ de singulis, secũdũ opera ipsorũ. Et ĩfernus & mors, missi sunt ĩ stagnũ ignis. Hæc mors secũda est. Et q non est inuentus in libro uitæ scriptus, missus ẽ in stagnũ ignis. Et uidi cœlũ nouũ, & terrã nouã. Primũ em̃ cœlũ, & prima terra abijt, & mare iã nõ est. Et ciuitatẽ sanctã Hierusalẽ nouã, uidi descendentẽ de cœlo, à deo paratam sicut sponsam ornatã uiro suo, &c. Mortẽ & infernũ, diabolũ dicit, & eos q sunt eius: librũ aũt uitæ, pscientiã dei, q̃ falli nõ potest, de illis qbus æterna dabitur uita, in quo scriptũ inueniri, est prædestinatũ fuisse ad gloriã, nõ inueniri scriptũ, est ad pœnã pdestinatum esse æternã. Hæc, inqt, est mors secũda, uidelicet ire in suppliciũ æternũ. Si mors est secũda, est & mors prima, cuius respectu dicatur mors secũda. Et uere. Nã sicut est resurrectio prima, & resurrectio secũda: sic est & mors prima, & mors secũda. Quæ aũt est resurrectio prima, & q̃ resurrectio secunda? Resurrectio prima ẽ cõuersio, qua in p̃senti per pœnitẽtiã de morte pcti resurgimus ad Chr̃i grãm. Resurrectio secũda est, qua resurrecturi sunt, ij qdem ad suppliciũ æternũ, iusti aũt ad uitã æternã. Resurrectio prima præcedẽdo id efficit, ut in illa resurrectõe secũda ad gloriã & honorẽ immortalitatis resurgamus. Idcirco dicit: Beatus & sanctus, q habet partẽ in resurrectõe prima, In ijs secũda mors non habet potestatẽ, sed erũt sacerdotes dei & Chr̃i. Prima morte diabolus, & angeli eius tunc mortui sunt, qñ de cœlo cadentes in istũ caliginosum aerẽ extincti sunt, & angelicæ dignitatis perdiderunt lucẽ, sicut dñs ait: Videbã Satanã sicut fulgur de cœlo cadentẽ. Fulgur em̃ cadendo lucet, lucendo cadit, statimq;, imo interim dũ cadit, lux ipsa disperit. Sic diabolus, cui dicitur: qũo cecidisti de cœlo lucifer, q mane oriebaris: nimirũ lucens cecidit, & cadendo lucẽ perdidit. Secũda morte morietur, qñ ad pœnam trahetur, qñ coartabitur ut uagari sibi nõ liceat amplius: & uidentibus cunctis pcipitabitur. De hoĩe q̃q; certũ est, qa prima morte oĩs homo in Adã mortuus nascitur: & qcũq; de morte illa p Chr̃i grãm nõ liberatur, q̃d est resurgere resurrectione prima, secunda morte morietur. discedendo in ignem æternum, q præparatus est diabolo & angelis eius.

(Margin: Liber uitæ. — Apo. 20 — Lucæ. 10 — Esa. 14)

¶ Qũo ij uelisti sint ituri, non utiq; pedibus, sed motu ineffabili per potentiam eiusdem quod audituri sunt uerbi. Cap. XXIII.

QVomodo tandẽ ibunt ij in suppliciũ æternũ: iusti aũt in uitã æternã? Nunqd ambulabunt pedibus, & proficiscentur passibus, aut forte trahentibus siue impellentibus sctis angelis cũ aliqua mora, utpote inuiti eũtes ad loca pœnarũ uincti cathenis deducẽtur? Non utiq;, sed ineffabili atq; inuisibili potẽtia uerbi, isti audiẽtes, discedite ma-

dite maledicti, cõfestim pluuia uel grandine cadẽte uelocius, siue iuxta antiquã dñi uisionem, q̃ cito de cœlo cadit fulgur, tã cito deuoluent in tartarũ simul cũ diabolo & angelis eius. E diuerso iusti audiẽtes, uenite bñdicti patris mei, cõfestim uerbi eiusdẽ uirtute, de quo dicit apostolus: portansq; oĩa uerbo uirtutis suæ, sursum rapientur, sursum portabũtur. Hoc sciens idẽ apostolus, nõ dixit ascendemus, quãuis in Apocalypsi scriptũ sit, ascẽdite huc: nec dixit subleuabimur, quod curribus, qualibus Helias subleuatus est, siue qualibuscũq; uehiculis, aut certe qualicunq; ministerio angelorũ fieri posse uideretur, sed rapiemur ait in nubibus obuiam domino in aera & sic semper cum domino erimus. Heb. 1. Apo. 11. 4. Reg. 2 1. Thes. 4

¶Quænam illa uita æterna sit, in quam ibunt iusti. Cap. XXIIII.

QVæ tandem uita æterna est, in quam iusti ibunt? Idipsum uita illa sine dubio est, quod & illud, de quo supra diximus, regnũ. Ibi em̃ nõ aliud uiuere, & aliud regnare est, imo nõ aliud ibi esse & aliud uiuere siue regnare est. Quæ ergo illa est uita, nisi manifesta diuinæ uisionis gloria cognitione plena & perfecta? Hæc est (inqt) uita æterna, ut cognoscant te solũ uerũ deũ, & quẽ misisti Iesum Christũ. Apostolus aũt: Videmus, ait, nũc per speculũ in ænigmate, tunc aũt facie ad faciẽ. Nunc cognosco ex parte, tunc aũt cognoscã sicut & cognitus sum. Vita igitur illa hic à prædicta resurrectione prima incipitur: quia uidelicet nunc in tantũ uiuimus, in quantũ beatã trinitatẽ cognoscimus: illic autẽ in resurrectiõe secunda perficietur quando uel ex quo facie ad faciem deum patrem & uerbum patris in corde eius & in carne nostra, sanctumq; utriusq; spiritum in utroq; uidebimus. Ipsi gloria & imperiũ in secula seculorum. AMEN. Iohan. 3 1. Cor. 13

¶Finiunt hic. XLII. libri, de operibus sanctæ atq; indiuiduæ Trinitatis, per Reuerendum patrem, Dominum Rupertum, Abbatem Tuitiensem, ante quadringentos annos, feliciter compositi: Nunc autem impensis Francisci Brickman Bibliopolæ uigilantissimi, primũ excusi ac recẽs æditi. Anno à natali Christiano M. D. XXVIII. Mense Septembri.

ERRATA.

¶Folio primo, facie prima, linea 4. figuratiuis eũ uocib⁹. Ibidẽ, 18. uelamĩe subleuato, uel uelamine sublato inuenies illud. 2, 1. li. penult. incõgrue promitur. 3. 1. lin. 6. inanis & uacua, inanis scilicet. Ibidẽ fa. 2. li. 10, Fiat. Quid. Ibid. lin. 14. pro refulgeret lege resurgeret. 7, 1. lin. a fine 4. lege Chrũs est ad instructionẽ. 10, 1. lin. a fine 5, effusum ẽ hoc dñi. 44. 2 lin. 39. De uiri iusti Noe obed. 57. 2. lin. 12. qualiber est ipse. Ibidem. lin. 32. omnis Israhel saluus. Fol. 58, facie prima, linea a fine, 16, omnipotentiæ donum. Folio, 61. facie prima, linea prima, repromisit statutum, statutum in quam. Ibidem lin. a fine 10. pene deficere. Ibidẽ fa. 2. lin, 2. cõmite. i. ueniã. 64. 1. lin. 20, Abhinc usq;. ¶Fol. 65, fa. 1. 2, in ultima lin. lege Moabites, etiã post decimã generationẽ nõ intrabũt in ecclesiã dñi in æternũ. Dicũt em̃ illi illæ filiæ. i. iã dictæ plebeculæ. 65, fa. lin. a fine 5, illis libẽter accipiũt. 66. 1. lin, 15. serio subdidit. Quicũq; prexeris, memẽto te esse deprehensam, Quocũq; ait. lin. ibidẽ. 26, anima amore unitur. Ibidẽ fa, 2. lin. 13. cõridet ei in. 67, 2, lin. 12, uocetur. i. quod, 68. 1, lin, a fine 13. sunt ad gentes. 72. 2 lin. a fine 3, genitalis humus. 73, 2, lin, 10. puellæ dñi. 74, 2. lin, a fine 8. Sed cũ continuo. 76, 1, lin, 31, ad amatores scripturarũ, 13. 1. lin, 3. acutius aut (ut dictũ est) Ibidẽ lin. 23. fluuialibus delectãtur undis 127. 2. lin. a fine 14 lege masculus anniculus. 199. 2. lin. 28. custodes uasorum. 272. 1. lin. 8. quasi uirga germi. Ibidẽ in margĩe, Arma Saulis. 299. 1. lin. 1. Intẽdit em̃. 367. 1. li. 6. pctis imputãdo. 384. 2. line. a fine 2. ultimã unitatẽ. 394. 1. lin. 14. similitudo est filij. 456. 2. lin. 14. memorabile, direxerit. 461. 1. linea ultima, decipiat per philosophiam.


O·FOELIX·COLONIA·1527



colorchecker CLASSIC

calibrite